



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De Mortificatione Virivm Animæ, Et Abnegatione Veteris Hominis, Liber  
Secvndvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)





DE MORTIFICATIONE VIRIVM ANIMÆ, ET ABNEGATIONE VETERIS HOMINIS, LIBER SECVNDVS.

PROOEMIUM.

OSTR Expulsionem peccatorum, & extinctionem octo principalium vitiorum, que ad primordia spiritalis vite pertinent, omnis cura iusti incipientis, & ad profectum & perfectione anhelantis, in sui omnimoda abnegatione, & verissima mortificatione collocada est, qua vniuersis itineribus partis eiusde iustæ vite purgatricis emensis, postremum gradum ex supra dictis incipientium ascendit. Opus quidem arduum, & prolixum, in quo aliter quam in abiciendis peccatis, & in extirpandis vitiorum sentibus est, licet non tractatione, at actione, procedendum. Nam in peccatorum depulsione eotendendum est, vt omnino pereant, & in bello aduersus vitia inito innitendum est, vt penitus cadant & intereant: at in mortificatione sensuum, & vitium nostrarum, non id querimus, vt eas extinguamus, sed vt ab omni vitiosa consuetudine vindicemus. Diuina quippe lex, sanctitatique dilectio non petit a nobis, vt oculos eruamus, & aures obrutemus, & reliquorum sensuum functiones deseramus: non petit vt simus affectuum ac passionum naturalium expertes, sed vt hæc omnia ad ordinem reuocata maneant, & gratia beneficio, ac mortificationis presidio se a prauis motibus distortisque cohibeant. Neque etiam in id tendimus, vt inordinati motus nunquam insurgant, nec nos alicuius mali obiectione pulsent, sed ne in malum deficiant, mentisque tranquillitatem perturbent. Affectibus carere, lapidis, non hominis est: & nullam ad malum procliuatatem sentire, Angeli est; aut certe hominis in statu innocentie positi, non in statu nature lapsæ fragili, & impura carne vestiti. Quare Saluator noster Iesus Christus, qui naturam assumpsit humanam, affectus quoque humanos admittit. Neque enim in quo verum erat hominis corpus, vt Augustinus ait, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. An amor affectus est hominis? Sed ipse audiens adolescentem se ipsum de obseruatione mandatorum commendantem, intuitus eum, dilexit eum. An timor? Sed ipse in inaua passionis constitutus cœpit pauere, & tædere. An gaudium? Sed, Lazarus mortuus est, inquit, & gaudeo propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi. An tristitia? Sed tristis est, inquit, anima mea vsque ad mortem. Ille ergo qui sanctus est sanctorum, & omnis perfectionis exem-

plar, affectus habuit humanos, quos licet præuenire rationem non fuit, tamen sponte liberè que commouit, ne quis eos perfectioni aduersos cogitaret. Sicut autem Christus personam gessit hominis innocentia circumdati: ita Paulus partes hominis egit in peccatum prolapsi, qui non tantum affectus sentit, sed eos rationem omnem præuenientes, & ad malum impellentes aduertit. Eius vox est: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, que est in membris meis. Per legem membrorum carnis pruritum, & peccati fomitem intelligit, que in hac misera vita nec a sanctis & perfectis discedit. Ex parte enim libertas, ait Augustinus, ex parte seruitus. Nondum tota, nondum pura, nondum plena libertas, quia nondum æternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem. Quicquid peccatum est a nobis antea, in Baptismo deletum est. Numquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remansisset, sine peccato hic viveremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus, nisi misericordia Liberatoris indignus, nisi qui se ipsum vult decipere, & in quo veritas non est? Aduersus peccata igitur vsque ad internecionem eorum pugnandum est: aduersus vitia vsque ad mortem ipsorum dimicandum est: at aduersus sensus & affectus nature, quam gessamus, humane, non vsque ad internecionem, & mortem, sed ad mortificationem vsque decertandum. Que profectò in hoc sita est, vt eos a malo retrahamus, & estranes motus eorum cohibeamus, & quantum gratia aspirauerit, moderemur. Nam nullis illecebris commoueri, inquit Leo Papa, nullis cupiditatibus titillari, non est istius vite, que tota tentatio est, & qua nimirum vincitur, qui vinci ab eadem non veretur. Et Ricardus Victorinus: Liberum arbitrium per gratiam ita crescit ad bonum, vt iam in potestate consistens, & habens sub se milites, possit dicere huic: Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit; & seruo suo, Fac hoc, & facit. Ita etiam roboratur contra malum, vt iam non regnet peccatum in hoc mortali corpore: Sæpe autem adeo, vt iam sibi illud dictum credat: Absque imperio tuo non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti: quod est, omnes prauos motus reprimere, & ab actu cohibere. At non potest de regno suo auferre omnia scandala, nec plenam

Roma. 7. 23.

Augul. traif. 4. l. in loan.

Leo ser. 3. Quadregesim. Ricard. de statu in ter. ho. min. c. 6.

Aug. 14. de Ciuit. c. 9. Marc. 10. 21. Marc. 14. 33. Ioan. 11. 14. Marc. 16. 38.

perpe



perpetuamque pacem firmare. Id est procul dubio A  
 patriæ celestis, in qua, cum venerit, quod perfectum  
 est, euacuabitur, quod ex parte est. Tunc nonissima  
 destruetur mox in victoriam, & supra modum mul-  
 tiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit fi-  
 nis. Tunc demum dominabitur à mari vsque ad  
 mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.  
 In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit  
 confidenter, eo quod non sit qui exterreat. ] Hæc il-  
 le quibusdam omisit. Semper itaque quandiu hic  
 viuimus, aliquid bellum manet, quod nos exerceat,  
 aliqua suppullulant affectionum immoderatarum  
 germina, quæ statim mentis turbent, & sentina no-  
 stri cordis purum spiritum aliquo terro odore per-  
 fundit. Et quemadmodum leuculus ab ipso ortu  
 suo in aula regis alitus, inter famulos ludit, discurrit,  
 & saltat, & vltu ipso videndi homines, mansuescit: ar  
 leo est, qui irritatus prope astantem vngula fodit, &  
 exacerbatus, puerum se ferientem dilacerare non  
 meruit: Ita passiones nostræ virtutis studio mansue-  
 factæ, & gratiæ funibus compeditæ passiones sunt, &  
 bestiarum fati indomitæ in malum inclinant, quæ  
 oblata occasione insurgunt in nos, feriuntque, &  
 cruentant animam, nisi tempestiue ligentur. Id sanè  
 non tantum in peccatoribus, sed tantum in com-  
 munitibus iustis, sed etiam in viris perfectissimis fa-  
 ciunt, si ipsi in studio vniuersæ virtutis intepescant.  
 Quod argumento est, eorum, & cunctorum morti-  
 ficationem nequaquam motus humanorum affe-  
 ctuum excindere, sed comprimere, & moderari.  
 Tonsor enim capillos barbamque præscindit, aut ra-  
 dit, radicem autem pilorum non excutit; immò nec  
 attentat, quoniam id quod fieri non potest, & ad pul-  
 chritudinem hominis necessarium non est, attentare  
 putat inutile. Sic homo bene mortificatus quasi ton-  
 sor est, qui superflua virium animæ refecat, iniqua ve-  
 rô motuum superfluatorum non euellit, quia talis euul-  
 sio possibilis non est, & dignitati naturæ humanæ non  
 parum officeret.

Cæterum mortificationem hoc modo intellectam,  
 opus arduum, & prolixum non immerito nuncupa-  
 uimus. Nam hæc abnegatio sui res est satis operosa,  
 atque difficilis, cum ea homo non alteri, sed subimer-  
 ipsi vim inferat. Miles profecto in ipso conflictu præ-  
 lij libentissimè & facillimè hostem vulnerat, at ager-  
 timè & difficillimè se ipsum vulneraret, & manum,  
 aut pedem absunderet. Chirurgus etiam magna  
 animi alacritate carnem putridam alterius vrit, & fecat;  
 suam carnem autem, si morbum similem con-  
 trahat, vix & non sine magno dolore, leuissima ma-  
 nu contrectat. Ita profus facile est mortificationis  
 institutiones præscribere, aliorumque voluntates  
 frangere, & abnegationis flagello pulsare: at non est  
 cuique ita facile se ipsum eodem flagello percutere,  
 & simili vitionis genere se in officio continere. Non-  
 ne iussu Domini est: Si oculus tuus dexter scan-  
 dalizat te, erue eum, & proiice abs te? Si dextera  
 manus tua scandalizat te, absconde eam, & proiice  
 abs te? ] Sed nullo modo membrorum corpora-  
 lium abscissionem iussit, sed mortificationem præ-  
 cepit, quam manus & pedis proprii abscissioni simi-  
 lem dixit, vt eius difficultatem demonstraret. Iccirco  
 Salomon victorem sui fortissimis ducibus hostes  
 proterentibus præposuit, dicens: Melior est patiens  
 viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnato-  
 re urbium. ] Quia videlicet operosius & difficilius  
 est, affectus immoderatos cohibere, & sensum petu-  
 lantiam compescere, quam visibiles aduersarios ex-  
 pugnare. Rectissimèque dixit quidam:

*Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit*

Matth. 5.  
29.

Prov. 16.  
32.

*Oppida, nec virtus alius ire potest.*

Et Ambrosius optimè. Re vera iure ea fortitudo vo-  
 tur, quando vnusquisque se ipsum vincit, iram con-  
 tineret, nullis illecebris emolliatur atque inflectitur,  
 non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, &  
 quasi vento quodam, variarum rerum circumfertur  
 mutatione. Quid autem excelsius & magnificentius,  
 quam exerceere mentem, afficere carnem, & in serui-  
 tute redigere, vt obediat imperio, consiliis obtem-  
 peret, vt in adeundis laboribus impigrè exequatur  
 propositum animi ac voluntatem? ] Hæc ille. Ne-  
 mo ergo plenam sui, ac perfectam in omnibus mor-  
 tificationem facilem iudicet, & vt rem parui mo-  
 menti suscipiat, immò potius in hoc omnes neruos  
 & cunctas vires intendat, vt sensus suos comprimat,  
 voluntates inflectat, affectusque mortificet, quo tan-  
 dem difficillimam vitæ spiritualis partem in suam  
 vendicet potestatem. Neque hac assertionem virtutis  
 cultores in ipso tractationis exordio deterremus, im-  
 mò efficaciter excitamus. Qui postquam speciosos  
 & suaves infirmæ carni fructus peccati spreuerunt,  
 & vitia, radices nempe delictorum, euulserunt, cor-  
 dis sui terram excolete, quod per se difficile est, sibi  
 (sauce Dei gratia) difficile non putabunt. Qua-  
 dam enim per se difficilia sunt, quæ iam in negotiis  
 arduis occupato facilia videntur: & eo alacrius & fi-  
 dentius aggreditur, quo experimento ardua superan-  
 di roboratur. Hanc autem mortificationis doctri-  
 nam illis proponimus, qui iam crimina penitus ab-  
 iecerunt, qui peccata leuia magna ex parte sustule-  
 runt, & qui aduersus octo capitalia vitæ feliciter  
 decertarunt. Quibus post hostes deuictos incun-  
 dum erit, ( licet per se sit difficile ) regnum cordis  
 sui pene expugnatum, & è manibus hostium ere-  
 prum, componere, & mortificationis legibus gu-  
 bernare.

Omnis autem gubernatio res longa est, quæ san-  
 diu durat, quandiu respublica in optimo statu &  
 splendore consistit. Quod si mortificatio cordis hu-  
 mani, gubernatio est, & illius reipublicæ rectio, quam  
 summus omnium moderator Deus in latissimis spa-  
 ciis mentis nostræ constituit, quid mirum si non pau-  
 cis diebus absoluat, sed necessariò toto vitæ tem-  
 pore perseueret? Post diluuium certè, & sacrificium  
 Noe, quo ipse Dominum aduersus malitiam homi-  
 num irritatum placauit, dictum est: Cunctis die-  
 bus terræ, sementis, & messis, frigus, & æstus, ætas, &  
 hyems, nox, & dies non requiescent. ] In his ver-  
 bis, spiritualis vitæ, post penitentiam actam peccato-  
 rum, typus exprimitur. In qua, sementi messis, &  
 messioni noua seminatio succedit, quia quotidie  
 merita seminamus, vt nouæ gratiæ præmia metamus:  
 augmentumque gratiæ metimus, vt iterum noua &  
 auctiora merita seminemus. Aduersitatem prospere-  
 ritas excipit, & prosperitatem amor excitat, & amorem  
 abnegatio confortat; desolationem velut noctem  
 adueniens consolatio temperat, & consolationi vel-  
 vt diei sequens desolatio aduersum modum subministrat. Ac  
 sine intermissione opus est lauare sordes, quas nostra  
 mortalitas contrahit, & tribulos ac spinas euellere,  
 quæ maledicta hæc terra progignit. Cecidimus su-  
 per aceruum lapidum, inquit Bernardus, de casu in  
 peccatum originale loquens, & in luto: vnde non so-  
 lum inquinati, sed etiam vulnerati, & grauius quat-  
 sati sumus. Lauari quidem citò possumus, ad sanan-  
 dum verò opus est curatione multa. ] Lauamur qui-  
 dem conuisione peccatorum, lauamur confessione,  
 lauamur emendationis proposito, quæ per Dei gra-  
 tiam citò perficiuntur, at sanamur mortificatione,

Manua-  
 mes.  
 Ambr. 1.  
 officio. ca.  
 36.

Genes. 8.  
22.

Bern. ser.  
 in conu.  
 Domin.

quæ



Aug. 14.  
de Tri-  
nit. 6. 17.

quæ non breui tempore fracta & quassata membra animæ nostræ consolidat, & ad amissam incolumitatem reducit. Egregiè sanè explicat id Augustinus. Ista, inquit, renouatio non momento vno fit ipsius conuersionis, sicut momento vno fit illa in baptismo renouatio remissione omnium peccatorum. Neque enim vel vnum quantulumcumque remanet: quod non remittatur. Sed quemadmodum aliud est carere febribus; aliud, ab infirmitate, quæ febribus facta est, reualescere: itèmpere, aliud est infixum telum de corpore demere; aliud vulnus, quod eo factum est, secunda curatione sanare: ita prima curatio est causam dimouere languoris, secunda, ipsum sanare languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis. Quæ duo demonstrantur in Psalmo, vbi legitur: Qui propitiuè sit omnibus iniquitatibus tuis;] quod fit in baptismo. Deinde sequitur: Qui sanat omnes languores tuos,] quod fit quotidianis accessibus, cum hæc imago renouatur. Post telum igitur peccati per penitentiam euulsam, post bellum aduersus vitia susceptum, in quo non minima pars abnegationis collocata est, & post aliqualem victoriam de mundo, diabolo, & carne comparatam, ad cohibitionem sensuum, & cæterarum animæ virium, etiam in licitis transeundum est, quæ proprie mortificatio nuncupatur, vt terra nostri cordis bene purgata, & spirituali oratio proscissa, virtutum semina non sine spe faciendi fructus accipiat. Si enim certum est, semina in inculta terra iactata aut præ defectu humoris arefcere, aut præ abundantia tribulorum & spinarum suffocari, non minus est manifestum, altioris vitæ spiritualis doctrinam, affectionum humanarum immo-deratione obrui, & in corde immortificato, quasi in-

Psal.

ter dura saxa, disperdi. Quamobrem perfectionis cupidi, & sanctitatis amatores, Prophetam Ieremiam loquentem auscultent: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circumcidimini Domino & auferite præputia cordium vestrorum. Circumcisionem, inquit Hieronymus, emundationem, & præputia, vitium intelligit. Hoc autem præcipitur viris Iuda & Hierusalem, qui veram sectantur fidem, & habitant in Ecclesia, vt non seminent super spinas, quas Euangelicus sermo significat, quæ suffocent sementem Dei, sed prius nouale faciant, & omnes suffodiant vepres, sentesque auferant, vt munda semina, munda arua suscipiant. Secundum quam interpretationem, nouale cor nostrum est, id est, ager, qui non iam alternis annis feritur, sed per singulos annos, & menses, dies, atque momenta, nouo virtutum semine renouatur. Semen verbum Dei est, illud præsertim quod continet altioris perfectionis doctrinam, quod nobilis ille agricola filius Dei, in mandum seminaturus aduenit. Sentes, & vepres, & tribuli, & spinæ, prauis sunt motus sensuum, & immoderate appetitiones virium nostrarum, quas exercitatione mortificationis euellimus. Hanc nunc ante virtutis doctrinam diligenter prosequamur, vt putissima hæc semina, quæ fructus ferunt, in caelestia herrea recondendos vtiliter mens nostra suscipiat. Hanc militandi ac bellandi disciplinam, non oscitanter audiamus, qua ciues nostros à debita subiectione deficientes, ab inobedientia ad obedientiam & pacem traducimus. Hanc denique medendi artem addiscamus, qua non corpora nostra corruptibilia sanamus, sed animarum incorruptibilem ægritudinibus morbisque medemur.

Ierem. 4.  
3.

Hieron.  
ibid.



## PARS PRIMA

Huius Libri de Natura, necessitate, ac præstantia mortificationis.

**M**ORTIFICATIO quidem medicina est omnium morborum anima, de qua illud Ecclesiastici non inconuenienter accipimus: Medicina omnium in festinatione nebula. Frigiditatem enim animæ, & torporis gelu, quod solet herbas & flores sanctorum desideriorum absumere, mortificatio, quæ instar nebulae subobscura est, & aliquid tristitiæ habens, non sine mirabili facilitate dissoluit, & omnem ignauiam socordiamque repellit. Sed hoc medicamentum nonnihil habet austeritatis, illis præsertim, qui peccatorum depulsionem, & vitiorum pugna fatigati, vellent suauis aliquo potu refrigerari, & non in suauis potu, & qui vomitum adhuc prouocet, sua interiora viscera commoueri. At quia hoc omnino necessarium est, vt plenè ineffabilia victorum præmia consequantur, & sine periculo reliquum huius itineris spiritualis conficiant, visum est nobis, medicamentum istud quasi melle condire, & salutare globulos, vt facilius glutiantur, deaurare. Id autem fiet, si miram abnegationis, seu mortificationis præstantiam, & suauissimos fructus detegamus, & si eius necessitatem ad curandos animi morbos, explicemus. Quæ sanè consideratio ad vsus mentem accendet: vsus verò ita mortificationem suauem reddet, vt aperte videamus, eam fatigatis, id est, tepidis, esse amaram atque difficilem; seruidis verò tam dulcem & facilem, vt sine tadio & nausea, immo cum ingenti exultatione se illà ad finem usque vitæ sustentent. Postquam autem hanc, quam suscipimus, prouinciam, in prima huius tractationis parte præstiterimus, in sequentibus ad particularia descendentes, modum ac rationem exercende mortificationis declarabimus.

Ecli. 43.  
24.



De misero statu hominis in peccatum lapsi.

CAPVT I.



**M**EDICI corporum, alicuius medicinæ virtutem atque præstantiam suis discipulis explicare volentes, primum ægitudinis acerbitatem, cui medetur, ante ipsorum oculos ponunt, vt ex huius dolore, atque molestia, medicinâ depulsa, quàm salutaris sit eius vis à natura indita, patientius aduertant. Eandem nos modo viam inquisitionis ingredimur, & quandoquidem medicorum spiritualium munus obimus, mortificationis admirabilem naturam, virtutem, ac necessitatem, ex vi morbi, quem depellit, inrendimus declarare. Morbus hic non simplex, sed multiplex est, non corpus afficit, sed mentem excruciat, in qua, ô malum intolerabile! nequaquam se continet, sed ex illa ad indumentum animæ carnemque descendit. Huius morbi pessimam qualitatem ita inuestigabimus, si hominis sani, id est, in statu innocentie & sanctitatis constituti, & hominis infirmi, id est, in peccatum prolapsi, magnum discrimen indagemus. Deus igitur omnium rerum tum visibilium, tum inuisibilium creator in initio sæculi condidit [hominem rectum,] id est, animo corporeque perfectum. Decebat enim vt summus ille effector, imaginem ac similitudinem sui quam perfectissimam delinearet, (& quidem hæc imago ipse homo est) & suam, in ea effingenda, tum sapientiam, tum bonitatem, tum potestatem ostenderet. Et si tam perfectus, & decorus est mundus iste visibilis, gratia hominis conditus, & ei in domû attributus: quàm pulchrum, ac perfectum putabimus factum fuisse hominem, cuius causa tot ac tâta, & tam pulchra & perfecta condita sunt? A magnitudine speciei, & creaturæ, inquit Sapiens, poterat creator horum videri: ] dicamus & nos quod potest etiam hominis decor perfectioque monstrari, siquidem omnis illa species, & omnis illa pulchritudo, propter hominem, tanquam propter herû & dominû, facta est. Quia tamen homo animo & corpore constat, in vtraque parte sui incredibilem perfectionem accepit. Substantia enim animi gratia, id est, spirituali vita, in ipso creationis momento vestita est: intellectus perfectissima cognitione Dei, Angelorum, rerum naturalium, mysteriorum gratiæ, & eorum, quæ ad sui finis adeptionem erant necessaria, ornatus est: voluntas, charitate, iustitia, religione; & reliquis harum virtutum partibus dotata est: duplex appetitus, concupiscibilis & irascibilis, quietissima subiectione ad mentem, & virtutibus hanc subiectionem facientibus, decoratus est, adeo vt mens sine vilo labore, imò cum ingenti iucunditate, suis viribus præsideret, easque sapientissimè gubernaret. Quare mens secundum quosdam, salua temper historiz veritate, in suarum virium imperio, ceu in quodam deliciosissimo Paradiso, dicitur à Domino constituta. Plerique, inquit Ambrosius, Paradisum, animam hominis esse voluerunt, in qua virtutum quedam germina pullulauerint. Hominem autem & ad operandum, & ad custodiendum Paradisum, esse positum, hoc est, mentem hominis, cuius virtus animam videtur excolere, nec solum excolere, sed etiam cum excoluerit, custodire. Bestiæ autem agri, & volatilia cæli, quæ adducuntur ad Adam, nostri irrationabiles motus sunt, eo quod be-

Ecc. 7. 30.

Sap. 13. 5.

D. Thom. 1. p. 2. q. 94. v. 9. ad 102.

Ambros. li. de paradiso. 11.

**A**stiz vel pécora quadam, diuersæ sint corporis passiones, vel turbulentiore, vel etiam languidiore. Volatilia autem cæli, quid aliud æstimamus, nisi inanes cogitationes, quæ velut volatilium more nostram circumuolant animam, & huc atq; illuc vario motu sæpetraducunt? Et statim: Sed fortè arguas, quia hæc quoque Deus in tali Paradiso locauit, hoc est, passiones corporis, & vanitatem quandam fluctuantium vel inanium cogitationum, quod ipse nostri fuerit auctor erroris. Considera quid dicat: Habete potestatem piscium maris, & volatilium cæli, & omnium repentium, quæ repunt super terram. Vides quod ille tibi tribuerit potestatem, vt de omnibus iudicare tu debeas, singulorum genera iudicij tui sobria definitione discernere? Hæc ille. Erat itaque mens in corde suo, quod affectus & cogitationes inhabitant, quasi in quodam quietissimo Paradiso, quem iucundè regebat, & absque vlla rebellionem moderabatur.

**B** Hæc ad animum pertinent: corpus verò hominis pretiosissimis etiam donis cumulatam est: Fuit enim illud immortalitate donatum, non quod immortalitate inherente constaret, sed quod optima temperatúra, & beneficio supernaturalis gratiæ, & esu ligni vitæ, atque aliis mediis, posset se immune seruare, & liberum à morte custodire. Fuit quoque corpus hominis valde robustum, & ab omni ægitudine & imbecillitate alienum, quod valeret omnia sua muna absoluta summe præstare: Fuit integrum & pulchrum, quod anima libentissimè inhabitaret: fuit menti omnino subiectum, ita vt neque in minimo eius imperio contradiceret. Mens enim per gratiam summissa Deo, vires sui corporis omnes per iustitiam originalem sibi obediens habebat, & obediuntissimis ac diligentissimis ancillis hilariter imperitabat. Vnde Augustinus vocat primum hominem pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circumdatum, immortalitate vestitum. Et alio loco. Quid timere, vel dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluentia bonorû, vbi nec mors metuebatur, nec vlla corporis mala valerudo, nec aberat quicquam, quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem animûve hominis facilliter viuentis offenderet? Et Bernardus. Primus patrens noster Paradisi accola constitutus est, dominus terræ stabilitus est, cuius supere Hierusalem designatus est, domesticus Domini factus est: cuius amore & agnitione ditatus est, consors Angelorum, frater, & coheres cælestium virtutum, nihil prorsus indigentia, nihil sentiens molestie, cui erant in promptu, quæ postulabat, non dico, necessitas, sed etiam pia voluntas, cum nihil esset in anima, quod offenderet, nihil in carne, quod puderet. ] Sic illi. Huic homini tandem tot bonorum affluentia sublimato cunctarum rerum visibilium, totiusque huius vniuersi est imperium, dominatioq; concessa, vt omnia sibi corporalia subiceret, qui omnibus corporalibus eminebat, & qui maior & melior erat, minoribus & imperfectioribus imperaret. Dataq; est illi, à Domino, & posteris eius, ista potestas, illis verbis: Replete terram, & subicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. ] In cuius potestatis signum [ formati cunctis animalibus terre, & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea Dominus ad Adam, vt videret quid vocaret ea. ] Factum namque est hoc, inquit Chrysostomus, non vt discamus illius sapientiam solum, sed vt & symbolum dominij per hominum impositionem cognoscamus. Nam & hominibus mos est hoc facere in signum dominij, vt cum seruos

C

D

E

Aug. con. ad Catech. 2. 20. 6. 14. de Civitat. 10.

Bern. ser. de cana Domini.

Genes. 1. 28.

Genes. 2. 19.

Chryso. 14. in Genes.





emerint, ipsorum nomina mutent.] Quid autem putauimus nō datum esse homini, vt hanc eximiam dignitatem cum debita maiestate ac ratione completeret? Certē si rex communem equitem ad comitis, aut ducis statum euchar, vel Pontifex pauperem clericum, aut religiosum ad maximam dignitatem Cardinalatus extollat, solent his quos sublimant, amplas assignare diuitias, & redditus annuos donare copiosos, quibus valeant splendide viuere, & magnam famulorum copiam sustentare. Ita omnino summus Imperator Deus, qui hominem ad diadema regni prouexit, immensis opibus auxit, quibus non rex ridiculus, sed potentissimus, & omni honore dignus existeret. Dedit igitur illi dona naturalia, id est, illi naturæ in tanta integritate conditæ debita, vt posset Deum auctorem naturæ diligere, illi se subicere, & vires inferiores sine difficultate in officio continere. Dedit illi originalem iustitiam, quæ ita has vires inferiores subiceret, vt neque in re minima rationis imperium præuenirent, neque ad aliquid præposterum declinarent. Adiecit demum gratiam, & magnam ac perfectissimam gratiam, quæ homo Deum vt finem supernaturalem respiceret, merita gloriæ conquireret, & suo tempore ipsam gloriam, ac cælestes sedes compararet.

Hæc innumerabilia bona vnum Adæ peccatum destruxit, vna inobedientia dissipauit. Habebat enim iste terrenus rex cælestem regem, cuius sanctissima præcepta transgrediens, à dignitate regis cecidit, & tantam bonorum copiam amisit. Quid enim prohibet, si de radice pessimæ arboris, id est, de primo peccato, dicamus, quod Sanctus Iob de quodam ramusculo pronūtiat? Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Verè omnes generis humani diuitias ignis iste consumpsit: verè generationes Adæ conuoluit, quia omnes filios eius misera seruitute obligatos è iure ad cælestia regna deiecit, & in barathrum damnationis perpetuæ destruxit. Hic ignis peccati ignis pestilens est, qui qualitate veneni induens ad cor, id est, ad intima animæ, & ad mentis substantiam properauit, & gratiam, vitam scilicet omnium bonorum amabilissimam, ceu leuissimam paleam siccamque consumpsit. Quare Adam alienus à Domino vocatus est illa amarulenta irrisione: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.] Nam est ac si dixisset Dominus: A me verè vitâ, discessit, dum vitam mihi similem comparare gestiuit; & dum inobedientiam complexus est, à mea similitudine, scilicet à gratia & virtutibus omnino se posteròsque seiuinxit. Deinde teter peccati ignis ex intimo mentis ad intellectum saltauit, & ei ignorantia caliginem, ac tenebras offudit: postea charitatem, & iustitiam in cineres vertit, dum ad voluntatem subsiliuit, de quibus tenebris intelligi potest illud Isaiæ: Ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.] De euerfione autem charitatis, atque iustitiæ, illud Iocelis: Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.] At quis vel excogitare poterit quam calamitosas strages in vitibus inferioribus hic ignis iniecerit? Sicut enim fulgur domum, non iam lapideam, vel latericiam, sed ligneam, vel tugurium, paleis aut viminibus contextum, feriens, penitus illud absument: ita peccatum hæc infirma hominis tangens, miserabiliter dissipauit. Quæ quoad virtutis amorem omnino consumpta videntur, quoad iniquitatis verò desiderium, ita robusta fa-

**A**cta sunt, vt mentem stultam, & virtute vacuam ad se trahant, & in scdissimas iniquitates immergant. Nec solam domum mentis ignis peccati consumpsit, sed domum etiam illi contiguam, id est, corpus, inuasit, quod morti subiectum, plurimis ac maximis morbis obnoxium, scdum & scrdum, miserum & infirmum effecit. Per vnum hominem, inquit Paulus, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. ] Et Ecclesiasticus: A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.] Intrauit & scrditas, quare mulier, & vir, qui ante peccatum nudi non erubescabant, ] post peccatum erubuerunt, & contexerunt se foliis ficus in erubescencia remedium. Intrauit & infirmitas: vnde dicit homo: Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. ] Ego dixi: Planè hæc infirmitas mea est, & portabo illam. ] Iustissimè autem homini ab illa dignitate lapso res creatæ obedientiam denegarunt, vt qui aduersus tuū creatorem insurrexit, carnis suæ rebellionem, & omnem creaturam sibi aduersam præsentiret. Cogitationes, inquit, meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. ] Et, turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos: ] id est, inter omnes affectus meos. Et, Armata est creatura in violationem inimicorum, & pugnavit orbis terrarum contra insensatos. ] In illius peccati pœna, ait Augustinus, quid inobedientia nisi inobedientia retributa est? Nam quæ hominis alia miseria, nisi aduersus eum ipsum inobedientia eius ipsius, vt quoniam noluit quod potuit, quod non potest, velit: In Paradiso enim etiam si non omnia poterat, ante peccatū, quicquid tamen non poterat, non volebat, & ideo poterat omnia, quæ volebat. Nunc verò sicut in eius stirpe cognoscimus, & diuina scriptura testatur, ] homo vanitati similis factus est. ] Quis enim enumeret, quàm multa, quæ non potest, velit, dum sibi ipse, id est, voluntati eius ipse animus eius, eoque inferior caro eius non otemperat? Ipso namque inuito, & animus plerumque turbatur, & caro dolet, & veterascit, & moritur, & quicquid aliud patimur, quod non pateremur inuito, si voluntati nostræ nostra natura omnino atque ex omnibus partibus obediret. ] Quod autem creaturæ à nobis descuerint, quid mirum, si hominis vires ab ipso descuerunt, & ipse homo à se ipso descinit? Profectò terra sapissimè illi tanquam hosti creatoris, fructus denegat; aqua mergit, aër peruersa qualitate inficit, ignis adurit: metalla ab illo se abscondunt; animalium quædam illum fugiunt, quædam mordent, atque diserpunt: cæli ipsi, benigniores Domini creaturæ, multoties se homini ferreos & æneos ostendunt. Breuiter, mansit homo; per peccatum, à Deo, ab Angelis, à rebus visibilibus, & à semetipso derelictus, vt tanta castigatione disceret, quantum malum fuit Deum relinquere, & peccando se à suo creatore segregare.

Hunc infelicissimum hominis casum non tantum, quæ hæctenus induximus, aperiant, sed quotidianum experimētum in hominibus, præsertim peccatoribus, & gratia destitutis, clarissimè manifestat. Hi namque facti rationis compotes virtutem rationi consonam amare, & victum rationi contrarium odisse debuerant. At vitia diligunt, & spurcissima flagitia complectuntur; virtutes autem, & bona opera, illarum sanctissimos partus, auersantur. Equum fuerat ipsos minoribus maiora, & terrestribus cælestia præferre; è contra verò cælestia contempnant, terrestribus adhæresunt: maiora, id est, animæ bona, respuunt, & corporis bona,

Rom. 5. 12.

Eccles. 25. 33.

Genes. 2. 25.

Ierem. 10. 19.

Iob. 13. 21.

Psal. 6. 8.

Sapient. 5. 18. 21.

Aug. 14. de ciuit. c. 14.

Psal. 148.

Iob. 31. 12.

Genes. 3. 21.

Isaiæ. 30. 19.





vt honores, diuitias, voluptates ardentissimè concupiscunt. Instrumento suo, scilicet corpore, in proprium commodum, nempe in æternæ vitæ merita conquirenda, vt debuissent, & tamen naturæ ordinem pervertentes, in suam perniciem illud conuertunt. Audi ex Cypriano, quæ turpia, & abominanda, anima per corpus exerceat. Corpore, ait, sic vtitur anima, sicut faber malleo, vel incude, in qua format omnium turpitudinum idola, & fabricatur quælibet quarumcumque voluptatum simulachra. Non est caro dictatrix peccati, nec inuentrix malitiæ, nec cogitatus format, nec disponit agenda, sed officina est spiritus, qui in ea, & per eam, quæcunque affectauerit, peragit & consummat. Et statim: Solus animæ lis ista est, quæ secum rixatur, & cum proprio arbitrio litigat, certior in huiusmodi quæstionibus quid bonum sit, quid malum, quàm in aliarum rerum inquisitionibus quid verum sit, quid falsum. Nam in abditarum caularum inspectionibus, & secretis naturæ potest homo errare, vel decipi; quia non per omnia à fine vsque ad finem intellectus humanus attingit; sed in his, quæ oculis, & manibus subiacent, nulla subtilitas iudicium impedit: quia scientia à non scientibus, decora à turpibus, amara à dulcibus, dura à suauibus, & à dissonis consonantia facile discernuntur. Sed desiderij sui veneno mens ebria, corpus contumeliosius applicat, & iunctis complexibus ambo in mortiferas suauitates elapsi obdormiunt. In his turpibus & foedissimis, quæ Paulus, ad Romanos scribens, breuiter numerauit, & amplius quàm ille exponit, declarare non decet, animus corpus suum occupat, quod meritissimè sibi morte præcipitur, vt instrumento commodato careat, qui in iniuriam commodantis illo vt non timuit. Cum enim animus sit immortalis, instrumento indigebat, quod saltem dono Dei in perpetuum duraret, nunquamque deficeret: quale profectò homo in statu innocentie suscepit. Sed quia homo deliquit, Deus donum suum originalis iustitiæ abstulit, & corpus secundum suam naturalem conditionem corruptioni obnoxium, mortalèque deseruit. Ecce ergo hominem lapsum in peccatum, vita gratiæ carentem, plagis & vlcibus plenum: in quo intellectus cæcuit, voluntas prauaticatur, cogitatio insanit, appetitus furit, sensus fallit, corpus deficit. Ecce hominem ad mala agilem, ad bona inutilem, qui virtutem, vt rem difficillimam, refugit, & bibit, sicut aquam, iniquitatem. Ecce hominem ad sublimiora anhelantem, ad ima deiectum, qui vltra modum scientiam appetens, in ignorantem incurrit, & Dei similitudinem insipienter concupiscens, [immolauit demoniis, & non Deo, diis, quos ignorabat.] Loquamur ergo ad animam nostram, lamentemurque eius calamitatem illis verbis Ieremiæ: Cui comparabo te? Vel, cui assimilabo te, filia Ierusalem? Cui exequabo te, & consolabor te virgo filia Sion? Magna est, velut mare, contritio tua; quis medebitur tui? O antea virgo in horto deliciarum Deo consecrata, nunc verò peccato corrupta, & iniquitate polluta? O prius filia Ierusalem ad pacem condita, nunc verò intestinis bellis, & tuorum defectionibus ciuium afflictæ! O prius filia Sion, in qua omnia bona fuerant coæcernata, nunc verò solitaria ciuitas, facta quasi vidua, quæ aduersario tuo pendis tributa, cui tuam miseriam & calamitatem comparabo? An illius qui naufragium fecit, & omnes suas opes amisit? Sed tu infelicior, quæ simul cum opibus vitam perdidisti, & gratiam, ac Dei amicitiam, qua vivebas, dilapidasti. Cui assimilabo te? An illi, cui vita

Cyprian.

Roma. x.

Dent. 32.

17.

Ierem.

Thoren. 2.

13.

A prærepta est, priusquam ex vtero egrederetur, & huius pulchræ lucis vsum acciperet? Sed tu inferior, quia melius fuisset non nasci, & carne non indui, quàm peccati maculas contraxisse. Cui exequabo te? An illi, cui non tantum lux, sed etiam ipsum esse negatum est, quia Deus inter res possibiles, & numquam futuras, sine vilo esse manere decreuit? Sed tu calamitosior, quia ille, qui numquam fuit, nullam miseriam subiit, at peccatrix anima miseriarum se miseriam subiicit. Superest igitur vt super terram non sit consolatio tibi, quæ omnes miseros infelicitate vincis. Restat vt sit, velut mare, contritio tua, & calamitas tua: quia sicut mare congregatio est aquarum. Nam [Deus congregationes aquarum appellauit maria;] ita casus in peccatum est omnium malorum, & miseriarum coaceruatio, cui nulla res creata potest subuenire. Inquiramus itaque, quis medebitur tui? Quis tantæ est potestatis vt valeat tantam contitionem sanare, tanta mala depellere, & tantis miseris remedium afferre?

Genes. 1. 10.

*Hæc omnia mala hominis lapsi à Domino magna ex parte mortificatione sanari.*

CAPVT II.



**D**EVS quidem optimus, & potentissimus, qui potuit naturam humanam condere, potest etiam lapsam erigere, dissipatam reparare, & in pristinum statum ac dignitatem restituere. Si enim amplius est, rem aliquam ex nihilo facere, quàm iam factam ad formam meliorem prouehere, non negabimus eum sapientissimum, optimum, & omnipotentem Deum, qui potuit animam ex nihilo extrahere, Scire etiam eandem reficere, velle prouehere, & posse in tam extremam miseriam deiectam in summam altitudinem eleuare. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum: ] vnde si hæc spiritualis hominis resurrectio, & salutis, ac donorum restitutio possibilitatem humanam excedit, sed diuinam potentiam non effugit. Si homo peccato mortuus est, Christus est auctor vitæ, de quo Petrus ad Iudæos. Vos autem sanctum, & iustum negastis, & petiistis virum hominidam donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis, ] cui æquale est vel viuenti primam vitam tribuere, vel mortuum à morte suscitare. Si homo languidus est, Christus est salutis effector, [Domini enim est salus, ] qui pertransit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo: qui [operatus est salutem in medio terræ.] Si homo cæcus est, Christus oculorum aciem, & vsum restituit, per quem dat nobis Pater spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis nostri, vt iciamus, quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis. Si homo claudus, & leprosus, & omni ægritudine affectus est, Christus est vniuersorum malorum, ægritudinumque depulsor, in cuius aduentu [cæci vident, claudi ambulunt, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, & pauperes euangelizantur.] Si demum homo regno, & potestate illi data spoliatus est, Christus illum ad regnum reuocat, & ad perditam

Lucæ 13. 27.

1. Cor. 3. 14.

1. Sal. 3. 9.

Abor. 16. 38.

1. Sal. 73. 12.

Ephes. 1. 18.

Matth. 11. 5.



Psal. 21.  
29.  
1. Reg. 2.  
8.

Heb. 12.  
2.

Isaia 46.  
12.

Ezech.  
36. 25.

Ephes.  
3.

Ezech.  
36. 26.

Ad Titu.  
3. 5. 6.

digitatem exaltat. Nouit qui dixit : Tua est potentia, tuum regnum, Domine. ] Et rursus : Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. ] Et iterum : Qui suscitatur de pulvere egenum, & de stercore erigit pauperem, ut sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat. ] Hanc ob causam Christus à Paulo [ hieici auctor & cõsummator ] vocatur quia ab eo initium fidei & salutis, & finem quoque fidei ac perfectionem eiusdem salutis, scilicet fœlicitatem, accipimus. Ut sicut egregij pictoris est imaginem alicuius facere, & eam obliteratam reficere : ita Christi saluatoris sit destructa in nobis peccati & mortis imagine, similitudinẽ sui æterni Patris inducere, & eandem per quotidianos defectus fuscãtã reformare. Ille mortuos suscitauit, cæcos illuminauit, surdis auditum, claudis gressum, paralyticis motum, leprosis mundiciem, & aliis agrorũ conuenientem sanitatem impertit, ut quid in vno animo faciat, ex multis corporibus disceremus. Animum enim viuificat, quoniam ipse Christus vita est : animum illuminat, quoniam lux est ; animum ducit, quoniam via est : animum mouet, quoniam fortitudo est : animum mundat, quoniam sanctitas est : animum denique sanat, quoniam salus est. Illa sanẽ, de qua Dominus per Isaiã : Audite me duro corde, qui longẽ estis à iustitia. Propẽ feci iustitiam meam, non elongabitur ; & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israẽl gloriam meam. ] Dominus noster Iesus Christus salus est & gloria : salus, quia in hac vita nos ab animã aegritudinibus sanat, & gloria, quia in statu immortalitatis futuro nos quoque glorificat.

Sed quam ratione Christus à miseris peccati nos liberat, & ad eam, quam amisimus, salutem reuocat ? Id sanẽ facit per gratiam suam, & per Spiritum suum, quo nos viuificat, & renouat, & à potestate nequissimorum spirituum, id est, peccatorum, & vitiorum, & dæmonum liberat. Nam sicut diffusa luce per aërem tenebræ pereunt, & ingrediente rege victore in urbem, hostis egreditur, & fugit : ita diffusa gratia in cordibus nostris mors culpæ euanescit, & intrante Spiritu Sancto dæmon abcedit, & nusquam apparet. Audi quid de gratia dicat Dominus per Ezechielem : Et effundam super vos aquam mundam ( gratiam nimirum, quæ animam lauat ) & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mudabo vos. ] Et Paulus : Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ut nequis gloriatur. ] Audi quid de Spiritu Sancto in eodem Ezechiele : Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ( qui scilicet cor renouet ) ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. ] Et Paulus de Deo Salvatore nostro ait : quia saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, id est, per baptismum, & renouationis Spiritus Sancti ( quo nempe sumus renouati ) quem effudit in nos abundẽ per Iesum Christum Saluatorem nostrum. ] Sed quia Deus nouit saluare nos sine nobis ad salutem nostram cooperantibus, ideo beneficium istud, quo ipse homines saluat, atque iustificat non tantum continet habitum gratiæ animabus inhaerentem, & habitum virtutum infusarum afferentem, & Spiritum Sanctum per gratiam mentes inhabitantem, sed etiam comprehendit auxilia gratiæ, & opera nostra ex gratia facta, quibus ad nostram iustitiam cooperamur, & post iustificationem acceptam, magis ac magis in iustitia perficimur. Hæc autem auxilia gratiæ

A Dei ad opera mortificationis nos mouent, & hæc opera ex gratia, quibus ad iustificationem operamur, aut omnino, aut aliquo modo sub domino mortificationis continentur, & opera sunt mortificationis, ut sic pateat nos à malis peccati mortificatione sanari. Nunc infantes prætermittamus, & de solis adultis loquamur : licet illi quoque mortificatione sanentur. Nam cum mortificatio sit ( vt postea dicemus ) quædam depolitio veteris hominis, & vitæ carnalis abiectio, infantes, dum baptizantur, veterem hominem exuunt, & nouum induunt, & actione piæ matris Ecclesiæ, eorum defectum & ignorantiam suppletis, diabolo, & operibus eius renuntiant, & le peccata, & opera carnis reiecturos profitentur. Paulus quidem baptismi sacramentum spiritualement circumcissionem, & mortem, aut hominis iam mundanis actibus mortui sepulturam vocat, ut videamus quàm verum sit, paruulos quoque mortificatione, baptismo contenta, saluari. In quo ( id est, in Christo ) inquit, & circumcisi estis, circumcissione non manu facta, in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Christi, quæ ( vt ait Anselmus ) non carnem amputat, sed vitia ( consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis ) ( à morte scilicet animæ ) [ per fidem operationis Dei ] qua nimirum credidistis operationem, quam Deus Pater fecit in Christo, [ qui suscitauit illum à mortuis. ] Idque significatur trina mensioe baptismi, qua quis in aquam velut in sepulchrum deponitur, & vitis ac peccatis mortuus iudicatur. Infantes igitur recens nati etiam quodam mortificationis genere sanantur, in quibus moritur peccatum per originem traductum in illos, & opera carnis desolentur, quæ mater Ecclesiã nomine suorum filiorum abdicat, ut eos in filiorum Dei dignitatem, & in gratiam adducat. Et hæc est spiritualis paruulorum circumcisio adhuc vigens secundum sententiam Augustini, & aliorum patrum antiqua illa, quam Christus aboleuit, circumcisio signata, quia si nunc paruulorum caro non amputatur, at superfluitas cordis præciditur.

Verum ad adultos redeamus, quos fatemur mortificatione sanari, & in fastigium perfectionis extolli. Quod vt manifestum fiat, considera mihi peccatorem, iniquitatibus & flagitiis sordentem, qui velit ad sanam mentem redire, & gratiam ac vitam animæ comparare. Is primum, & crassius mortificationis genus subire debet, quod in peccatorum expulsiõne consistit : licet illa cordi adhæreant, licet delectent, licet grauissimum, & pene morti conyunctum videatur, illa relinquere. Meditemur hæc de re verba Hieronymi : Non est, inquit, delicata in Deum, & secura confessio. Qui in me credit, debet suum sanguinem fundere. Qui enim perdidit animam suam in præsentem, lucrificat eam in futuro. Quotidie credens in Christum, tollit crucem suam, & negat seipsum. Qui impudicus fuit, versus ad castitatem, temperantiam luxuriam negat, Qui formidolosus & timidus, assumpto robore fortitudinis, priorem se esse nescit. Iniquus, si sequatur iustitiam, negat iniquitatem. Stultus, si Christum confiteatur, Dei virtutem, & Dei sapientiam, negat stultitiam. Quod scientes non solum persecutionis tempore, & necessitate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone negemus nosmetipsos, & confiteamur eos, qui in Christo renati sumus. ] Hæc ille. Ad hoc mortificationis genus Christus homines prouocat, cum ait : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. ] Ire enim post Christum, est

Caloss. 2.  
11. 14.

Hier. ep.  
ad Aige.  
3. qu. 3.  
Tem. 3.

Matth. 16.  
24.



1. Cor. 2.

Greg. ho.  
10. in  
Ezech.Rom. 6.  
6. 7.Roma. 8.  
12. 13.Leo ser. 7.  
de reu-  
nio deci-  
mi men-  
si.

gratiam eius induere, & nouam fieri creaturam, secundum illud Pauli: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera transierunt; ecce facta sunt omnia noua. Volenti verò hanc Christi sequelam, præceptum mortificationis indicitur, ut scilicet se ipsum neget, & actus carnales deponat. Nam semetipsum abnegat, inquit Gregorius, qui mutatur ad meliora, & incipit esse, quod non erat, & desinit esse quod erat.] Eandem quoque mortificationem, quasi penicillo, delineat Paulus, cum ait: Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. ] Quisnam est vetus homo noster? Nonne sunt carnalia opera? Nonne immoderate affectiones, & reliquæ ex peccato manantes? Sed hæc omnia cum Christo crucifixa sunt, id est, gratia per eius mortem & crucifixionem nobis data, sunt à prauis motibus mortificata, ut destruat corpus peccati, id est, omnis peccatorum congeries, & ut deinceps non obediamus peccato. Nam si illa non crucifigerentur, & mortificatione ligarentur, non possemus à peccato liberari. Oporteret enim hominem mori peccato, ut ad vitam nouam, ad iustitiamque resurgat. Et alio loco ait: Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. ] Vita carnis, id est, vita carnalis, & exequutio operum iniquorum, mors animæ est, quam spiritu gratiæ debemus perimere, aut mortificare, ut Deo, ac iustitiæ viuamus. Carnalis enim, & spiritualis vita non minus opponuntur inter se, quam quælibet alia contraria: vnde si ut candorem, vel calorem acquiramus necesse est atroxem vel frigus reicere: ita procul ableganda est impura, & carnalis vita ut pura & spiritualis adueniat. Præscindendi sunt in hac mystica arbore, quæ sumus nos, tami steriles veteris Adæ, ut rami fructiferi cælestis Adæ progernant. Quis enim vidit vineam necdum putam bene florere, & copiosos fructus facere? Hostis Domini pellendus est, ut dominus ipse in domum cordis redeat, & illam latus inhabitet. Ab infimo peccati loco discedendum est, ut in superius cœnaculum gratiæ surgamus. Hæc omnia, si bene inspiciantur, mortificationem sonant, sine qua certum est neminem posse à morte peccati, quam debet in se perimere, ad vitam gratiæ remeare.

Demus iam hominem à peccato discessisse, & donum fuisse iustitiæ consequutum, certè per ipsum gratiæ & iustitiæ ingressum vitiosos habitus non deposuit, quos assuetudo pristinae conuersationis inuexit. Certè peccatorum reliquias non absumpsit, nec fæctorem tetri liquoris eluit, quem ad pedes sacerdotis per confessionem effudit. Certè pronitatem ad malum non reiecit, quam non momentanea conuersio destruit, sed gratia astans animæ & assiduus labor extenuat. Optimè namque dixit Leo Papa, Natura mutabilis, & de peccati labe mortalis. Licet etiam iam redempta, & sacro baptisinate sit renata, in quantum est passibilis, in tantum est ad deteriora procliuus. Corrumperetur carnali desiderio, nisi spirituali muniretur auxilio: quia sicut illi numquam deest vnde corrumpat; ita semper præstò est vnde subsistat. ] Ergo post conuersionem alio genere mortificationis opus est, quo homo se in adepta gratia conseruet, & procliuitatem ad mala cohibeat. Iam quidem aduersus præterita peccata pugnavit, & illa gratia pœnitendi de-

A struit; sed manet intus multiplex peccatorum incentor, qui iterum ad peccatum pertrahet, nisi illum mortificationis gladius persequatur. Lasciuia caro impudica suspirat, pueriles sensus suas delicias, licet rationi & legi Dei aduersas, efflagrant: passio-num venti fremunt, & in mari nostri cordis liberè vagari nituntur: stulta cogitatio non obtenta, immò nec petita venia discedit, & ad quæuis impura & illicita effingenda festinat. An tot ægritudines possunt sine medicamento abnegationis sanari? An tot clamores infirmorum seruulorum possunt sine mortificationis flagello cohiberi? Ne te contineas, ne tuas affectiones comprimias, ne aduersus sensus deteriora poscentes indigneris, & post tantillum temporis in pristina peccata corruas, & in iniquitatis pelagus demergeris. Quid dixit Saluator illi paralytico à se sanato, ne in eandem aut grauiorem infirmitatem rediret? Ecce, inquit, sanus factus es; iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ] Causæ ergo ægritudinis tollendæ aut minuendæ sunt, nisi velimus in eandem prolabi. At affectus nostri, & procliuitates ad malum, causæ fuerunt ægritudinis animæ, nempe præteritorum delictorum. Quis non videat eas mortificatione esse minuendas, ne ægritudinem priorem efficiant? Iam cum iustificati sumus, aduersario nostro, scilicet Christo, peccatis nostris aduersari consensimus, ut eius iram & penas perpetuas fugeremus; non possumus in eius amicitia perdurare, nisi nobis cum ipsis infirmitatibus per mortificationem geramus. Tu verò, inquit Bernardus, qui hæc audis, si pauens cœperis velle fugere à ventura ira, credo, sollicitus eris, quomodo huic consentias aduersario, qui tibi illam tam terribiliter intentare videtur. At istud impossibile, nisi dissentias tecum, nisi tibi met ipsum aduerseris, nisi graui & vigili lucta tu ipse contra te ipsum insatiabiliter præleris: postremo, nisi valefacias inueteratæ consuetudini innatæque affectioni. Id quidem durum. Si tuis attemperaueris viribus, tale erit, ac si in vno digitorum tuorum torrentis impetum sistere, aut ipsum denuo coneris Iordanem conuertere retrorsum. Quid facies? Quare verbum, cui consentias, ipso faciente ut consentias. Fuge ad illum, qui aduersatur, per quem talis fias, cui iam non aduersetur, ut blandiatur, qui minabatur, & sit ad immutandum efficacior infusa gratia, quam intensa ira. ] Hactenus Bernardus. Hinc elucet quam necessaria mortificatio sit, ne iterum peccemus, & aliquantulum in virtute proficiamus. Quia non potest quis Christo bona poscenti consentire, nisi à propriis desideriis mala poscentibus ipse dissentiat: nec potest virtutes augere, nisi immoderatas cupiditates diminuat, quas mortificationis gladius euincit. Paulus quidem iustificatos alloquebatur, cum dicebat: Nolite communicare operibus infuistuos tenebrarum, magis autem redarguite. ] Quisnam non communicat tenebrarum, id est, peccatorum, operibus? Qui ea non patrat, qui nequaquam eorum cogitationi à diabolo immissa consentit. Et quis redarguit? Qui contrariis operibus ea mala esse, & reprehensione digna demonstrat. Quomodo autem iusti habentes eandem pronitatem, quam habent iniqui ad patrandum malum (homines enim sunt) non communicabunt eorum operibus, immò potius vira & exemplo redarguent, nisi hæc pronitatem mortificent, & non secundum illam, sed secundum Dei voluntatem vitam instituant?

108. 5. 14.

Bern. ser.  
85. in  
Cant.Ephes. 5.  
11.



Ad perseverandum ergo, & aequaliter proficiendum, mortificatio necessaria est. At velit quis ad perfectionem venire? Sanè sine alio sublimiori mortificationis genere, quod leuia etiam peccata demat, & imperfectiones amputet, & multa etiam licita & concessa reiciat, ad finem concupitum non veniet. Perfectio enim leuia peccata libenter non sustinet, sed quantum potest, demit: imperfectiones tanquam se fuscantes depellit: consilia Evangelica pro status possibilitate custodit. Quis autem peccata leuia vitabit, nisi etiam in leuibz seipsum abneget? Quis imperfectiones fugiet, nisi propriam voluntatem sepe minus perfecta postulantem frangat? Quis consilia custodiet, nisi multa sibi non vetita, immò concessa reiciat? Totum perfectionis studium, quædam sublimis mortificatio est, qua vir perfectus, in dies magis ac magis Christum induens, magis ac magis veteris Adæ mores comprimit, atque consumit. Si pauper est, cupiditatem rerum temporalium vsque ad magnæ quoque penuriæ sufficientiam cohibet: si castus est, appetitum voluptatis vsque ad leuissimæ cogitationis voluptuosæ desertationem negat: si obediens, propriam voluntatem vsque ad rerum difficultatem & amarissimarum admissionem calcat: si pijs actionibus subit, intus elationem, & inanis gloriæ titillationem, & extra proprium sensum tepiditatem, & mille alias imperfectiones amouet: si orationi se tradit, quoddam genus mortis amplectitur, dum sensus externos suis actionibus priuar, internos ad cogitationum paupertatē adigit, & in cella, in loco obscuro, sine locis, sine luce, immò quantum potest, sine se ipso delitescit. An omnia hæc non sunt magnæ mortificationis actiones? Et quidem: sine quibus tamen nemo in virtute vsque ad mediocritatem profecit, nullus ad mentis puritatem peruenit. Desiderante Dauide potum aquæ de cisterna Bethlehem, irruerunt tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt eam ad Dauid. [Si illi verò non fortiter irrupissent atque vicissent, nunquam aquam detulissent. Historia hæc, quòd nunc tractamus, non obscure significat.] Dauid enim Christi Saluatoris est typus, qui in acie positus, id est, nobiscum, vsque ad consummationem sæculi, in tentorio Eucharistiæ degens, aquam ex cisterna illa, quæ est in domo panis, id est, imitationem vitæ celestis, & perfectionis opera sibi afferri desiderat. Hanc autem non infirmi, sed fortes, afferunt, non qui in segnitie sedent, sed qui mortificationis impetu hostes perfectionis oblitentes irumpunt. Anima ita pugnantes offerunt Christo puritatis aquam, quam ipse libentissimè aeterno Patri libare constituat: de qua bene dictum est, quòd sanguine, & vitæ periculo empta est, id est, propriæ voluntatis abnegatione, & vitæ carnalis expulsiōne conquisita. Hæc perfectionis aqua, & quæ eam comitari solet, consolatio diuina, illæ animæ abundant, quæ fortiter mortificationi student, & motibus inordinatis resistunt: cum tamen è contra mortificationis oblitæ, magnam patientiam huius aquæ penuriam. Vnde, inquit Bernardus, spirituales gratiæ inopia tanta quibusdam, cum aliis copia tanta exuberet? Profectò nec auarus, nec inops est gratiæ distributor, sed ubi vacua vasa defunt, stare oleum necesse est. Vndique se ingerit amor mundi, cum consolationibus, immò desolationibus suis obseruat aditus, per fenestras irruit, mentem occupat, sed non eius, qui dixit: Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. [Præoccupatum nempe secularibus desideriis animum de-

2. Reg. 23. 16.

Bern. ser. 6. de Ascensu.

Gal. 76.

A lectatio sancta declinat, nec misceri poterunt vera vanis, aeterna caducis, spirituales corporales, summa imis, vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ super terram. [Est igitur mortificatio, id est, motuum carnalium, & illicitorum abiectio atque repressio, quæ animam peccato mortuam ad spiritalem vitam reuocat, & reuocatam, sed adhuc infirmam, sanat, & vtrumque sanatam, decore perfectionis exornat. Hæc, inquam, facit mortificatio, quæ diuina gratia excitat, & mouet, & facit in nobis, vt non sine nostris actibus nos viuificet, atque perficiat. Ac proinde ea est velut iter quoddam, quo ad vitam properamus, & à morte discedimus: est velut medicina, quæ plagis nostris applicata, saniem tollit, putorem tergit, & sanitatem operatam afferit: est, quasi penicillus manu Domini pictoris optimi assumptus, quo in imagine sua minimos nauos abradit, deformata reformat, vetusta renouat, & cœpta vsque ad perfectionem adducit. Mortificatio generale est instrumentum, quo salutem nostram operamur, à malo seingimur, & boni nos amatores profitemur. Quæ cum aggritudine depellat animam, & quicquid peccatum vulnerat, mirabiliter sanat, post bellum cum vicijs vtrumque susceptum, à perfectionis amatoribus diligentem suscipienda est, & tanquam omnino necessaria vniuersum medicina suis malis applicanda. Cuius naturam prius exponemus, & utilitates eius quasi inuoluntè & confusè tactas sigillatim declarabimus, vt postea libentius ad praxim non tam legendam, quam opere complendam accedamus.

Quid sit Mortificatio, & quod duplex, ac de eius nominibus?

C A P. III.

**M**ORTIFICATIONIS substantia, atque natura breui definitione conuenienter exprimitur, quæ est huiusmodi. Mortificatio est spontanea, liberaque anima à vita carnali separatio, & vitium tum externarum tum internarum, ab illicitis operibus dissolutio. Cum enim mortificatio sit quoddam genus mortis (vt ipsum nomen indicat) non aliter quam vt quædam mors specialis, est à nobis explicanda. Nec quia vocatur mors, aut timenda aut fugienda est, quoniam eà id quod Deo displicet, & homini nocet, corrumpitur, vt mens nostra iucundiori vita vestiatur. Neque eam debemus existimare terribilem, quam non peccatum, vt penam, attulit, sed iustitia Christi, vt peccatum occidat, inuenit. Vt autem sciamus in quo hæc separatio dissolutione consistat, in memoriam reuocandum est, duas esse hominis partes, substantia officioque distinctas. Has diuersis nominibus declaramus: vocantur enim caro & spiritus; sensualitas & ratio; homo vetus, & nouus; exterior, & interior. Carnis & spiritus meminit Paulus, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciat. Meminit etiam hominis veteris, & noui. Nolite, inquit, mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes nouum, eum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit illum. Nec oblitus est hominis exterioris & interioris: Sed licet is, qui foris est, noster homo, corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Et conde-

Galat. 5. 17.

Coloss. 3. 9.

1. Corin. 4. 16.





Roma. 7.  
23.  
August.  
lib. 1. de  
serm. Do-  
mini in  
monte c.  
12.

lector legi Dei secundum interiorem hominem: videro autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.] Sensualitatem verò & rationem nominavit Augustinus, dum carnalem appetitum, in quo est illicita delectatio, Eux, & rationem, in qua est consensus, viro comparat: & huius vilitatem, qua se sensibus subdit, omnium nostrorum casuum initium esse demonstrat. Caro igitur, sensualitas, homo vetus & exterior, inferiorem nostri partem designant, qua à belluis non distamus, & bona sensibilia, voluptatèque corpori gratas appetimus. Spiritus verò, ratio, homo nouus, & homo interior, superiorem partem præferunt, qua coniungimur Angelis, & virtuti consentanea, ac Deo grata concupiscimus.

Hæ duæ hominis portiones ita natura ac substantia copulantur, vt tamen desideris operibûque dissideant. Nam spiritus virtutem, & puritatem sibi, & corpori, & proximis cupit: caro verò ad res sensibus delectabiles, & corpori gratas anhelat: ille legem Dei seruandam esse decernit, ista modò lasciuia suppetant, nihil putat de diuina esse lege curandum: ille cælum & cœlestia quatit, ista terram solum, & terrestria suspirat. Euenit ergo in his qui peccato deseruiunt, vt caro non natura, sed actibus, & conuersatione carnali quasi mentem informet; & ei esse carnale non quoad substantiam, sed quoad mores, id est, desideria carnalia, & impura communicet; & tunc homo vitam carnalem viuunt, & vitam spiritualem deserit, quam Dei dono, & gratiæ possessione conceperat. Quemadmodum enim (vt aliquo impossibilitatem possibilem, & frequentissimam ostendamus) si iumentum in materiam hominis suam formam induceret, necessario formam rationalem expelleret, & illum hominem externa quidem forma hominis retenta, iumentum & bestiam faceret: ita caro in mentem suos mores bestiales inuehens, mores spirituales aufert, & ad culpam trahens à gratia separat, & ipsam mentem non natura, sed cogitationibus, sed desiderijs, sed actibus pecudem efficit. Mortificatio itaque est hanc formam carnis, aut conuersationem carnis à mente seiungere, & carnem ancillam menti Domini subdere, & mentem ad suam, quasi naturalem formam, id est, ad vitam spiritualem reuocare. Optimè autem vocatur mortificatio, quasi mors: quoniam si mors, vt dixit Seneca, est naturæ lex, tributum, officiumque mortalium, malorumque omnium remedium, hæc certa quadam ratione mortificationi abnegationique conueniunt. Mortificatio quippe lex est, non tam naturæ, quam gratiæ, quam in lege gratiæ ore Pauli promulgatam esse cognoscimus. Mortificate, inquit membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis.] Mortificatio tributum est, quod vniuersorum creatori pendimus, vt nos non iam carnis seruos, cui vectigalia denegamus, sed ipsius Domini famulos profiteamur. Sic implemus illud Domini: Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.] Quoniam sicut regibus eorum subditi tributa pendunt; ita nos, qui ad regnum Christi pertinemus, ei, quod nostris sensibus & voluntatibus demimus, in tributum exoluimus. Reddimusque secundum consilium Pauli, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. Si enim tributum est, vt putat Anselmus (nescio an id Grammatici probarent) quod præsentibus soluunt, & vectigal, quod in signum subiectionis ex distitis regionibus mittitur, quid est abnegare seipsum, nisi

Seneca  
lib. 6. 99.  
natural.  
cap. 32.

Coloss. 3.  
5.

Luca 20.  
25.

Roman.  
13.  
Anselm.  
ibid.

A in cœlestia regna res magni prætij mittere, & Christo in cordibus nostris præsentem gratum obsequium exhibere: quem sibi minus grata negantes honoramus, & signa veræ dilectionis ostendimus? Mortificatio officium est mortalium; nam iustum est nos, qui mortales sumus, quotidie operibus mortuis mori, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus.] Et si officium est quod quisque debet facere, quid nos aliud facere debemus, nisi imaginem Adæ terrestis abiicere, vt imaginem cœlestis Adæ gestemus? Est denique mortificatio omnium malorum remedium, quia (vt iam ex parte diximus, & statim sigillatim dicemus) ipsa est quæ peccata reuocat, vitia extinguit, & quicquid in nobis vitiosum, aut minus ordinatum est, facit atque aptè componit. Et sicut mors animam malis huius vitæ eripit, & in statum immortalitatis, & immutabilitatis mittit, ita mortificatio ab inquietudinibus huius vitæ liberat, & quandam immutabilitatis fatis amabilem gradum importat.

B Sed quare mortificatio non potius vocatur mors? Certè quidem quia non tam in ipsa seiunctione animæ à vita carnali, quam in lucta ad consequendam istam separationem est posita. Sicut enim separationem animæ à corpore procedit lucta quædam, & veluti conatus quidam animæ, quo nititur corpus aggrauans, & iam sibi molestum exueret: ita veram tranquillitatem mentis, quæ in victoria motuum sensualium sita est, lucta & certamen, cum sensualitate, ac vita carnali præcedit, quod certamen vt ad tranquillitatem tendens, nomen mortificationis obtinuit. Hoc autem certamen longum, & laboriosum est, si per se consideretur, licet diuina gratia nos excitans, & iuuans satis tolerabile, & suauè illud efficiat. Quisnam ambigat certamen hoc esse longum, quod vtique ad mortem naturalem, vel vtique ad perfectam carnalium motuum victoriam se extendit? quam cum in hac vita nunquam sine aliqua contradictione carnis assequamur, semper pugnare & certare compellimur. Quoniam propter te, inquit Dauid, mortificamur tota die; estimati sumus sicut oves occisionis.] Singulis diebus mortificationi propter te Domine, id est, propter tuum amorem intendimus; & vt rationales oves ad mortem carnalium affectionum destinata; nihil nisi hanc mortem sanè desiderabilem cogitamus. Ac fortassis propterea Bernardus mortificationem respirationi comparat, quoniam nunquam est à mortificatione, sicut nec à respiratione cessandum. Cum enim dixisset respirandum esse à conspiratione iniqua peccati, hæc subiicit: Queris in quo sit respiratione ista? In eo incipiat spiritus vicissim concupiscere aduersus carnem. Huic si repugnes, respiras. Si spiritu facta carnis mortificas, respirasti. Si hanc cum vitijs, & concupiscentijs tuis crucifigis, respirasti. Castigo, inquit Paulus, corpus meum. Vox est respirantis, immò qui iam respirat. Vade & tu fac similiter, vt te respirasse probes, vt diem dento inspirantem tibi noueris illuxisse.] Sic ille. Quis etiam non videat hoc certamen esse molestum? Nam molestum est animo ad imperandum creato, à suo corpore quasi in seruitutem redigi, & ad impura desideria trahi, sicut molestissimum esset nobili reginæ, alicui ex suis ancillis deseruire. Laboriosum est illi sanguisugæ filias, id est, carnis affectiones compefcere, dicentes semper: Affer, Affer. Quæ primo affer necessaria possunt, & secundo affer superflua concupiscunt. Datum est illi semper sensualitati contradicere, quam vt locum inseparabilem naturaliter diligit: quam etiam sæpe aduertit mortificatione, dolore affici, abnegatione affligi, & motuum suorum cohibitione turbati. At hæc mole-

1. Petr. 2.  
24.

Psal. 43.  
12.

2. Cor. 10.  
72. in  
Cant.

1. Tim. 30.  
15.

stia est



Marci 9. 15.

Greg. 10. mor. cap. 17.

Iosue 5. 2.

Gen. 17.

Cyprian. de discipli. Marci. 9. longè ante sine.

stia est viriliter sustinenda, quoniam hostis non sine aliquo labore foras pellitur. Surdus enim, & mutus spiritus ab homine, quem possederat, exire compulsus, [exclamans, & eum multum discerpens] egreditur, ita vt miser homo planè mortuus videretur. Ita immortificationis spiritus, qui mutus est, nã seipsum silentio tegit, & mutus quoniam diuinos instinctus audire contemnit, non nisi cum clamore, & molestia hominem deserit. A quo homo liber, vt optimè aduertit Gregorius, viuus manet, licet insipientibus mortuus videatur. Velut mortuus, inquit, ostenditur, qui à maligni spiritus potestate liberatur: quia quisquis iam terrena desideria subegit, vitam in carnalis conuersationis extinguit, & mundo mortuus apparet, quia possessore prauo, qui per immunda desideria se agitabat, caret. Quem multi mortuum dicunt, quia qui spiritualiter viuere nesciunt, eum, qui carnalia bona non sequitur, extinctum funditus arbitrantur.] Parum autem refert si stulti delirantes, mortuos nos putent, dummodo nos mortem peccati deponentes, vitam homine dignam viuamus. Manet igitur satis (vt existimo) exposita mortificationis natura. Nam cum sponte ob Dei amorem, studiumque virtutis vires, & affectiones nostras componimus, & motus inordinatos, aut imperfectos cohibemus, tunc dicimur mortificare nos ipsos, tunc vitam veterem, & carnalem exuimus, vt nouam vitam, & spiritualem, & propriam hominis ad beatitudinem conditi se ctemur.

Inuestigemus verò nunc quot sint mortificationis genera, seu quot modis hominem seipsum abnegare contingat? Communiter à patribus duo genera mortificationis assignantur: alterum quo exteriorem hominem, alterum, quo interiorem cohibemus, atque componimus. Mortificatio illius primi generis vocatur exterior, quæ sensus omnes, & linguam, & membra corporis moderatur, ne in illicita, aut imperfecta disfluant: Mortificatio verò secundi generis vocatur interior, quæ affectus, & intellectum, & voluntatem, & cogitationem regit, ne etiam in mala, aut imperfecta consentiant. Eas autem in sacris paginis figuratas inuenio. Nam in ipso introitu terre promissionis dixit Dominus Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundò filios Israel. Que circumcisio, cum vocetur secunda, primam aliquam supponebat, aut eam, quam fecit Abraham, vt aliqui volunt, cuius mentio fit in Genesi, aut aliam factam in ipsa egressione ex Aegypto, vt multi ex Hebræis autumant, & Augustinus insinuat, qua idem populus, quoad eos, qui nec dum erant circumcisi, iterum circumcisi est. Primataque circumcisio in Aegypto facta externam mortificationem designat; secunda verò in transitu Iordanis effecta internam mortificationem significat, quæ merito fit in colle præputiorum, quoniam, qui interiora mortificare audeat, iam collem, id est, aliquem gradum perfectionis ascendit. Harum prima exterior si sola accipiatur nulla habita ratione secunda non multi momenti est; quippe quæ animum incircumcisum, ac vitis subiectum relinquit. Idque Cyprianus elegantissima oratione confirmat. Neque enim, inquit, locus desertus, saccus pro veste, legumen pro cibo, neque ieiunia, neque chaumeniæ (id est, humicubationes) monachum absoluunt: sub his inuolucris interdum latet animus valde mundanus. Quod ita deprehenditur, si ad munus aliquod Ecclesiasticum vocentur, ubi videas quosdam ex illis facillimè vinci deliciis, impatientiores iniuriarum, appetentiores vindictæ quam quiuis alius sit ex media plebe. Quid causæ est? Quoniam corpus exercuerit magis quam ani-

num; cum beatus Paulus doceat, quòd [exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas ad omnia] valeat. Non hæc dixerim, quod improbandi sint, qui talibus modis castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt: sed quòd [Satanas] mille instructus artibus nonnumquam illudit incautis [transfigurans se in Angelum lucis,] & ex huiusmodi corporum exercitamentis inducit illis falsam sanctimoniam persuasionem: cum que intus madeant spiritualibus vitis, & sibi, & aliis habentur pij. Sic ille. Secunda quoque interior mortificatio, si primam exteriorem negligat, non admodum tuta est; quippe quæ secum afferat manifestum superbiam, aut tepiditatis indicium. Superbia quidem, dum quis putare videret, se perfectioribus studiis occupatum, minoribus non indigere. Tepiditatis verò quoniam satis languida, & ridicula est interior mortificatio, quæ seruum suæ prouidentiam commendatum, scilicet corpus non comprimit, & illud molliet vagari permittit. Heli profectò sacerdos seuerissimè à Domino multatus est, non quòd ipse indignè se gesserit, sed quòd filios suos iniquè conuersari permiserit. Ita nonnulla mentes donis, & consolationibus cælestibus vacuæ relinquuntur, non quia affectus non comprimant, sed quia pusillanimitate ductæ corpus suum deliciosè tractent, & nequaquam disciplina religiosa cohibeant. Idcirco secundum præceptum Basilij hæc duo mortificationis genera iungenda sunt, & primo loco interiori, secundo verò exteriori vacandum. Neque enim, inquit, si corporis vitia per ieiunia, vigilasque absciderimus, animam verò moribus propriis ex zelo, & hypocrisis, & perturbationibus ceteris agitaram negligamus, conferre ad virtutem aliquid corporis exercitamentum arbitramur. Neque item anima suis purgata vitis, si corpori ad voluptates ventris, reliquasque delicias liberas habenas permittamus, remota etiam mortificationis immundicia, perfectam ad virtutem vitam nostram portare poterimus. Verum enim qui virtutis cursum omni vitiorum labe purum festinat ostendere, is necesse est animæ virtutibus adiciat, & corporis bona, & his, quæ per corpus assidua exercitamentis labore peragit, virtutes animæ concordet ostendat. Neque enim verax, & sine simulationis fuce vita esse potest, nisi animæ, & corporis membra congruentiam ad inuicem, & concordiam habeant: fieri enim equidem non posse putato, vt aut animæ adipiscamur bona, nisi abint vitia corporis, aut corporis bona consequamur, nisi virtutes animæ antè præcedant.] Ex his duobus Cypriani, Basilique dictis satis constat, in quo consistant hæc duo mortificationis genera: & quomodo ita sunt temperanda, vt nec sola corporis mortificatione contenti simus, nec ob internam mortificationem potiorum, externæ etiam mortificationis necessaria obliuiscamur.

Vtraque mortificatio tam exterior, quam interior in alias duas est diuidenda. Altera est, qua ab illicitis abstinemus: altera, qua etiam à quibusdam licitis temperamus. Illicita sunt omnia peccata siue grauiora, siue leuiora, quæ Deus fieri vetuit. Licita sūt omnia nobis concessa, quæ Dominus nullo præcepto, nec maiori, nec minori prohibuit. Qui ergo ita suos sensus, & affectus cohibet, vt in peccata non effluat, primam mortificationem, qua ab illicitis abstinet, habet: qui verò propter amorem Domini, & obtentum perfectionis quadam sibi licita, & concessa negat, in visu, in auditu, in cibo, & potu, in sermone, & in aliis huiusmodi, is secundam in licitis mortificationem exercet. Ad primam illam, qua ab illicitis abducimur, hortatur Paulus, dicens: Nolite errare, Deus

1. Timor 4. 8.

2. Corin. 11.

1. Reg. 3. 12.

Basil. de vera virginit. post med.

Galat. 6. 7. 8.

non



non irideretur. Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Item & Ieremias, dum ait: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Nam seminare in carne est operibus carnis insistere: quo nomine uniuersa peccata notantur: & prohibere gladium à sanguine, est mortificationis gladium in abscindendis illicitis sanguine signatis non occupare, sed cum ocio sum, & rubigine obductum tenere. De secunda verò, qua propter dominum quædam licita relinimus, gloriatur Iob, qui de se ait: Desperari, nequaquam ultra iam viuam. Gloriatur & David: Nam defecit, ait, in salutari tuo anima mea. Et iterum: Concupiscit, & defecit anima mea in atria Domini. Quid enim aliud est iustum desperare, inquit Gregorius, nisi presentis vitæ bona, æternitatis electione deserere? Et quid est in atria Domini concupiscere, & deficere, nisi propter amorem æternorum, in amore temporalium etiam nobis concessorum non perdurare? Necessitas autem huius duplicis abnegationis colligitur ex eo quod Bernardus ait, duas esse hominis vias, quarum altera vocatur necessitas, altera verò vocatur cupiditas. Necessitas ea, quæ ad victum, ad vestitum, ad congruam commoditatem necessaria sunt, postulat; cupiditas ea, quæ luxui & ostentationi seruiunt, efflagitat. Has duas vias duplex mortificatio dicta rectificat. Nam mortificatio in illicitis cupiditatem comprimit, vt non eamus post concupiscentias nostras: mortificatio verò in licitis necessitatem angustat, vt paucis contenta res patum necessarias omittat. Est autem apprimè vtile nonnulla licita abscindere, non solum vt consilia sectantes abundantiorum mercedem accipiamus, verum etiam vt affueti ad relinquenda licita, quæ placent, facilius illicita, cum nos inescare tentauerint, relinquamus. Vnde Cassianus egregie ait: Non tam laudabile est si ab illicitis, quam etiam si à licitis temperemus, & his propter eius reuerentiam non vtamur, quæ ea nobis propter infirmitatem nostram vtenda permittit. Et Gregorius: Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis cautè restringit. Qui ita in licitis se abnegat, potest cum psalmodiographo dicere: Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est. Ille quippe maxima cum perfectione voluntariè sacrificia offerre videtur, qui ad immolandum spirituales hostias, nec præceptis adigitur, sed sola virtute amoris inclinatur.

Mortificatio tandem siue exterior, siue interior, siue illicita, siue nonnulla licita deserat, multa nomina sortita est, quæ vim eius, ac naturam significant. Vocatur enim mortificationis nomine, quo hucusq; vsi sumus: vocatur etiam abnegatio, renuntiatio, spiritualis circumcisio, ieiunium, odium sui, violentia, crux. Primo nomine vsus est Paulus, dicens: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Hoc verò nomen optimè exprimit huius sancti studij qualitatem, quo verè mundo morimur, & à multis licitis sequestramur. Abnegationis nomen vsurpat Dominus, dum ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Tunc enim nos negamus, cum nobis aliquid malè, aut imperfectè cupientibus per aduersum non respondemus, & à nostris concupiscentiis, desideriiisque seiungimur. Renuntiationis nomen etiam docuit ipse Dominus. Qui non renuntiat, inquit, omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Est igitur renuntiatio, ait Basilus, nihil aliud, quam vinculorum crasse huius, ac temporariæ conuersationis absolu-

tio, quæ nos dum emancipat semel, ac subducit anxietatibus, & humanam vitam comitantibus negotiis, & promptiores, ac magis idoneos reddit inuendæ viæ ad Dei contemplationem rectæ prouehenti. Circumcisionis nomen à Paulo multis locis didicimus, cuius est illud: Circumcisi estis circumcisioe non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisioe Christi. Merito autem hoc nomen mortificationi indidit, quoniam sicut abrogata circumcisio superflua carnis amputauit: ita spiritualis circumcisio à Christo in lege gratiæ retenta, superna-cua mentis abscindit. Ieiunij nomine meminit Dominus per Isaiam: Nonne, ait, hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Est ac si diceret: Ieiunium mihi gratissimum est peccatorum funes exoluere, & desideriorum inanum pondus abicere. Et Augustinus in eodem sensu loquens, ait: Ieiunium magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sæculi. Meminit etiam nomine odij, dicens: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Nam qui odio habet aliquem, eius frangit voluntatem, & vites enervat: quia verò dum nos abnegamus, similia sensibus & concupiscentiis facimus, ideo aliquid nostri, scilicet quod inordinatum est, detestamur, vt quod potius, & excellentius est diligamus. Nomen quoque violentiæ ex doctrina ipsius Saluatoris accepimus, dicens: Quoniam regnum cælorum vim patitur. Audi ex Ambrosio quænam sit ista vis. Vis, inquit, menti affertur humanæ, quæ diuersis illecebris delinita laborem fugit, voluptates expetit, cum vel metu supplicij coercita, vel præmio prouocata vincere ipsa sentitur, & tanquam exantlatis laboribus palmam, quæ sibi plurimis aduersitatibus subtrahebatur eripere contendit. Ac tandem mortificationem sub nomine crucis nos docuit; nam ait: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. De hac cruce, quæ in vera abnegatione posita est, gloriabatur Paulus, quando dicebat: Christo confixus sum cruci. Susceptio enim crucis, inquit Leo Papa, est interfectio cupiditatis, occisio vitiorum, declinatio vanitatis, & abdicatio omnis erroris. Hanc ergo crucem vt hilariter suscipiamus; hanc violentiam vt nobis fortiter inferamus: hoc odium vt vtiliter admittamus: hoc ieiunium vt sanctè custodiamus; hanc circumcisioem vt cum fructu sustineamus; hanc abnegationem, & mortificationem vt strenuè exerceamus, eius tum necessitatem, tum dignitatem, ac præstantiam inuestigemus.

Mortificationem esse homini iusto apprimè necessariam.

#### CAPVT IV.



VIDE si mortificatio vidimus, nunc eius necessitatem, atque præstantiam spirituales tenendam, & ad perfectionem assequendam videamus. Licet enim ex his, quæ hæcenus diximus, satis perspicèta esse potest, tamen res tanta distinctius & explicitius tractanda est, vt nos ad mortificationis amorem & studium alliciat. Mortificatio in ipso vitæ spiritualis ingressu omnibus à Domino præcepta est, sine qua nemo vitam hanc inchoare, aut prosequi, aut consummare præsumat; quia statim atque eam deseruerit, & suis concupiscentiis adhaerent, ab eo, quod

adeptus

Ierem. 48. 19.

Iob 7. 16.  
Psal. 118. 81.  
Psal. 83. 3.  
Gregor. s. mor. 6. 13.

Bern. ser. 11. 119  
Psal. 90.

Cassian. col. 2. 1. c. 5.

Gregor. s. mor. 6. 8.

Psal. 53. 8.

2. Cor. 4. 10.

Matth. 16. 24.

Lucæ 14. 33.  
Basil. reg. 8. 14. diff.

Collos. 2. 11.

Isaia 58. 6.

August. serm. 17. in Ioan.

Ioan. 12. 25.

Matth. 11. 12.  
Ambr. li. 5. in Lucam ad finem.

Matth. 10. 38.

Leo ser. 2 de resurrectione.



Exod. 5.  
5.

Iosue 5.  
16.

Gene. 17.  
14.

Cyp. lib.  
de card.  
nal. oper.  
Christ. ser.  
de cir-  
cumcis.

Bern. ser.  
1. de cir-  
cumcis.

1. Tim. 6.

Ierem. 4.

Exoch.  
44.9.

Hier. ib.

Astr.  
18.

Iuel. 1.

adeptus fuerat, bono discedet. Nam quod iustum est Moysi & Iosue accedentibus ad Dominum, omnibus etiam iustis sine dubio precipitur. Quid dictum est illi ad visionem ardentis rubi pergenti? Certè: Ne appropies huc: solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, terra sancta est.] Et quid dictum est huic ad videndum Angelum properanti? Certè: Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.] Idem omnino præceptum omnibus iustis indicitur: ut sciant se in loco sancto stare, si vitam sanctam, Deoque consecratam colere incipiant; ac proinde, debere ipsos calceamenta solvere, id est, affectus omnes carnis deponere, & actus vitæ veteris retractare. Carnalis profectò circumcisio tam sine vlla dispensatione veteribus Israelitis iniuncta est, ut dicat Dominus: Masculus, cuius præputij caro circumcisio non fuerit, debilitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.] Sed non minus distinctè nobis circumcisio spiritualis iniungitur, quæ spiritus noxia & superflua reseruat. Idque peripicue testatur Cyprianus ita scribens: Vbi Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptum erat, ut in morte sua, Paris voluntatem impleret, cessarunt sacrificia: nec iam truncationem præputij Euangelium imperavit, sed circumcisione cordis, & omnem tam membrorum, quam affectionum petulantiam gladio spiritus reseruat, immutabili decreto mandavit. Et ad idem Bernardus: Et nos fratres, inquit, circumcidi necesse est, & sic nomen salutis accipere. Circumcidi sanè non littera, sed spiritu & veritate: circumcidi non vno membro, sed toto corpore simul. Atque infra: Quæ est moralis circumcisio nostra, nisi quam commendat Apostolus? Victum, inquit, & vestitum habentes, his contenti sumus.] Oprimè profors circumcidit nos, & superflua reseruat vniuersa, voluntaria paupertas, pœnitentia labor, regularis obseruatio disciplina.] Audi hanc circumcisionem præceptam apud Ieremiam: Circumcidi mini Domino, ait, & auferre præputium non carnis, sed cordium vestrorum.] Apud Ezechielem quoque: Omnis alienigena in circumcisus corde, & in circumcisus carne non ingredietur Sanctuarium meum.] Cor, inquit Hieronymus, circumcidimus cultello Dei, & auferitur de corde nostro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt de corde nostro, nec de nobis dicitur: Impinguatum est cor populi huius, & auribus suis grauitè audierunt.] Ergo & caro similiter circumciditur, ut nequaquam faciamus terrena opera, quæ pro necessitate corporis facere compellimur, cibum capere, & potum, & somnum, & uti vestibus, quæ tunc circumcidimus, si non ad delicias, & ad luxuriam, & ad inertiam, sed ad necessitatem naturæ, & corporis istius sustentaculum cuncta faciamus.] Sicut ergo pueri apud Hebræos, auctore Euthimio & Theophylacto, prius carnaliter circumcidebantur, quam nomen suæ gentis acciperent, ita iusti prius debent se ipsos spiritualiter circumcidere, hoc est, se ipsos abnegare, quam militum Christi nomen obtineant. Atque adeo magna est mortificationis necessitas, quam non iam nomen perfecti, aut nomen spiritualis viri, sed etiam nomen Christiani videtur supponere. Incassum enim hoc nomen accipit, qui virtute Christi opera carnis non negat, & quæ à Christo separant, non abscindit. Omnibus itaque tam imperfectis, quam perfectis spiritualis circumcisio, id est, mortificatio, quæ illicita & superflua reseruat, necessaria est. Vnde peccatoribus dicitur per Ioseph: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, fletu, & planctu.] Iusto verò pro-

A mittit Dominus per Dauidem: Cum ipso sum in tribulatione.] Peccator ergo conuersus & iustus, licet à Domino dilectus, in dolore sunt, vterque habet quod amputet, vtrumque cruciat circumcisionis dolor; siquidem ille in ieiunio, & fletu, & planctu viuunt, & hic in tribulatione degit, à qua necesse habet liberari. Christus princeps noster caput est gloriosum beatorum & viatorum: sed non eodem modo se beatis, ac viatoribus exhibet. Illos enim forma gloriæ, quam nunc habet, abundè lætificat, istis verò faciem spicis illitam, sanguine perfusam, & lacrymis irrigatam ostendit. Illi secundum id quod vident, semper gaudent, semper lætantur: isti secundum id quod mente considerant, semper vtrumque merent, semper desiderio crucem imitandi succeduntur. Nam ignominiosum esset illis, dū sibi representatur Christus non circumdatus gloria, sed spicis coronatus, si cuperent gloria potiri, & non dolorum eius imitatione, quam abnegatione possident, coronari. Dauidem à Saule fugientem, & in spelunca Odolla lætantem non læti, sed tristes quarunt, non mundi lætitiā habentibus, sed mundi persecutionem patientibus imperat. Denique conueniunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps.] Ita Christo adhuc in Tétorio Ecclesiæ manenti non seipsum mundi commodis & propria voluntate lætantes, sed se ipsos abnegates & duriter tractantes, adherent. Hi sunt in angustia constituti, nam propter amorem perfectionis cordis mortificati, tristitiam voluntariè suscipiunt. Hi sunt ære alieno oppressi, quos suorum peccatorum debita, ad sui mortificationem, id est, ad debitorum exolutionem sollicitant. Hi sunt amaro animo, quibus curæ est semetipsos in amaritudine constituere, ut filij resurrectionem, id est, animi feruorem, & vitæ perfectionem à verò Eliseo, nempe à Christo, consequantur. Hos Christus in deserto huius mundi degens vocat, & dicit illis: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.] alacres verò secundum mundi lætitiā non vocat, sed illis, Væ, nimirum luctum & tristitiam, annuntiat. Væ vobis, inquit, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis, qui saturati estis, quia esuriētis. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.] Isti, qui risui, & cachinnis vacant, & suæ voluntati obsecundant, licet statu ad regnum Christi pertinere videantur, tamen vitæ conuersatione non Christo, sed mundo, non viris spiritualibus, sed mundanis iunguntur. Quibus optimè conuenit illud, quod quidam Israelita à Babylone ad suam patriam translatus dixerunt: Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri.] Nam ad vitam religiosam, vel spiritualem translatus, ob suam delictam non plus diuinæ consolationis, quam sæculares percipiunt. Sicut illi nihil spirituale sapiunt, ita & isti: sicut illi in spiritu, macie attenuantur, ita & isti præ imbecillitate tabescunt: sicut filij illorum, id est, affectus Babyloniæ seruisunt, ita affectus istorum rebus mundanis famulati coguntur. Non propter hoc reliquimus mundum, sed ut ab illo elongati, nec eius recordationem admittamus. Huius enim vitæ finis est, ut Cassianus ait, omnes nostras mortificare & crucifigere voluntates, ac, secundum Euangelicæ perfectionis salutare mandatum, nihil de carnalino cogitare. Absurdum est autem, & satis miserum in arrepto melioris vitæ proppsito solo corpore, & non omnino permanere.

Psal. 90.  
15.

1. Reg.  
22.2.

Matth.  
11.28.

Luce 6.  
24.

2. Esdra  
5.5.

Cass. col  
19. c. 8.

neant,





neant? Sanè nihil illius, nisi solam externam formam videntur induere. Nam educti ex Ægypto vitæ prophana, & in Sanctorum conuersationem translati vitia sua delere tenuunt, quorum fraudibus iam alia vice decipiuntur. Præcepit Dominus filiis Israël, vt delerent gentes, terram sibi datam occupantes: quibus minime iussa complentibus comminatus est, dicens: Noluistis audire vocem meam, cur hoc fecistis? Quamobrem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes. & dixerunt vobis in ruinam,] Eodem modo tepidis comminatur, qui nolunt suas frangere voluntates, & suos sensus & affectus cohibere. Eorum namque propriæ voluntates, & proprii affectus, sunt hostes, qui quotidie suos seruatores inquietant, & non semel in peccata deiiciunt. Ab istis ergo hostibus decepti sunt, vt postquam se Deo consecrarunt, mundo seruiant, & non secundum Deum, sed secundum hominem viuunt. Perscrutemur quidnam sit secundum Deum & secundum hominem viuere, vt quod dicimus euidenter astruamus. Ille secundum hominem viuunt, inquit Prosper, qui secundum seipsum viuunt; quia & ipse homo est, & secundum seipsum viuunt. Qui si potuerit, est cum quibus vult, pergit quod vult, dormit quando & quandiu vult, loquitur quæ vult, & vbi vult, manducatur, & bibit quando & quod vult, & quantum vult: ridet, ac lætatur inter quos vult: postremò, quicquid paribus suaue est, quicquid tactui blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid cæteris sensibus carnis suæ iucundum, exercet, ac sequitur, qualiter vult, qui omnia licita & illicita carnaliter vult. Si illi, qui non se mortificant, hæc omnia faciunt, & propriam voluntatem, regulam suorum operum habent, manifestum est, quia secundum hominem viuunt. Pergat ipse sanctus doctor, & quid sit viuere secundum Deum nobis edicat. Qui, ait, secundum Deum viuunt, non quod eum carnaliter delectat, sed quod ædificat spiritualiter, facit, & omnia desideria carnis spiritualis desiderij delectatione compescit; futura præsentibus anteponit, carnem spiritui subdit, & quicquid cupit, aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei sui voluntate procedere, cui placere totis viribus concupiscit. Longè profectò ab istis actibus sunt, qui seipso palpant, & in nullo suis desideriis contradicunt. Non igitur secundum Deum viuunt, atque adeò externam tantum spiritualis vitæ vestem induunt, & operibus carnis occupati, se esse, quod non sunt, aperitissime mentiuntur. Curat hoc diabolus, vt non iam in sæculo tantum, sed in vrbibus quoque Domini, id est, in familiis Domino consecratis habeat non paucos, qui ei tributa persoluant. Curat hoc, vt homines desidij assuetos, & inermes faciliè (data occasione) ad se transferat, & peccati seruos efficiat. Caueat Philistinum, ne forte facerent Hebræi gladium ac lanceam. Ita nituntur demones, ne ad Deum transmigrantes instrumenta bellandi, id est, exercitia mortificationis, habeant, quibus poterunt se è manibus hostium eripere.

Iudic. 2. 2.

Prosper lib. 3. de vita contemplat. c. 1.

1. Reg. 13. 19.

Plato in Gorgia.

amouere, quomodo sanitatem acquirunt? Vt in corporibus, inquit Basilus, necessariò & demi illa debent, quæ superuacanea sunt, & quæ absunt apponit: sicidem quoque nobis in animis nostris seruandum est, vt quæ aliena sunt, scilicet amandemus, & quæ idonea asciscamus. At tepidi & immortificati pacem habere non possunt. Pacati enim non erunt, quos tot hostium, id est, inanum desideriorum clamores exagitant, quos tot intestina contrariorum appetituum bella molestant. Est bestia terra, inquit Iob, pacifica erunt tibi, & scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum. Dum ergo bestias terra, id est, cordis nostri passiones non pacamus, frustra in tabernaculo mentis pacem habere contendimus. Virum pacificum elegit Dominus, vt magnificum sibi templum extrueret. Atque ideo iste est sermo eius ad Dauidem: Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum. Ipse ædificabit domum nomini meo. Nec satis fuit ad illud templum ædificandum bellare, sed necesse fuit iam bellasse, & pacem per circuitum quæsiuisse; & nos putamus non iam in ipso bello, quando aliquid terræ subegimus, sed ante omne bellum, quando hostes nostri, id est, immoderati sensus, & affectus nos possident, perfectionis templum ædificare, & locum vbi cum Deo conuersemus, inuenire? Toto cælo erramus, & nos ipsos manifestè decipimus. Nam celestis illa cognitio, quæ non solum intellectum erudit, sed assidua cum Deo colloquia parit, & saporem illum absconditum in affectum transfundit, illis tantum conceditur, qui mortificatione se mundant, qui omni impuritate (quantum possunt) se vacuant, vt nec tar illud cælestis percipiant. Nemo enim, inquit Cassianus, in vas fœtidum atque corruptum, vnguentum aliquod nobile, aut mel optimum, aut pretiosum quicquam liquoris infundit. Facilius enim, quam uis odoratissimam myrrham semel horrendis imbuta factoribus testa contaminat, quam vt aliquid ex ea suauitatis aut gratiæ ipsa accipiat: quia multò citius munda corrumpunt, quam corrupta mundantur. Ita igitur & vas pectoris nostri, nisi prius fuerit ab omni fœtidissima vitiorum contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis vnguentum, de quo dicitur per Prophetam: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius: nec illam scientiam spiritalem, & eloquia scripturarum, quæ sunt [dulciora super mel, & sauium,] impolluta seruabit. Sic ille. Ex quibus liquet, ad initium & finem spiritualis vitæ, mortificationem necessariam esse. Initium enim est, secundum Deum velle viuere; finis autem sanitatem animi, id est, perfectionem adipisci, & ad iugitatem diuinæ præsentia, & assiduitatem purissimæ orationis venire. At qui se non abnegant, non solum ad finem non veniunt, verum etiam nec huius vitæ initia capeffunt.

Basil. regul. vlt. susus dist. 1.

Iob 5. 23.

1. Paral. 22. 9. 10.

Cass. col. 14. c. 14.

Psal. 132.

Psal. 19. 11.

Qui ergo volunt in spirituali vita non in vatum laborare, & aliquos in via Dei progressus facere, in studium propriæ abnegationis diligenter incumbant. Sciant se inter Angelos, & bruta animalia natura positos, quorum extremorum aliquid, vt media participant, & si cupiunt per spiritalem vitam ad Angelorum imitationem transferri, necesse est vt illud extenuent, quod est sibi bestiaque commune. Nullus enim potest vni extremo appropinquare, quin se ab alio disiungat. Mortificatio verò hominem à corpore, id est, à bestialibus motibus separat, vt ad spirituum imitationem accedat. Cognoscant etiam sine mortificationis studio minime posse se diuitias spiri-





rus comparare. Sicut enim qui diuitias congregat, parua non despiciat, sed obolos etiam, & minima quaeque coaceruat, ex quibus multiplicatis solet magnus thesaurus conuari; ita qui virtute diues esse gestit, in omnibus se abneget, & minimas quoque se mortificandi occasiones suscipiat, vt magna congerat virtutis augmenta. Modica seimentis detractio non modicum affert messis detrimentum. Sic modica propriae abnegationis praetermissio, quae seminis vicem obtinet, non parua affert profectus spiritalis iacturam. Et quidem Dominus magna solet his dona negare, qui vel in modicis suam mortificationem negligunt, & cor à mundi cupiditatibus elongare contemnunt. Nam dona, vt sint dona, nequaquam debita sunt. Non autem mirum, si ei, qui parcus est in minoribus, quo satis se parum amoris habere demonstrat, id quod non est debitum, denegetur. Mortificationi ergo nostrae totis viribus intendamus; ne amabili, propter quem omnia demisimus, sine frustremur. Cuique statui sua refectio conuenit, & infantibus lacte opus est, at perfectos viros magis solidus cibus delectat. Sicut autem futurae vitae, cuius causa laboramus, perpetua delectatio & aeterna fructio, cibus est, ita praesentem vitam non delectatio, sed mortificatio sustentat. In cuius signum Deus primis nostris parentibus arborem scientiae boni & mali interdixit, lignum verò vitae concessit. Et nobis ergo ad sumendum cibum non alia, quam arbor vitae conceditur. Haec autem, vt inquit Ambrosius, crux est Christi, ex qua si pomum abnegationis accipiamus, & à prauis nostris affectibus fugiamus, certissimè in perpetuum viuemus. Putent insani homines, & iuxta legem carnis viuentes, quòd nos mortificatio perimit, quia ad horam carnem nonnullò pallore afficit, & nos modestiae seruientes à laudibus humanis abscondit: putet, inquam, hoc; nam certum est quòd ipsi falluntur, & nos mortificatione non morimur, sed viuimus; non quoad aliquid bonum, sed quoad detestabile, inordinatumque perimus. Putabant Aegyptij quia filij Israel esset obseruatione circumcissionis, & sanguinis effusione motituri, at contra accidit: nam obseruatio praeccepti non attulit illis mortem, sed vitam. In cuius attestacionem dixit illis post circumcissionem Dominus: Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis. Ac si diceret: Certè vidistis, quia siccato Iordane in hanc regionem transfuistis, & terram vobis promissam occupastis, & in ea tanquam in terra vobis pacifica circumcisi estis, & per tres dies sine villo timore, donec sanaremini, quieuisistis: non ergo ad mortem eduxi vos ex Aegypto, vt vestri oppressores dicebant, sed vt liberi & securi viueretis. Ita & à nobis spiritalem circumcissionem, id est, mortificationem colentibus, mundi opprobrium auferetur, quia mundani videbunt nos per abnegationem nullo modo vitam perdidisse, sed vitam carnalem, & Deo inuisam pro vita spiritali & Deo grata commutasse.

*Mortificationem viri iusti esse Deo gratissimam.*

**CAPVT V.**

**S**I mortificatio nobis necessaria est, constat eam Deo esse gratissimam, quem, vt amatorè humani generis, omnia nostra bona delectant. Pater enim filium habens dilectissimum morbo grauissimo laborantem, & extremum spiritum agentem, auertissimè cupit, & quaerit medicinam, qua illum, quem vnice amat,

**A** in tanto discrimine constituto subueniat: inuentam maximo etiam pretio mercatur, & omnibus suis bonis praefert, tanquam vitam filio dilectissimo, & salutem altissimam. Deus autem Pater noster est; pater vique misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem vitam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Er nos filij eius sumus, qui per Christum accepimus potestatem, filios Dei fieri; sed filij aegroti & infirmi, quos si gratia, ac participatio diuinae perfectionis viuificat; at morbus fomitis, & peruersorum appetituum exercet. Signati sumus in illo filio mulieris matris familiaris, cuius serat languor fortissimus; quia ardentissima concupiscentiarum febre languemus. Sed medicina huius aegritudinis, vt supra diximus, mortificatio est, quae vulneribus nostris medetur, tumores pellit, & animae salutem restituit. Hanc ergo pater noster coelestis magnè estimabit, & si nos eam animosè acceperimus, gratissimum obsequium habebit. Voluntas nostra rem insuauem ori admouere recusat; sed si eam vicerimus, & propter amorem Patris & Dei nostri amarum potionem abnegationis acceperimus, obsequium ei acceptissimum exhibebimus. Nihil enim, vt Ricardus Victorinus ait, ita flagrat Domino in odorem suauitatis, quam si macetur ei vitulus propriae voluntatis. Sed quam acceptus erit hic voluntatis propriae vitulus, si illum in amplectenda mortificatione tam nobis necessaria macemus, & si dum perpetuò nos exhibemus, eum in iuge sacrificium conuertamus.

**C** Est autem hoc loco quid admirabile, & interioris hominis palato suauè, in quo quam gratum sit Domino, quòd nobis imperemus, satis elucet. Nam quemadmodum si paruulus filius vi imbecillitatis oppressus cibum salutare aueferat, qui simul sit morbi medicina, solet pater primogenito filio, & vxori, & famulis imperare, vt cibum illum in conspectu aegrotantis gustent, & laudent, quo ab illo metum auferat, eumque ad gustandum alliciat: ita Dominus verè pater hominis infirmi, quem saluare desiderat, cibum mortificationis maiori filio, & vxori, & domesticis suis gustandum obtulit, vt homo imperfectus tot exemplis prouocatus, ad illum cibum sumendum assurgat. Annon Christus Filius est aeterni Patris? Et quidem filius primogenitus, & non quemadmodum nos adoptione, sed natura: de quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. At ipse, vt Patris voluntatem impleat, quid ait? Calicem, inquit, salutis accipiam, potum scilicet passionis & crucis, in qua me sacrificabo hostiam laudis. Nec contentus accipere, potum etiam crucis laudat, & ne nos bibere vereamur, & dicit: Calix meus membrans quam praclarus est. Annon Ecclesia vxor est Dei? Et sanè, illa de qua Dauid cecinit: Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuae. Sed illa ab ipso suae conditionis exordio, Deo ita ordinante, calicem laborum bibit, & persecutionem passà est. Quod & ipsa vitis similitudo demonstrat. Nam sicut vitis putanda est, vt fructus suauissimos ferat: ita & Ecclesia pressuras, & afflictiones subire debet, vt abundè fructificet. Audi ipsam persecutionem sustinentem, & calicem doloris bibentem: Filij matris meae pugnauerunt contra me. Quia Iudei, vt Bernardus exponit, filij Synagoga, ex qua primam Ecclesia velut filia processit, magnam aduersus Ecclesiam principio in capite, & progressu temporis, in membris persecutionem excitarunt. Persecutionem autem à Iudeis ceptam gentes roborare persisterunt, & haeretici continuare non cessant, vt semper calicem doloris bibat, & tribulationem patiatur.

1. Cor. 1.  
3.  
1. Petr. 1.  
3.  
12. Ioan.  
1. 12.  
3. Reg. 17.  
17.  
Ricard. in Psal. 23.  
in illud: Et comminuetur vitulus  
ut vitulum Libani, etc.  
Matth. 17.  
Psal. 119.  
Psal. 22.  
Psal. 127.  
Cant. 5.  
Bern. ser. 29. in Cant.

Ambr. profus. in Psal. 35.

Iosue 5.



Cant. 8.  
2.

Greg. 1b.  
Ruper. 1.  
7. in Cat.

Psal. 59.  
3-4

Osea 1.  
10.

Coloss. 2.  
24.

Genes. 2.  
8.  
Aug. lib.  
99. in Ge-  
nes. 9. 50.  
tom. 4.  
Amb. lib.  
1. de A-  
braham.  
c. 7.  
Luca. 15.  
10.

1. Cor. 3.  
2.

Audi & calicem laudantem. Conuersa enim ad Sponsum ait: Dabo tibi poculum ex vino cõditum, & mustum malorum granatorum meorum. Est ac si diceret coram ægroto filio, vt eum ad bibendum excitet: O sponse, tam suauis, ac dulce est poculum malorum granatorum meorum, id est, vt Gregorius, & Rupeus volunt, persecutionum, quas patior, vt illud constituam tibi ipsi potrigere: non iam vt bibas, qui impassibilis in gloria sedes, sed vt in odorem suauitatis accipias. Annon tandem sancti serui Domini? Et sine vlla dubitatione satis fideles & prudentes, quorum alios constituit super familiam suam, vt illi cibum prædicationis darent in tempore: alios verò hoc cibo refectos in suo obsequio strenuos, & diligentes inuenit. Sed hi mortificationis calicem bibendum acceperunt. Ostendisti, inquit, populo tuo dura; potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Considera iustorum populum, qui in Osea vocati sunt filij Dei viuents, & eos omnes sanguine rubricatos, id est, mortificatione & laboribus probatos aspicias. Hoc signum datum est illis, quod fugerunt à facie arcus, & iram ob pristina peccata commertam declinarunt, quia certum est hic sufficienter punitos non in pœnam, sed in præmium referuari. Laudant & illi calicem, qui diuini amoris participes, cum Paulo Dei amatore gaudente in passionibus, superabundantè que gaudio in tribulationibus, & ipsi in passione, & afflictionibus gauderent, vt se dulcem spiritui calicem accepisse testentur. Omnibus igitur dilectis suis Deus mortificationis, seu afflictionis calicem propinat, vt nos tantis exemplis illi minime illum auersemur. Ex quo etiam discimus quàm grata est illi nostra mortificatio, ad cuius studium nos verbis suis, & instinctibus, & promissionibus, & exemplis Christi, & Sanctorum accendit.

Si itaque iusti detestatione præteritorum peccatorum vtrumque perfundit, vltra procedant, & à lacte consolationum terrenarum se studio mortificationis abducant, lætatur Dominus non aliter, quàm pater amantissimus, qui, nato sibi filio, cupit videre illum ab yberibus nutricis aulsum, adultorij pane sustentari. Creuit puer Isaac, & ab lactatus est; fecitque Abraham grande conuiuium in die ab lactationis eius. Consule Augustinum, & Ambrosium, & ab illis huius historiarum moralem intelligentiam pete. Ille enim pater multarum gètiùm Deum patrè omnium iustorum, & filius Isaac ab lactatus virum iustum significat. In die natalis eius serui lætentur, & gaudium sit Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: patris verò nulla tunc scribatur lætitia, qui filij sibi nati perseuerantiam expectat. At tempore ab lactationis cum iam natus pericula pusillorum excedit, & signa ostendit maioris ætatis, tunc pater edat signa lætitiæ. Monstret se maxime in ab lactato gaudere, & in nostra mortificatione lætari. Non sanè quia nostræ lacrymæ, & nostri dolores, quatenus dolores sunt, illi placeant, sed quia eum noster profectus abnegatione conquisitus plenè lætificat. Vel dicamus, quod in conuersione peccatoris conuiuium instruitur, quia Dominus gratam habet conuersionem: at in ab lactatione iusti non iam conuiuium vtrumque, sed grande conuiuium preparatur, quia abnegationem, signum adultioris, & fortioris ætatis, multo gratiorem habet. Ad quam si quis post conuersionem non veniat, sed in suorum affectuum imperfectione, & in suorum desideriorum luto permaneat: cum paruulis, & imperfectis illa Pauli increpatione multabitur: Lac vobis potum dedi, non escam: non-

A dum enim poteratis; sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Carnalis adhuc est, qui diaboli, & peccati faucibus ereptus, desideris & affectibus carnis adhæret: paruulus est, qui putat se absque abnegatione posse viuere, & sine circumcisione cordis in populo Dei, atque in iustorum numero posse persistere. Cui lac, id est, minus perfecta doctrina, quæ ad initia spiritualis vitæ pertinet, ingerenda est, & rerum sublimiorum communicatio deneganda.

Hoc abnegationis studium velut sibi gratissimum Dominus in iustis quarit, vt illos non iam quacumque amicitia, sed arctissima familiaritate dignos ad conuiuium cœlestium consolationum admittat. Vult ipse prius ad epulas nostras sibi suauissimas inuitari, vt postea nos ad epulas suas vicissim inuitet. Epulæ nostræ quibus pascimur, quibus spiritu crescimus, quibus in virtute sustentamur, opera abnegationis & virtutum actiones sunt. Abnegationis opera sunt illi lacrymarum, quibus iusti cibantur, & panes illi hordeacei, quibus in deserto huius vitæ reficiuntur, ne deficiant in via: qui licet atri & duri, at in via deserti sunt reficiendis animabus aptissimi, quoniam putredini, & rubigini propriæ voluntatis obstitunt. Actiones verò virtutum sunt tres illi panes veritatis, charitatis, & fortitudinis, vt Bernardus exponit, quos ante amicam nostram Christum apponimus, vt illum ad nos diuertentem reficiamus. Ad hoc conuiuium ipse libentissimè vocatus venit, & nostris epulis pastus nos postea ad suum conuiuium, & benedictionem admittit. Verumque in canticis canticorum expressum inuenio. Veni, inquit, sponsus, (nam de se loquitur) in hortum meum, & sotor mea sponse, mellis myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo. Hortus sponsi mens sponse, quæ instat horti viret, floret, & olet. Ex hoc horto myrrham & aromata, id est, opera mortificationis, & virtutum actus legit. In eo etiam horto non mel purum, sed fauum cum melle comedit, & non lac solum, sed lac, & vinum bibit, quia cibus, & potus à nobis oblati, qui illi sapiat, debet mortificatione, & virtutum suauitate constare. Cognoscamus, inquit Ambrosius, quos fructus, & cibos epuletur Deus, quibus se delectetur. Delectatur eo, si quis mortificet peccatū suum, obli- teret culpam suam, sepeliat atque obolefaciat iniquitates suas. Myrrham autem suam, & aromata suas, & fauum cum melle suum, & vinum, & lac suum vocat, quia ad mortificationis, & virtutum opera gratia sponsi excitat, gratia adiuuat, & imbecillitas nostra sola ad illa præstanda non sufficit. Iam his epulis sponsus incundissimè satiatus, in signum grati animi nos statim ad epulas cœlestes inuitat. Comedite amici, ait, & bibite: & inebriamini charissimi. Quosdam ad cibum & potum, alios verò ad sobriam, & castam ebrietatem vocat. Illi sunt iusti, qui se vtrumque abnegant, qui mediocriter virtutis studia sectantur, quos spiritualis cibus, & potus, id est, aliqua diuina consolatio sustentat. Isti sunt viri perfecti, qui se feruenter abnegant, & diligentissimè in virtutes incumbunt, quos cœlestis quædam ebrietas, id est, nimia quædam, & nostrum captum superans abundantia diuinæ consolationis absorbet. Vel si hæc ad omnes referamus, tria, quæ à nobis accepit, triplici beneficio repensat. Mellis myrrham cum aromatibus, comedit fauum cum melle, bibit vinum cum lacte. In præmium horum trium, & vt sibi quàm gratissima profiteatur, tria nobis

Luca 11.  
6.

Cant. 5.  
1.

Ambros. in  
Cant. ad  
cap. 5.

Ibid.

cibum,



Ber. tr. 17.  
de dilige  
do Deo  
longè an-  
te su.

Gen. 27.  
27.

Greg. 88.  
6. in E-  
zechi. an-  
te mediū.

Isa. 58.  
13. 14.

cibum, potum, ebrietatemque promittit. Quid autem hæc sint, accipe ex Bernardo. Laborantes in corpore vocat ad cibum: iamposito corpore quiescentes ad potum inuitat; resumentes corpora, etiam ut inebrientur, impellit. Felix plane nostra mortificatio, quam Dominus sic acceptam habet, ut & in hac vita, & in futura tam magnis præmiis afficiat.

In hac vita cibum laborantibus, & suas voluntates abnegantibus datur, quem illa benedictione Patriarchæ Isaac signatum existimo. Hic enim cum oblatos à Jacob cibos comedisset, & hausto vino eius osculum expetiisset, ad benedictionem procedens, dixit: Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini. Animaduerte ordinem: primum cibos à Sara paratos, & à Jacob oblatos manducauit, deinde osculum postulauit, postremo benedictionem impertit. In Isaac Christum intellige, in Jacob verò maioris fratris benedictionem præripere gestiente, mentes humiles, qui superbos, & tepidos vacuos relinquunt, mihi considera: in Sara autem Ecclesiam aut religionem congregationem meditare, quæ dilecto filio, id est, humili, ac feruido iusto monita salutis infundit. Postquam ergo hic à matre eductus, Christo cõuiuium fecit, quod iam diximus, & abnegationis ac virtutum opera ministrauit, ad osculum magnæ dilectionis signum admittitur, & in præmium suæ abnegationis luce ad cõtemplandum, & gratia ad perfectè viuendum roboratur. Ros enim, inquit Gregorius, desuper, & subtiliter cadit. Et rores de rore cæli accipimus, quoties per infusionem contemplationis intimæ de supernis aliquid tenuiter videmus. Cum verò bona opera etiam per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur. Hoc ergo præmium abnegationis, sine vlla dilatione in hac vita iusto datur, quo magis, ac magis suam virtutem augeat, & extrâ in actione, & intus in consideratione proficiat. In futura autem vita, his, qui se abnegarunt, non iam cibum, cuius comminuto aliquem laborem habet, sed potus sine vilo labore, id est, gustus diuinæ visionis offertur. Quem illis promittit Dominus per Isaiam, dum cuique illorum dicit:

Si auerteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaberis eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Digna profectò retributio, ut qui tristitiam ex abnegatione suæ voluntatis, & linguæ, & sensuum expertus est, voluntatem sanctissimam ex Domini aspectu sentiat: qui se mortificatione depressit, super omnia terrena, & visibilia effertur: qui Dominum hic ad suas epulas inuitauit, dum illi sui mortificationem, & virtutum actiones obtulit, ad possidendam hereditatem Iacob, & gloriam sanguine Christi emptam, inuitetur. Sed cum resumptis corporibus, in gaudium Domini intrabimus, tunc potus in ebrietatem transibit, quia gloria in corpora se diffunder, & non iam aliquid hominis, sed totum hominem illa diuina suauitas occupabit. Tunc sensus cohibiti, dulcissimis, ac purissimis motibus exultabunt: tunc affectus repressi sine vlla imperfectione in immensum gaudebunt: tunc corpus, quod in hoc sæculo incessit fame pallidum, flagris liuidum, cilicio oppressum, claritate, impassibilitate, & gloria donabitur. Acceptissimam ergo, atque gratissimam habet Dominus abnegationem nostram, quam vt morborum nostrorum medicinam querit, ad vt fumen-

A dam tot modis nos allicit, quam vt epulum sibi sitissimum concupiscit, & tam copiosa in animo, & corpore mercede rependit. Atque adeò si desiderium huic creatori nostro placendi nos tangit, si amor proprii boni, & tam immensi boni nos possidet, studium sanctæ mortificationis arripiamus, & præmissione malorum, mentem ad bona paramus.

Iustum ad dona caelestia mortificatione parari.

CAPVT VI.

**N**E quasi in transitu inuestigemus bona caelestia, quibus suscipiendis mortificatione paramur, sed ex professo illa, vt nos accendant, consideremus. Ad quam inuestigationem operæpretium est meminisse, virtutem ac perfectionem donum Dei esse, quo dilectos, & electos suos in hac vita auget, vt in futura per omnem æternitatem duratura multiplicet. Habet autem se Dominus in huius doni largitione sicut prudentissimus & æquissimus rex, qui cuperet, & efficaciter decerneret filium alicuius fidelissimi serui sublimare. Nam prius curat, vt adolescens ille mores vilium hominum dediscat, & se consuetudinibus prauis spoliaret, & omne quod summae dignitati impedimento esse possit, abiciat, ne dignitas malis moribus superposita, illi seruiat ad ruinam. Ita omnino Dominus volens hominem ad perfectionem euehere, & donis caelestibus cumulare, prius confert illi auxilia gratiæ, ad mortificationis opera, quibus vultatem primi parentis exuat, & carnales affectus derelinquat, vt dona illa amicissimis reseruata capiat non animus immortificatus, qui donis illis superbiat, sed impuris affectibus exutus, qui proficiat. Necessè est ergo, o homo, si vis perfectione vestiri, & ad intimam Dei familiaritatem admitti, vt mortificationis baculo sæculum à te repellas, & eius leues nimè tuis affectibus dominari permittas. Sic Banaias filius Ioiada magnam dignitatem est assequutus, de quo legitur: Quia descendit ad Ægyptium in virga, & extorsit hastam de manu Ægyptij, & interfecit eum hasta sua. Cuius egregij facinoris præmium fuit, quod fecit eum sibi Dauid auricularium à secreto. O quanta latent in gestis, quæ Scriptura narrat, oeculta mysteria, quibus auctor Scripturæ Spiritus sanctus voluit sub cortice litteræ inclusis, nostram ruditatem edocere! Ægyptius hic hasta pugnans, typus est sæculi, quod affectibus humanis, & carne nostra aduersus nos vrens, nititur victoriam reportare. Banaias verò, qui interpretatur filius Domini, imago est viri spiritualis & iusti, qui si velit secreta Domini sui, ac patris agnoscere, & cum eo deuotionis spiritu conuersari, debet in virga, id est, in mortificationis spiritu ad pugnam cum Ægyptio procedere, ab eiusque manu suos affectus eripere, quibus moderatis & in suum dominium vindicatis, se vulnerantem offendat, percutientemque percutiat. Hunc deuotionis spiritum concipit stenuis anima, iam facta sæcunda, si suos sensus, & affectus mortificatione cohibeat, cuius etiam alia mystica sanctorum litterarum interpretatio non deest. Apparuit enim Angelus Domini vxori Manue stenui, dixitque illi: Stenuis es, & absque liberis, sed

C

2. Reg. 23.  
21.

Iudic. 13.  
3.



concipies, & paries filium.] Quid autem o sancte Angele, faciet hæc mulier, vt vterum gesseret, opprobrium sterilitatis depellat, & filium aliquando brachiis astringat? Caue, inquit, ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quicquam comedas.] Iam sanè præceptum ad suscipienda dona Dei mortificationis aduerto. Nam si Manue requiem significat, quænam erit vxor Manue, nisi anima, quæ statui vitæ spiritualis, in quo est vera requies, iuncta, adhuc vno dolore sterilitatis angitur, nec ab illo statu fatis per se secundo fecundatur? Vt ergo concipiat, necesse est vt vinum, & siceram, & quicquid immundum est, penitus relinquat, id est, vt delectabilia fugiat, & carni suauia in cogitatione, in desiderio, & in actione reiciat. Sic generabit spiritum deuotionis Samsonem signatum, qui vt solis, id est, Domini fortitudo dæmones vincet, & interiorē pacem restituet.

Sed videndum est, quo ordine vniuersa dona Dei spiritu deuotionis contenta ab vna mortificatione, tanquam ab eorum ianua, dependeant. Donum Dei est, Deo viuere, & gratiæ vitam possidere: sed hoc donum abnegatione consequimur, quia necesse est peccato, & nobis ipsis mori, vt Deo, ac iustitiæ viuamus. Vnde sanctus Dauid: In conspectu eius (scilicet Domini) cadent omnes, qui descendunt in terram, & anima mea illi viuere: & semen meum seruiet ipsi.] Ab illo, & ab eius gratia excidunt, qui in his, quæ aduersantur legi, terrenis adherent. At anima mea, quæ, vt ait Augustinus, in contemptu sæculi huius quasi mori videtur hominibus, hæc carnali morte, quæ mortificatione completur, viuere Domino, & semen meum, id est, opera mea illi deseruiet. Merito itaque ipse sanctus Propheta à mundo homines separat, vt vitam Deo gratam ducere valeant. Querite, inquit, Deum, & viuere anima vestra.] Qui autem Deum querunt, nisi qui terrenarum cupiditatum oblitii, sola diuina, vel quæ ad ea conducibilia sunt, comparare contendunt? De quibus alio loco dictum est: Hæc est generatio querentium eum: querentium faciem Dei Iacob.] Illi scilicet, qui habent innocentes manus, quas peccatis non polluunt, & munda corda, quæ minimè rerum terrenarum immoderato amore contaminant. Donum etiam Dei est in vita spiritali semel habita permanere, & gratiam iustitiæ que seruari? Sed iustitiæ etiam mortificationis præsidio custodimus. Nam Dominus per hunc eundem Prophetam ait: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iustæ.] Disciplina aliquid amarum significare videtur: quare Beda exponit: Desiderate capere etiam fugientem disciplinam, id est, flagella patris vestri, quibus disciplinari & probati efficiemini.] Quid autem melius nomen flagelli obtinebit, quam vera, & generalis omnium nostrorum desideriorum, & affectuum abnegatio, quæ non carnem solum, sed propriam voluntatem teneriorem, & (si de voluntate id dici potest) sensibiliorem percutit? Flagellum ergo istud vtraque manu, cum oportuerit, apprehendendum est, & eo nostris distortis voluntatibus obstitendum, ne ab arce iustitiæ, & sanctitatis excidamus. Natura enim nostra ad malum procliuus, in id, quod sibi vt delectabile proponitur, statim declinat, si non semper manifestè, at dissimulanter, atque paulatim, nisi mortificationis disciplina illam coërceat, & timoris, ac amoris nexibus illigatam in bono, æquòque detineat.

Iustitiam autem perseverantem, & in dies magis, ac magis crescentem multa alia dona cœlestia,

A comitantur, ad quæ omnia mortificatione disponimur. Nam sicut pictor tabellam sibi oblatam prius dolat, & parat, quam in ea viuis coloribus alicuius imaginem formet: ita cor nostrum per amorem iustitiæ oblatum Domino prius mortificatione dolandum, & parandum est, quam dona cœlestia, quali viuis & pulchros colores, excipiat. Desideria etiam initia quædam sunt rerum cupitarum; quare quid desideris huius mundi subicitur, mundo profectò aditum aperit, & rebus cœlestibus ocludit. Vt si que enim, id est, mundanis, & cœlestibus simul seruire impossibile est, cum hæc contraria querant, & illa istorum ingressum impediunt. Sapienter quidem dixit Laurentius Iustinianus: Incongruum est carnis, & spiritus simul miscere affectus: cum adiuuicem contrarij sint. Carnis quippe affectus deprimit ad ima: spiritus verò sursum rapit. Visibilibus nutritur caro, inuisibilibus verò spiritus; corruptioni semper appropinquat caro, & in ea delectatur: incorruptibilis verò cum sit spiritus, incorruptibilium delectatur amore. Hæc præsentia incessanter appetit: ille nisi æternorum repleri non potest. Nemo carnalium affectuum præpeditus onere, cælum petere præsumat; cum Apostolus dicat: carnem, & sanguinem regnum Dei possidere non posse.] Si ad eò contrarij sunt affectus carnis affectibus spiritus, nisi illi abnegatione minuuntur, nunquam hi adolescunt: & si illi, dum in re graui diuini legibus opponuntur, à cœlesti patria semper exulare faciunt; dum verò in rebus minoribus deficiunt, ab ingressu in illam patriam retardant, non dubium quin etiam dona, quibus ad sponsum thalamum paramur, eripiant. Neimo enim semen suum terræ non purgatæ, & tribulis, ac sentibus plenæ committit. Nec Dominus ergo dona sua, quæ semina sunt æternorum bonorum, animo immortificato, & vanis affectibus pleno conferre dignabitur. Elias ascensurus in cælum, vel in illam regionem omnis mali & afflictionis expertem, vbi nouissimorum temporum aduentum expectat, discipulum suum Eliseum in Galgalis manere præcepit. Ille à tali mansione, & sui præceptoris derelictione vehementer abhorruit. Viuit Dominus, inquit, & viuere anima tua, quia non derelinquam te.] Pergentes autem illi inde vsque Bethel, ibi discipulum manere iussit, & eisdem verbis manere detrectauit. Transcentes denique vsque Iericho, Elias teritiò Eliseum de mansione commonuit, & ille non minori constantia, quam prius discedere à magistro auersatus est. Fidelitas hæc erga magistrum, magnum donum, scilicet, duplicem Eliæ spiritum impetrauit. Nam transuadato etiam Iordane, cum Eliseus ita orasset Eliam: Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus; responsum accepit: Si videris me quando tollar à te, erit tibi, quod petisti. Vidit, & Elia ascendente clamauit: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius, & duplicatum spiritum, quem petierat, accepit. Mira sanè res, & non perfunctoriè meditata. Discipulus magistro non semel, non bis tantum, sed ter repugnat, & externis oculis inobediens apparet, dum sibi iussa executioni mandare detrectat, & non pœnam, sed præmium accipit, non vacationem spiritus, quam solè inobediencia deferre, sed duplicatum spiritum obtinet, quis putet hæc omnia carere mysterio? Elias itaque non iubens, sed tentans & probans, Eliseo mandandi libertatem concessit, quod ille probè intelligens inobediencia vitium effugit, & amoris & fidei meritum impetrauit, nobisque studium mor-

tificationis

Iudic. 13.  
4.Psal. 21.  
30.

Aug. ibi.

Psal. 68  
33.Psal. 23.  
6.Psal. 2.  
12.

Beda ibi.

Iustm. li.  
de discipl.  
et per.  
fest. mo.  
nast. an. c.  
4.1. Cor. 15.  
50.4. Reg. 2.  
2.



tificationis viro iusto necessarium expressit. Qui enim in Galgalis, qua revolutionem sonant, id est, in rebus huius saeculi, quae perpetua mutabilitate rotantur, affectu non manet, neque in Bethel, quae domus Dei interpretatur, id est, in curiositatibus, & imperfectionibus mentis stare sustinet: neque in Iericho, quae lunam significat, id est, in inconstantia variorum desideriorum, & appetituum perseverare vult, sed omnia, quae instar aquae defluunt, & dilabuntur, abnegatione transcendit; is duplicem spiritum, donum pretiosum & magnum recipit. Qui autem scire auet, quidnam sit, & qualis iste spiritus duplicatus, audiatur Bernardum dicentem: Quis est iste spiritus duplex, qui quaeritur, nisi illuminatio intellectus, & affectus purgatio? Res difficilis, quia rarus in terris est, qui illum habere mereatur. Et post pauca: Non dubito ergo intellectum omnium vestrum illuminatum esse, sed non affectum aequè esse purgatum, manifestis approbo coniecturis. Omnes quod bonum est nolitis, & viam, per quam incidere debeatis, sed voluntas non vna est.] Hæc ergo dona iustitiam crescentem comitantia ex mortificatione procedunt. Nam illa, dum vitia tollit, intellectus tenebras pellit; & dum passiones cohibet, manifestè manantes ex illis purgat affectus.

Ferè nullum est donum ad perfectionem pertinens, quod ad hæc duo quodam modo reuocari non possit: quare hæc tantisper hareamus, exponamusque quomodo ad illa mortificatio disponat. Hæc igitur illuminat intellectum, & mirabiliter erudit, quia impura, & superflua desideria intellectum obscurantia depellit. Dissipata nebula, discussisque atris ac densis nubibus, sol elarior effulget. Sic abiectis per mortificationem vanis desideriis, & imperfectionibus vniuersis intellectus ad lumen veritatis procedit. Ligna prius sicanda sunt, quam igne splendentis flammescant. Sic mens a pravis affectibus, & ab humore carnis sicanda est, vt lucem se docentem concipiat. Et in Leuitico præceptum est, vt animal prius ad gladium, quam ad ignem veniat, prius in frusta concidatur, & pellis illi detrahatur, quam flamma absumente in acceptabile holocaustum ascendat. Quid aliud in hac lege datur intelligi, nisi quod anima prius mortificatione macanda est: prius rerum terrenarum amore, quasi pelle, nudanda est: prius gladio abnegationis ab imperfectionibus, & curiositatibus sensuum abscindenda est, quam igne contemplationis ardeat, & luce illa sapientiae, quae ita docet, vt moueat, in altari cordis effulgeat? Antiqua lex circumcisio carne data est, vt ex scriptura constat, & etiam annotauit Ambrosius; legis verò gratia intelligentia perfecta illis datur, qui circumcisionem cordis admittunt. Nam cordis superfluitates id faciunt, vt legem Dei notitia quadam ieiuna intelligamus, quae saepe nec nos intelligentes ob nostram duritiam ad bonum mouet, nec, dum docemus alios, ipsorum torporem & ignauiam excutit. Elias non nisi dimisso pallio in caelum per turbinem rapitur: & nemo nisi abiectis, & mortificatis terrenis affectibus, in rerum caelestium contemplationem subuehitur. Multos quippe videmus ad studium, orationis vocatos semper humi repere, nunquam ad aliquid vel mediocre in hoc genere orationis admittit, & ferè quotidie caecitate, & distractionibus impugnant. Manifesta est huius rei causa, quod nunquam pallium suorum desideriorum relinquunt, & ideo currus igneus

A] contemplationis eos non rapit, nec in caelum, id est, in internam quietem spiritus, vbi Deus videtur, extollit. Postulat Moyses à Domino: Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam.] Et accipit responsum: Non potestis videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet.] Quare hoc? Nisi quoniam prius mundo, & rebus terrenis, & nobismetipsis moriendum per abnegationem est, quam lucem ad contemplandum Dominum mereamur. Atque adeo Dauid iam se mortuum abnegatione putabat, cum postulare Domini aspectum audebat: Illumina, inquit, faciem tuam super seruum tuum.] Quid hoc esse putamus, ait Ricardus Victorinus, quod non nisi faciem ostendi sibi postulat, nec iam posteriora, sed facie ad faciem videre desiderat? Nunquid mente excidit, quod Moysi Dominus longè antè prædixit; Non videbit me homo, & viuet? Paret ergo quia si huic mundo adhuc viueret, nunquam talia orare præsumpsisset. Mentior: si non & ipse alibi hoc idem testatur, dicens: Propter te mortificamur tota die.] Quare ergo mortuus non creditur qui tota die mortificatur? An fortè quia non dixit, morimur: sed mortificamur? Scimus tamen quia in Dei oculis maioris meriti est, saepe mortificari, quam mori. Nonne mors martyrum tantò erat pretiosior, quantò mortem præcedens pœna productior? Quibus volentibus mori, non dabatur occidi. Nonne prædestinatis ad vitam hoc ipsum ad gloriæ cumululum proficit, quod sine acri pugna, sine acerba pœna, carnalis in eis vita non deficit? Mortificatur ergo Dauid, vt tandem moriatur, & sic aliquo modo dignus inueniatur videre faciem Dei in iubilo. Scit namque quia beatus populus, qui scit iubilationem.] Satagite ergo & vos, secundum Apostoli consilium, mortificare membra vestra, quae sunt super terram, vt possitis cum Propheta fiducialiter Deo dicere: Quoniam propter te mortificamur tota die.] Hæc ille. Quibus claret mortificationem ad dona intellectum illuminantia preparare, & nos de rebus caelestibus erudire.

Nec solùm hoc, sed etiam eadem mortificatio infert dona, quae purgant, & inflammant affectum. Hæc enim vana desideria, quae nos turbant, à cordibus nostris excludit. Reiecit semel Abraham ancillam Agar, & filium eius, & reddita est pax; nam antea dissidia erant in domo. Ita reiecta immortificatione cordis, quae non vnum tantum, sed multos filios, id est, multos appetitus generat ad malum pertrahentes, redit interior pax, & tranquilla serenitas. Turbationis autem vacuitatem, & pacem sequitur caelestis consolatio, quae etiam seipsos abnegantibus datur. Sicut enim cibus ille caelestis, quo populus Israeliticus in deserto pastus est, nunquam è caelo, vel è suprema aëris regione descendit, quousque panis Aegypti defecit; ita communiter caelestibus consolationibus non reficimur, quousque per mortificationem terrenas curas abiciamus. Quod & Ambrosius significatum putat in conceptione Isaac, quem tunc Sara concepit, cum deserant illi fieri muliebria. Cum enim Isaac risum, ac lætitiæ significet, quid est Saram in frigida senectute concipere, nisi fidem animam depulso carnalium desideriorum seruore ad spiritalem lætitiæ peruenire? In quam sententiam Bernardus: Pretiosa siquidem diuina consolatio est, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau, qui dixisti, Num vnam tantum benedictionem habet pater?]

Bern. ser. 3. de A. semf.

Leuit. 1.

Amb. in epist. ad Galat. ad cap. 5.

4. Reg. 2. 13.

Exod. 33. 13. & 20.

Psal. 118. Ricard. an. not. ad ennd. Psal. 27. 51.

Psal. 43.

Psal. 88. 16.

Gen. 21. 20. 21.

Exodi 16. 4.

Amb. lib. de fuga saculi c. 8. Gen. 27.

Bern. de clauis. de hys deserent. ad finem. Gen. 27.



Quanto melius erat dicere cum propheta? Vnam petij à Domino, hanc requiram. Indignus enim benedictione caelesti conuincitur, qui dubio querit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugium parans, si forte eam non obtinere contingat.]

Cùm ergo Domini sit dona caelestia conferre, nostrum verò non sine eius gratia nos ad ea suscipienda, mortificatione parare, nunquam eam è manibus, ac operibus elabi sinamus, vt ad hæc pretiosa dona, & ad ipsam perfectionem venire possimus. Nam hæc, mons est excelsus, culmine suo ipsum cælum pertingens, ad quem voluptatibus sensuum, & rerum terrenarum desiderijs oneratis non datur appropinquare. Daturus Dominus legem in monte Sina, homines, & iumenta ad montem accedere prohibuit. Omnis, inquit, qui tetigerit montem, morte morietur: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet. Non sola animalia muta, sed homines quoque à monte arceret, & solum Mosem accedere, & legem audire permittit: quia non soli peccatores per bestias signati, sed etiam iusti immortalitati, qui hominum affectus non exuunt, cùm volunt ad sublimitatem cõtèplationis, & ad verticem perfectionis acendere, quasi lapidibus obruuntur. Vnde Gregorius ait: Cùm lex accipitur, populus à monte prohibetur, vt videret, qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non præsumant. Et rectè subditur: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Bestia enim montem tangit, cùm mens irrationabilibus desiderijs subdita, ad cõtèplationis alta se erigit: sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens, ipsis superni ponderis ictibus necatur.] Longè quidem à perfectione erunt, qui eam saltem cõtèplari non peiunt. Quòd si immortalitatis animis sublimitatis cõtèplatio negatur, clarum est, quia nec possessio conceditur. Ac proinde nos, qui ad montem, scilicet ad perfectionem, ascendere nitimur, tota animi fortitudine affectus humanos exuamus. Iam Sponsus animam vocat, & dicit: Surge, propera amica mea, & veni: ] tunc autem vocat, cùm vox turturis auiculæ solitaria: in auribus eius insonuit. Vnde subdit: Vox turturis audita est in terra nostra. Sonet itaque apud illum vox turturis, clamor animæ solitudinem rerum terrenarum amantis, & pro caelesti patria, & pro eius imagine, scilicet pro perfectione gementis. Donec homines, inquit Bernardus pro Dei cultu mercedem tantùm in terra, & tantùm terram acceperunt (illam vti que lacte, & melle manantem) minimè se cognouerunt peregrinos super terram, nec more turturis ingemuerunt, veluti patriæ reminiscetes: magis autem pro patria exilio abutentes, dederunt se comedere pingua, & bibere mulsam. Ita tandiu non est vox turturis audita in terra nostra. Vbi ergo regni caelorum promissio facta est, tunc intellexerunt homines se non habere hanc ciuitatem manentem, sed futuram inquirere tota auditate cœperunt, & tunc primum manifestè, sonuit in terra vox turturis]. Hæc ille. Nobis sanè nõ terra, sed cælum promissum est, nõ pro terrenis bonis, sed pro donis caelestibus laboramus; quare ad instar turturum spiritalem solitudinem, & à visibilibus elongationem amemus. Hæc elongatio, quæ mortificatione perficitur, diuinum adiutorium ad consequenda hæc bona, quæ cupimus, impetrabit. Nam & Ioannes cadens ad pedes Domini velut mortuus, manus eius se subleuantes persensit. Et cùm vidissem eum, inquit, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus, & posuit dexteram suam super me. ] O eximia mortificationis nobilitas, quam visio Christi, & cognitio Domini generat. Ioannes enim, qui non mortuus,

sed tanquam mortuus cecidit, personam se mortificantium expressit. Et ò magna mortificationis utilitas, quæ, vt etiam Ricardus annotauit, diuinum auxilium ad surgendum, id est, ad lucem sapientiæ, & feruorem amoris assequendum, promeruit. Non dubium quin ipsa animam purget, & mundet, & ad bona caelestia recipienda disponat.

Ricard. li. i. in Apoc. c. 4.

Mortificatione peccata minui, & pœnas præteritorum delictorum exolui.

C A P. VII.

**S**UFFICERET Profectò, si tantùm cum viris feruidis & perfectis loqueremur, mortificationis fructum generaliter ostendisse, & vim huius medicaminis ad sanandas animas expositis discursibus demonstrasse: sed quia tepidos etiam, & necdum in virtute fundatos horramur, operæpretium est, ad magis particularia descendere, & quæ bona, mortificatio ex Dei gratia procedens adferat, explicare. Horum autem primum sit, quod ordine etiam vitæ spiritualis addiscendæ: primum est, scilicet quòd mortificatio morbos animæ, nimirum peccata, fugat, & quia hi morbi voluntarij fuerunt, atque ob id pœnam merentur, debitas pœnas peccatorum auerit. Hominem mortificatione peccata fugere, & ea quotidie magis numero minuere, & grauitate extenuare ex ipsa mortificationis natura competissimum est. Nam illa (vt iam didicimus) nihil aliud est, quàm prauorum actuum, & malorum desideriorum cohibitio, & licitorum quoque repressio, si valeant aliquando ex eo, quod nobis concessum est, in aliquid prohibitum declinare. Quis autem non videat hanc tam sollicitam pugnam aduersus prauos actus, & impura desideria ex diametro cum omni peccato pugnare? Da hominem grauitissimis peccatis luxuria, ira, superbia, & similibus alijs sordentem, qui per veram penitentiam, & peccatorum detestationem ad Deum conuertatur, iste si non se amplius mortificet, & si sui cordis desiderijs conuiueat, statim in eadem peccata, immò & in peiora labitur, ad quæ acquisita vitia, & prauus affectus, & dæmones omnia iniqua suadentes, inclinant. Da illum post conuersionem adiuuante diuina gratia, se cohibere, occasiones fugere, clamores suorum affectuum compescere, & cum malè assuetata natura pugnare, hic iam peccata saltem grauia deuicit, & gratiam, thesaurum ditissimum, in abditiis suæ mentis conseruat. Da illum tandem subtiliori, & altiori genere mortificationis vti, & delectationes leuium peccatorum timere, multa licita, & concessa deserere, & se oratione, lectione, & sanctis operibus, licet minus palato carnis suauibus, occupare: & videbis eum iam non solum omnia peccata lethalia, sed multa etiam venialia fugisse, & vitam spiritualem, & viro iusto dignam, ac planè sanctam fuisse complexum. Ergo mortificatio antidotum est, quod morbos peccatorum pellit, & animæ sanitatem efficit. Nam postquam quis à peccato discesserit, & statim virtutis assumptum, non sufficit mundanus timor, vel honoris amor, vel alij humani respectus, vt se à peccato contineat, nisi gratia Dei per studium mortificationis eius voluntatem dirigat, & à peccandi amore diuellat. Quod significatum est per mysterium in illo, quod dixit Dominus ad Eliam, cùm præcepit, vt vinceret Hazael in regem Syriæ, & Iehu in regem Israël. Et erit, inquit, qui-

3. Reg. 20. 17.

cumque

Psal. 26. 4.

Exod. 19. 12. 13.

Greg. 6. mor. c. 17.

Cant. 6. 2.

Bern. ser. 19. in Cant.

Apocal. 1. 17.



curaque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu, & quicumque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Elifeus. ] Hazael enim & Iehu temporales reges, respectus humanos mihi significant, quos multi hoites, id est, plurima peccata fugiunt; quia si ob timorem mundanum non pecces, ubi non fuerit timor pœna, delinques, & si ob amorem honoris te abstinēs, in abscondito, & præsertim in corde peccare non metues. At Elifeus propheta Domini, & spiritualem potestatem accipiens, mortificationis studium ex diuino amore manans signat, à cuius gladio nullus hostis, id est, nullum peccatum, quod timorem pœnæ aut infamiae fugit, se defendet. Sed hoc studium potens est omnia peccata perimere, quia veretur Deo displicere, quem nouit cogitationum quoque occultissimarum inspectorem.

Cum peccata in animo regnant, & homo ambulat post concupiscentias suas, tunc inest illi falsa quaedam pax, quam solum iustum mortificationis bellum scindit, vt veram & desiderabilem pacem restituit. Quemadmodum enim respublica à suo legitimo rege deficiens, infœlicis quadam pace fruatur, quantum à rege ad debitam obedientiam non adigitur: ita animus à Deo per peccatum deciscens, nonnullam habet pacis imaginem, dum armis, & vi ad sui creatoris obedientiam minimè reuocatur. Falsa profectò, & infœlix pax, quam habet miserum mancipium cum diabolo, tyranno durissimo: quia ei resistere, & ab eo se liberare non valet. Infœlix pax, quam tot conscientiae morsus, tot gehennæ timores inquietant, donec homo eam deserat, & ad domum patris offensus homo per iter mortificationis redeat. Falsa pax, de qua scriptum est: Pax, pax, & non erat pax. Infœlix pax, quam illa mala oppriment, de quibus Dominus non sine stetu ad Hierosolymam: Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. ] Est enim atque si dixisset: Si cognouisses & tu in misera pace posita, Sicut & ego cognosco, quæ abscondita sunt ab oculis tuis, quomodo scilicet circumdabant te inimici tui vallo, & coangustabant te vndique, nullo modo hac externa pace latareris. Hanc pacem cum peccatis bellum mortificationis turbat, quod Dominus ad ea proferenda mouet, vt creaturam suam à diabolo sibi ablatam recuperet. Ipse quidem mouet hoc bellum, quia mortificatio donum gratiæ est nos roborantis ad pugnandum, non opus infirmæ naturæ. Nos autem vt milites eius pugnamus, cum peccata detestamur, & impura desideria cohibemus. Cum verò ista mortificationis pugna ex parte nostra fortis est, & perseverans, tunc falsam pacem cum diabolo initam rescindimus: tunc hostes, scilicet peccata, fugamus, tunc ad veram pacem, & ad subiectionem Deo debitam pertransimus. De hoc reditu dictum est per prophetam: Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. ] Transimus enim de concupiscentiis carnis ad desideria spiritus, & de regno iniquitatis ad imperium charitatis. In hoc transitu impletur illud: Iustitia, & pax osculatur sunt. ]

Prius enim, cum seruiebamus peccato, falsa pax osculabatur iniustitiam, cum qua erat amicitia fœderata: at vera pace restituta imputum ipsa osculum iniquitatis exhorruit, & iustitiæ sibi amica, sine qua esse non potest, osculum expetiuit. Iam subiecti Domino, offerre possunt ei sacrificia gratissima, illa scilicet, de quibus Malachias: Et erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. ] Et Dauid: Sa-

crificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. ] Quousque enim bellum detestationis peccati, & pugna mortificationis, qua peccandi desiderii obfistimus, nos Domino subdat, sacrificia, & oblationes nostræ, quia iustitiæ non sunt, placere non possunt. Ieiunet oculus, inquit Bernardus, à curiosis aspectibus & omni petulantia, vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens à fabulis & rumoribus, & quæcumque ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione, & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque seutilibus verbis: interdum quoque ob grauitatem silentij, & ab ipsis, quæ videri poterant necessaria. Ieiunet manus ab ociosis signis, & ab operibus omnibus, quæcumque non sunt imperata. Sed & multo magis anima ipsa ieiunet à vitijs, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc cætera à Domino reprobantur. Sicut scriptum est: Quia in diebus Ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur. ] Hoc itaque spirituale ieiunium, hæc mortificatio, quæ peccatis nos eripit, opera, & sacrificia facit acceptabilia. Nam præceptum Leuitici est: Nec quicumque fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio, Domino. ] Quod licet ad litteram euacuatum est, tamen quoad spirituales intelligentiam adhuc perstat. Quoniam, vt aiunt Radolphus, & Beda, nec fermentum malitiæ & nequitiae, nec mel voluptatis offerendum est Domino, sed mens à nequitia libera, & ab omni desiderio illicitæ voluptatis aliena, quam sine mortificationis studio nullus inueniet.

Certum est itaque, mortificationem peccata graua tollere, à quibus nullus, nisi se abneget, abstinere, & peccata leuia magna ex parte minuere, sed nunc videndum est, quomodo peccatorum patrorum pœnas exoluat. Ad hoc sanè constituendum nulla ratio, neque auctoritate opus est, sed ego omnium eorum, qui se ex animo ad Deum conuertunt, conscientias appello. Hi enim statim se fructuum pœnitentiæ debitores putant, sibi que incumbere, quæ malè, & contra legem præsumpserunt, mortificatione purgare. Sed & id exigit æquitas diuinæ iustitiæ, vt qui post sua desideria, & suas voluntates euntes legis sibi impostæ tramitem exceßerunt, eadem desideria, ac voluntates in vltionem admissorum frangant, & se quandoque à licitis, atque permissis abstinant. Ideoque partes sentiunt ob mortificationem piæ, & ex gratia susceptam debita nostra remitti. Vnde Bernardus ait: Pro eo quod ab ipsis quoque licitis abstinemus, ea nobis, quæ prius commisimus, illicita condonantur. Quid verò est condonari commissâ, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, cõsolatio nulla, terminus nullus: vbi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur. Bonum ergo & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dū remittuntur hoc modo peccata. Non solum autem abolitio est peccatorum, sed extirpatio vitiõrum: nõ solum obnerueniã, sed & promeretur gratiã: non solum delet peccata præterita, quæ commisimus, sed & repellit futura, quæ committere poteramus. ] Hæc omnia Bernardus, quæ certè non tantum de illo ieiunio cõsueto dicta sunt, quo ab escis carnalibus abstinemus, sed multo magis de illo abnegationis ieiunio, quo oculi, & aures, & manus, & affectus, & propria voluntas ab actibus illicitis, & imperfectis ieiunant. Et ad idem Augustinus, aut quibus alius auctor libri de vera & falsa pœnitentia, Abstinere à multis licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita.

A crificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. ] Quousque enim bellum detestationis peccati, & pugna mortificationis, qua peccandi desiderii obfistimus, nos Domino subdat, sacrificia, & oblationes nostræ, quia iustitiæ non sunt, placere non possunt. Ieiunet oculus, inquit Bernardus, à curiosis aspectibus & omni petulantia, vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens à fabulis & rumoribus, & quæcumque ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione, & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque seutilibus verbis: interdum quoque ob grauitatem silentij, & ab ipsis, quæ videri poterant necessaria. Ieiunet manus ab ociosis signis, & ab operibus omnibus, quæcumque non sunt imperata. Sed & multo magis anima ipsa ieiunet à vitijs, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc cætera à Domino reprobantur. Sicut scriptum est: Quia in diebus Ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur. ] Hoc itaque spirituale ieiunium, hæc mortificatio, quæ peccatis nos eripit, opera, & sacrificia facit acceptabilia. Nam præceptum Leuitici est: Nec quicumque fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio, Domino. ] Quod licet ad litteram euacuatum est, tamen quoad spirituales intelligentiam adhuc perstat. Quoniam, vt aiunt Radolphus, & Beda, nec fermentum malitiæ & nequitiae, nec mel voluptatis offerendum est Domino, sed mens à nequitia libera, & ab omni desiderio illicitæ voluptatis aliena, quam sine mortificationis studio nullus inueniet.

Certum est itaque, mortificationem peccata graua tollere, à quibus nullus, nisi se abneget, abstinere, & peccata leuia magna ex parte minuere, sed nunc videndum est, quomodo peccatorum patrorum pœnas exoluat. Ad hoc sanè constituendum nulla ratio, neque auctoritate opus est, sed ego omnium eorum, qui se ex animo ad Deum conuertunt, conscientias appello. Hi enim statim se fructuum pœnitentiæ debitores putant, sibi que incumbere, quæ malè, & contra legem præsumpserunt, mortificatione purgare. Sed & id exigit æquitas diuinæ iustitiæ, vt qui post sua desideria, & suas voluntates euntes legis sibi impostæ tramitem exceßerunt, eadem desideria, ac voluntates in vltionem admissorum frangant, & se quandoque à licitis, atque permissis abstinant. Ideoque partes sentiunt ob mortificationem piæ, & ex gratia susceptam debita nostra remitti. Vnde Bernardus ait: Pro eo quod ab ipsis quoque licitis abstinemus, ea nobis, quæ prius commisimus, illicita condonantur. Quid verò est condonari commissâ, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, cõsolatio nulla, terminus nullus: vbi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur. Bonum ergo & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dū remittuntur hoc modo peccata. Non solum autem abolitio est peccatorum, sed extirpatio vitiõrum: nõ solum obnerueniã, sed & promeretur gratiã: non solum delet peccata præterita, quæ commisimus, sed & repellit futura, quæ committere poteramus. ] Hæc omnia Bernardus, quæ certè non tantum de illo ieiunio cõsueto dicta sunt, quo ab escis carnalibus abstinemus, sed multo magis de illo abnegationis ieiunio, quo oculi, & aures, & manus, & affectus, & propria voluntas ab actibus illicitis, & imperfectis ieiunant. Et ad idem Augustinus, aut quibus alius auctor libri de vera & falsa pœnitentia, Abstinere à multis licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita.

E Prius enim, cum seruiebamus peccato, falsa pax osculabatur iniustitiam, cum qua erat amicitia fœderata: at vera pace restituta imputum ipsa osculum iniquitatis exhorruit, & iustitiæ sibi amica, sine qua esse non potest, osculum expetiuit. Iam subiecti Domino, offerre possunt ei sacrificia gratissima, illa scilicet, de quibus Malachias: Et erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. ] Et Dauid: Sa-

crificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. ] Quousque enim bellum detestationis peccati, & pugna mortificationis, qua peccandi desiderii obfistimus, nos Domino subdat, sacrificia, & oblationes nostræ, quia iustitiæ non sunt, placere non possunt. Ieiunet oculus, inquit Bernardus, à curiosis aspectibus & omni petulantia, vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens à fabulis & rumoribus, & quæcumque ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione, & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque seutilibus verbis: interdum quoque ob grauitatem silentij, & ab ipsis, quæ videri poterant necessaria. Ieiunet manus ab ociosis signis, & ab operibus omnibus, quæcumque non sunt imperata. Sed & multo magis anima ipsa ieiunet à vitijs, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc cætera à Domino reprobantur. Sicut scriptum est: Quia in diebus Ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur. ] Hoc itaque spirituale ieiunium, hæc mortificatio, quæ peccatis nos eripit, opera, & sacrificia facit acceptabilia. Nam præceptum Leuitici est: Nec quicumque fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio, Domino. ] Quod licet ad litteram euacuatum est, tamen quoad spirituales intelligentiam adhuc perstat. Quoniam, vt aiunt Radolphus, & Beda, nec fermentum malitiæ & nequitiae, nec mel voluptatis offerendum est Domino, sed mens à nequitia libera, & ab omni desiderio illicitæ voluptatis aliena, quam sine mortificationis studio nullus inueniet.

Psal. 4. 6.

Bern. ser. 3. de ieiunio Quadragesima.

Isaia. 38. 3.

Leuit. 2. 11.

Radul. ibi d. Be. da. expo. sit. in L. 1. c. 2.

Bern. ser. 4. de ieiunio Quadragages.

Aug. lib. de vera, & falsa pœnit. c. 15 To. 4.

Luc. 19. 42.

Psal. 104. 13.

Psal. 84. 11.

Malach. 1. 3.





Genes. 34.1.

Matth. 5.

Cassian. col. 10. c. 10.

Luca 16. 9.

1. Corin. 11. 31.

Theod. ibid.

Ansel. ibid.

Nahum 1. 9.

Et infra: Cohibeat se à ludis, & à spectaculis sæculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam Dina, si se cohobisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset. Tanto igitur magis sibi caueat, & cohibeat se anima, quæ sæpe, vel semel corrupta est & rapta: timeat iam docta experimento, quod ignoravit virgo. ] Hæc ille. Nos ergo vel amor propriæ commoditatis moueat, & abnegationi nostrorum sensuum & volutarum instamus, qua ab intolerabilibus pœnis ob admilla peccata debitis liberemur. Si enim diues, qui immane facinus perpetravit propter quod sit morte plectendus, libentissimè vitam suam pecuniis redimit, aut si pecuniæ solæ non sufficiunt, exilium patienter sustinet, vel in aliquo regni propugnaculo, quod sæpe hostes inuadunt, per aliquot annos militiam exercet: quid nobis faciendum est, non iam vt vitam temporalem ad breue tempus protelemus, sed vt pœnas alterius vitæ terribiles fugiamus? Certè diuites virium corporalium sumus, diuites sensuum, diuites affectionum, diuites voluntatum. Nondum ad illam beatitudinem peruenimus, qua dictum est: Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum; quia adhuc multarum cogitationum, affectionumque diuitias, amplasque substantias retinemus: quas, auctore Cassiano, Euangelicus sermo abiiciendas esse proposuit. His diuitis nostram salutem mercemur, quod fiet, si mortificationis gladio eas absiderimus, & ipsarum desertione iudicem nostrum placauerimus. Implebimûsque illud: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. ] Nam verè istæ cogitationes, & affectiones impuræ diuitiæ sunt iniquitatis, quas iniquitas primorum patenter peperit, nostra incuria, & negligentia comparauit, & diabolus annuens nostris vitiis inuexit. His Deum in patrem, & Sanctos in amicos querimus, cum mentes nostras per mortificationem ab ipsarum inquinamento mundamus

Alio etiam pœnarum genere solent peccata puniri, quod licet mitius sit, eo verò prædictum genus vltionis quadam ratione superat, quia non in futurum reservatur, sed in præsentem tempore ad castigationem peccatorum infligitur. Et sicut præsentia bona, quamuis minora, magis alliciunt, ita præsentia mala, quæ comparatione futurorum parui momenti sunt, magis ab aliquibus formidantur. Hoc autem genus eas pœnas comprehendit, quarum hæc vita capax est, scilicet molestias corporis, infamias, & honorum temporalium amissiones, quibus sæpe Deus peccata castigat; & has etiam studium propriæ abnegationis auerit. Verissimum enim est quod dixit Paulus: Si nos metipfos diiudicemus, nõ vtiq; iudicemur. ] Nam Dominus, qui summè misericors est, & parcendi occasiones inquiri, vltionem sua manu non infert, si nostra manu videt inflictam. Vnde Theodoretus: Si vellemus vitæ nostræ rationes inire, & iustam in nos ferremus sententiam, non ferret in nos Deus, qua nos puniret, sententiã. Et Anselmus: Verferur ante oculos hominis imago futuri iudicij, & quicquid in se viderit, quod à iudice venturo reprehendi possit, & puniri, ipse nunc in seipso reprehendat, & puniat. Peccata enim siue parua, siue magna impunita esse non possunt; quia aut homine puniente, aut Deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta diuina, si conuersio præcurrat humana. ] Præcedat itaque humana punitio, id est, à nobismet ipsis inflicta pro peccatis castigatio, & vltio in nos diuina cessabit. Sic enim scriptum est per Nahum: Non conserget duplex tribulatio: ] vel

A vt Septuaginta verterunt: Non vindicabit bis in idipsum in tribulatione. ] Si ergo tribulatio pro peccatis a nobis sponte suscepta surrexit, nequam tribulatio à Domino immilla conserget. Si puniuit nos Dominus manu nostra, dum nos ad mortificationem sensuum, & affectuum incitauit, non puniet, nec conteret manu sua, quos iam castigatos & contritos ieiuniet. Quod quidem si mentis oculi sola exteriora non videant, sed ad interiora penetrant, facillè hanc rem in hominibus animaduertent. Vidimus enim non semel adhuc in virorum spiritalium cæcibus aliquos se moliter tractantes magnis molestiis corporis cruciatos, & alios acria aduersus carnem suam bella per opera mortificationis gerentes, mirabili sanitate, & robore carnis affectos. Cuius causa esse potest, quòd illi se puniunt, & ideo à Domino minimè puniuntur, & illi se palpant, idèoque à Domino castigantur. Sciebat id Iob, quare ait: Vias meas in conspectu eius arguam: & ipse erit saluator meus. ] Puniam, inquam, præteritas actiones meas, si quas punitio dignas inuenero, & ( iuxta Hebræam lectionem ) hoc mihi euadet in salutem. Scio namque quia si me ipsum ob errata castigauero, Deum non tam experturus sum iudicem, quam habiturus saluatorem. Sciamus & idem nos, & sancto, ac spiritali ieiunio à licitis etiam nos abstinemus, ne pœnas à Domino illatas sustentemus. Quòd si tentator suggesserit, vt verbis Augustini utar: Quid facis, quia ieiunas, defraudas animam tuam, non ei das quod eam delectat, tibi ipsi ingentis pœnam, tuus ipse tortor & cruciator existis. Deo ergo placet quia te crucias? Ergo crudelis est, qui delectatur pœnis tuis. Responde huiusmodi tentatori: Excrucio me planè, vt ille parcat, do de me pœnas, vt ille subueniat, vt placeam oculis eius, vt delectem suauitatem eius. Nam & victima excruciat, vt in aram imponatur. ] Expende igitur seriò hanc primam mortificationis vtilitatem, quòd à peccatis auellit, & pœnas alterius vitæ euacuat, & pro pœnis debitis in hac vita satisfactis, qua consideratione animatus, incipe iam vt maiora mala fugias, aliquam molestiam suppottate, & te ipsum mortificatione cohibere.

Iob 13. 15.

Augus. tra. de vtilit. ieiunij c. 3. To. 9.

Mortificatione vitia extingui.

CAPVT VIII.



**N**ON Tantùm mortificationis studium peccata consumit, verùm & radices peccatorum, scilicet vitia, & prauos habitus euellit, ne iterum pullulent, & crimina fructus mortis emittant. Sicut enim radices arborum nullo humore rigatæ siccantur; ita vitia nouis actibus non irrigata flaccescent. Hos autem nouos actus abnegationis studium tollit, dum animam à nouis peccatis auerit. Sicut etiam ignis lapidibus obrutus, & cineribus oppressus extinguitur, deficiente sibi fomite, quo se ipsum sustentet: ita vitiorum ignis abnegatione circumdatus, & pabulo recentium actionum priuatus, ipsa oppressione necatur. Quam sæpe in conuersionibus peccatorum hoc vidimus, & gratiæ efficacitatem mirati sumus? Quæ cum eos à pristinis delictis cohibet, ex superbis humiles, ex gulosis abstinentes, ex luxuriosis castos, ex iracundis mites efficit. Atque adeò sapienter

Ricardus



Ricard. ad Psal. 90.

Ricardus Victorinus omnem de vitiis partam victoriam mortificationi corporis, & cordis ascribit. Cum enim vitia in duo genera vitiorum, carnalium & spiritualium, diuisisset, subdit: Carnalia triumphamus per disciplinam corporis, spiritualia verò per disciplinam cordis. Et infra: Copiosior est corruptio spiritualis, quam corruptio corporalis, congressioque spiritualium vitiorum multo densior est, quam congressio vitiorum corporalium. Contra hos vtròsque animæ hostes oportet sanè fortiter dimicare: & alij quidem conterendi sunt corporis afflictione, alij autem affligendi cordis contritione. ] Hæc ille. Istamque vitiorum extinctionem illo Davidis carminè, cum eodem patre puro signatam, quo Dauid ait:

Psal. 90.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. ] Vitia enim carnalia, quæ pauciora sunt, numero millenario; vitia verò spiritualia, quæ plura sunt, numero decem millenario signantur. Sed tam hæc, quam illa victa cadunt, cum Domini scuto circumdati, abnegatione pugnamus. Si verò vel in minimo eis assenserimus, ipsa nos vincunt, & igne concupiscentiarum adurent. Quid enim fecit Samson, vt segetes Philistinorum incenderet? Apprehendit trecentas vulpes, & faces ligauit ad earum caudas, quas igne succendens, & vulpes dimittens, omnia frumenta illorum absumpuit. Sic diabolus interdum Samsonem imitatur, vt virtutes in nobis perdat: faces enim accensas in caudis vulpecularum, hoc est, in motibus vitiorum sensualitatis, voluptates ligat, quæ si discurrere sinantur, nos sine dubio virtutis vacuos derelinquent. Quare his cogitationum mollium discursibus abnegatione resistendum est, si segetem meritorum nostrorum volumus ab incendio seruare, & frumenta bonorum operum, quibus sustentamur, custodire. Merito verò dicimus hominem hæc cogitationibus abnegatione resistere, quoniam cum illæ placeant carni, & sensibus blandiantur, eas respue-re, nihil aliud est, quam vitam sensualem perimere, & hominem sibi ipsi, quod delectat, denegare.

Si quis igitur velit hunc concupiscentiæ ignem, quem vitia accendunt, confopire, actiones aduersus illum abnegationis aggreget, quibus eius potentia omnia vastanti resistat. Si quis cupiat vitia paulatim minuere, & tandem, afflante Dei spiritu, omnino fugare, motus eorum insurgentes, & nos instantes, assidua resistentia, & conatu in oppositam partem, mortificet. Si quis exoptet vitæ spiritualis, quam proficitur, seruare diuitias, in sensibus, & affectibus, & voluntatibus suis abnegationem custodem ponat, sine qua non diues bonorum, sed vacuus & vanus permanebit. Vitium enim, quod in corde immortificato regnat, non tantum illud vanum efficit, sed & ipsummet vitium vanitas est, quæ nos inanes, id est, inutiles & virtutibus vacuos reddit; quam vanitatem absque mortificatione nullis à proprii cordis habitaculo poterit ablegare. Verumtamen, inquit sanctus Dauid, vniuersa vanitas omnis homo viuens. ] Quare vt homo vanitas non sit, viuens non fit: vt non vanitatis, scilicet vitio, subiaceat, quo inutilis & infructuosus efficitur, moriatur abnegatione sui, quam possumus vocare mortem iustorum; quæ illum à vanitate ad veritatem virtutum transferat, & hominem vitis mortuum, sed Deo & virtuti viuum efficiat.

Psal. 38. 6.

Tunc sanè Deo & virtuti viuimus, cum Deo subdimur, & secundum virtutis præscriptum, vitam nostram instituiamus. Et cum ista subiectio pax mentis sit, qua superiori consentit, & se ab illo regi, ac gubernari sinit, relinquatur vitam nostram in pace consistere. Hanc pacem vitia turbant, & tollunt, iuxta illud Iacobi: Vnde bella, & lites in vobis? Nonne hinc?

Iacobi 4. 1.

A Ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? ] Ergo quod pacem affert, manifestè vitis repugnat. At abnegatio est quoddam seminarium pacis, quoniam qui se in illicitis abnegant, Deo se subiiciunt, proximis debita reddunt, corpora propria non dominari, sed in suo loco stare permittunt. Non dubium igitur, quin hi mortificatione vitis obsistant. Ipsum autem oblitere vitis, & repugnare illis, vincere est, quia sicut cum assentimur vitis, vincimur, ita eum repugnamus, victores euadimus. Ergo qui repugnant vitis, vitia vincunt atque prosternunt. Ipsum autem prosternere, vitia extinguere est; quoniam vitia hostes sunt proterui & indomiti, in quorum conditionem nunquam induces, quod viua seruiant, & virtuti tanquam victici vel ad momentum obediant. Ergo qui vitia prosternunt, vitia & habitus prauos extinguunt. Sed mortificatio vitis oblitit (vt manifestum est) & vitia vincit; igitur ipsa est instrumentum gratiæ Dei, quod mores vitiosos extinguit.

B Mortificatio quidem est, quæ in homine nomen iniqui, & vitiosi perimit, & nuncupationem viti studiosi & spiritualis concedit. Quod certè non faceret, nisi vitia, & mores prauos extingueret. Nam si sapientia nomen sapientis, & pulchritudo nomen pulchri, & misericordia nomen misericordis attribuit, liquet, quia & sapientia insipientiam destruit, & pulchritudo deformitatem tollit, & misericordia immisericordiam euertit. Ergo si mortificatio studiosum & spiritualem facit, manifestè vitia virtuti, & vitæ spirituali contraria subuertit. Ab ipsa verò hominem studiosum, & spiritualis vitæ sectatorem fieri, non ego dico, sed Paulus, dnm ait: Qui autem sunt Christi,

C carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ] Quisnam sunt Christi sectatores? An iniqui? An impuri? An carnales homines? Et quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Aut quæ conuentio Christi ad Belial? ] Christi igitur sectatores sunt virtutis amatores, puritatis cultores, & vitæ spiritualis profellones. Christi sunt, Christo deuoti, vt exponit Ambrosius. Christi sunt, qui sunt possessio Christi, qui sunt ex parte Christi, qui sunt membra Christi, & sequuntur vestigia passionis eius, vt interpretatur Anselmus. Et quid est crucifigere vitia & concupiscentias? An vitia fouere? An concupiscentias enutrire? Non, sed illa destruere, istas autem mortificare. Est itaque viti Christiani, & studiosi aptissima verbis Pauli assignata descriptio: quod ille sit, qui concupiscentias suas abnegat, & vitia sua diligenter mortificat. Vnde Anselmus, Serui Christi laborant, vt neque opera vitiorum faciant, neque concupiscentias carnalibus vel in corde consentiant. Et reprimendo carnis voluptates, crucem sibi ipsis faciunt, ac præceptis iustitiæ, quasi quibusdam clauis, se configunt, vt praua actionem, & peruersam voluntatem in se ipsis refrænent. ] Constat ex his mortificationem vitam esse, & officium Christiani hominis, quæ ipsum Christi sectatorem, vel si mauius Christiferum, id est, Christi imaginem crucifixi ferentem efficit. Ac proinde ad mortificationem spectat abolere veteris Adæ aduersam imaginem, ex vitis veluti ex multis membris compositam, quam eadem mens simul cum vera Christi imitatione deferre non valet. Quod manifestè Paulus ait: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus, & imaginem cælestis. ] Et quare id ô Paule? Subiicit: Hoc autem dico fratres, quia caro, & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio in corruptelam possidebit. ] Suadeo, inquit, vobis, vt deponatis terreni hominis, id est, peccatorum, ac vitiorum imaginem, quoniam illa circumdati

Galat. 5. 24.

2. Corin. 6. 14.

Ambros. ibid.

Ansel. ibid.

Vbi supr.

1. Corin. 15. 49. n. 50.



regnum cœleste, & immortalitatem non possidebitis. Si autem imago terreni hominis à gloria reiicit, etiam à participatione imaginis Christi Saluatoris excludit. Quia nemo hac insignitus imagine, & virtutum Christi opibus locupletatus, indignus regno iudicabitur.

Sicut ergo gentes illæ, quæ terram Abraham promissam possidebant, vno continuo bello ab Israelitis, Domini favore suscepto, deletæ sunt; ita & vitia gentibus illis signata, vno mortificationis confectu vincuntur, & vna quasi non interrupta pugna profligantur. Et homo ex gratia Dei secum ipse pugnans, terram propriæ mentis, vt eam laus securusque possideat, ab hostibus eam occupantibus, id est, à vitiis expurgat. Ideoque iure optimo Augustinus abnegationem, quam abstinentiam spirituales appellant, corporali ieiunio præponit, quoniam hoc, si solum sit, solum carnem domat, & vitia carnis ad summum comprimunt: illa verò omnia vitia, & prauos mores interficit. Duo, inquit, sunt abstinentiæ, & crucis generata, vnum corporale, aliud spirituale. Vnum à potu, atque epulis temperare, appetitum gulæ à delectationibus, & mollissimis suauitatibus coercere, ab iis, quæ per tactum, & gustum, visumque decipiunt, sensum viriliter reuocare, ac violenter abstrahere; Alterum abstinentiæ, & crucis genus est pretiosius atque sublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modestiæ tranquillitate placare: ita ac superbiæ impetus, quasi feram bestiam refrænare, litigare quotidie contra vitia sua, increpare se quadam censura austeritatis & virtutis, & fixam quodammodo cum homine interiore conferere. Pretiosa in conspectu Dei & gloriosa crux; cogitationes malas in potestatem redigere, voluntates proprias abnegare, eaque interiori examinatione discutere, & regentis imperio subiugare. A sermone, atque opere, quo anima læditur, tanquam à cibis noxiis abstinere, & sensum ab iis, quæ contrarij sunt, spiritali temperantia sobrium custo dire. Hæc Augustinus. Ecce spiritalem abstinentiam, id est, mortificationem aptè descripsit, quæ ieiunio corporali præfertur, & multo pretiosior iudicatur, quoniam ex propria natura habet, non hoc aut illud genus vitiiorum, sed omnia in viuensum vitia perimere. Hæc facit, vt dum iustus appetitum cibi, & potus temperat, & non ad voluptatem, sed ad necessitatem, & parcè, alimentum sumit, ex antea guloso & pencebrioso, abstiniens & sobrius euadat. Hæc facit, vt dum carnem domat, & libidinis motus refrænât, & non solum impura desideria, sed & minùs pudicas cogitationes, quali pestes, abigit, ex inhonesto in castum hominem conuertatur, & si non virginitate, quam semel perditam recuperare non potest, at castitate, & mundicia cordis & corporis, ipsis virginitatis exæquetur. Hæc facit, vt dum quis ad contemnendas diuitias se cogit, & ipsa necessaria non sine multa mensura, & absque cordis adhesionem accipit, ex auaro, immo & ex rapacissimo prudenter largus, & moderatè profusus fiat. Hæc si iram & indignationem cohibeat, & inter iniurias, & contumelias silentium indicat, & mentis turbationem compestat, pro ira spiritum mansuetudinis infert. Hæc tandem gaudium de bonis fratrum imperans, diligentiam in bonis operibus iubens, laudes humanas, & omnem fastum, & ambitionem spernens, pro inuidia charitatem, pro acedia strenuitatem, pro inani gloria magnanimitatem, & pro superbia humilitatem imperat. Aptè igitur de abnegatione pronuntiare possumus quod de sapientia dictum est: Et cum sit vna, omnia potest, & in se permanens omnia innouat. Illa enim instrumentum est gratiæ Dei, quo vniuersa

Aug. ser.  
20. de S. S.  
lib. 5.

Sapient. 7.  
27.

A vitia destruit, & primi hominis veritate reiecta, mentem nostram quasi in nouam transfert creaturam. Nec presumptuosè abnegationi, sapientiæ nomen ascribimus; nam illa est sapientiæ pars, aut sapientiæ filia charissima, qua scimus nos ipsos regere, noxia, licet delectent, auertere, & vitia atque perfecta, licet minùs appareant suauia, pulsus timoribus amplexari. Paulus certè ab hac loquutione non abhorret. Ait enim: Prudentia carnis mors est; prudentia autem spiritus vita & pax: quoniam sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subiecta, neque enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Quid vocat sapientiam, & prudentiam carnis? Nonne carnis appetitus, & immoderatas inclinationes, quibus in verita, & nobis noxia disflimus? Ita sanè. Hi namque motus sunt, qui legi Dei non possunt esse subiecti, quoniam ab omni eò, quod ipsa iubet, exorbitant. Sapientia igitur, & prudentia spiritus erit, quæ motus istos prauos frænât, & cohibet, & quæ, vt ait Ambrosius, sequitur spiritalia, contemptis illecebris vitæ præsentis. Hæc autem ne latum vnguem à mortificatione secerit: vt sciamus hanc verissimam esse sapientiam, quæ profectò vna cum sit, omnem vincit vitorum malitiam, ac per ingressum virtutum vires humanas innouat, & omnia nostra ex præscripto diuinæ legis attemperat.

Quòd si immortificatio, sapientia carnis est, ipsa profectò mors est? Et si mortificatio, sapientia spiritus est, & ipsa vita est? Ita quidem. Nam viuere is maximè dicitur, inquit Chrysostomus, qui vita mortificatus est. Quod, propolitis duobus hominibus quorum alter ductum sapientiæ carnis, vel immortificationis sequatur, alter verò sapientiæ spiritus, siue mortificationi se comitem ac auditorem præbeat, factis euidenter ostendit. Ille enim oculis insipientium videtur viuere, sed re vera deliciarum & rerum vilibilium amore ad peccata tractus, emoriur. Hic autem, qui apud eosdem mortuos apparet, operibus vitæ, scilicet diuinæ cognitione, & sanctis desideriis, ac rerum cœlestium amore lætatur. Huic non solum adest pura & iucunda vita, verum & vera pax, quæ necessariò legis custodiam, & cupiditatum abiectionem consequitur. At vbi est iucunda vita, & vera pax, necesse est, vt vitia non regnent, spiritalis vitæ ac omnis pacis inimica: quæ si non semper vitam animæ tollant, sed semper pacem turbant, quandiu in corde subsistunt. Pulchrè igitur Ephraem abrenuntiationem in Baptismo factam describens, quæ nihil aliud est, quam futuræ per totam vitam abnegationis sponsio, omnium vitiiorum interfectricem existimat. Abrenuntiatio, ait, quam in Baptismo facimus, nominata quidem apparet parua, ceterum intellecta admodum magna: quam qui seruare valuerit, beatissimus erit. Paucis namque verbis cuncta, quæ nominantur mala, quæque odit Deus, valere iubemus & abrenuntiamus: cuiusmodi sunt, non vnum dumtaxat, non duo, nec decem; sed quodcumque appellatur malum. Numeratis autem multis malis, quibus abrenuntiamus, subdit. Atqui hæc ipsa abrenuntiatio, & pulchra confessio exigitur à quocumque Christiano in illa die. Scriptum est enim: Quoniam ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Iterumque Dominus ait: De ore tuo te iudico, serue nequam. Hæc pollicitatio, quam ore Ecclesiæ matris nostræ fecimus, nos ad studium mortificationis accendat; & sicut voce renuntiamus vitis vniuersis, ita & actione renuntiamus. Quod tunc profectò fiet, cum omnes concupiscentias nostras abnegauerimus. Tuñcerimus omnium

Rom. 8.  
6. 7. 8.

Ambrosius.

Chrysostomus.  
Rom. 13.  
ad Romanos  
in moralibus.

Ephraem de  
abrenuntiat.

Matth. 12.

Matth. 12.



Nam. 23.  
21.

peccatorum, ac vitiorum iustissimi desertores, qui ea, quæ Dei voluntati contradicunt, deserimus, & abnegationis gladio perimimus. Congruetque nobis illa populo Israelitico data laudatio: Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo.] Iam in anima, quæ aduersus suas concupiscentias mortificatione pugnavit: nullum idolum, id est, nullum vitium erectum est, iam superbia, præsumptio, ambitio, inanis gloria, iracundia, impudicitia, voracitas, & reliqua monstra prostrata sunt. Iam Dominus eam, vel templum sibi gratissimum virtutibus decoratum, inhabitat, & clangore tubæ, id est, donis, quæ perfectis virtutis dari solent, victoriam, quam de hostibus reportavit, apertè notificat. Cuius victoriæ laus in ipsum redundet auctorem, Dominum nostrum Iesum Christum, cui sit gloria & imperium in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Mortificatione tentationes vinci.

CAPVT IX.



**A**LIVD bonum, & quidem cum maximis conferendum, mortificatione consequimur, quod nimirum eà omnes tentationes vincimus, & hostes animæ superamus. Et sine mortificatione, qua resistimus suadenti nobis iniqua, & nolumus pravæ suggestioni consentire, nulla potest esse victoria. Id verò comparatione temporalis belli, cui spiritualia bella sunt similia, satis patenter enuncitur. Omnia enim bella, quæ in aliquam rempublicam suscitantur, duo tantum agnoscunturbationis exordia: aut enim ab aliquo hoste, ac inimico reipublicæ, aut ab aliquo amico, qui sibi in ipsi, & suo regi deficit, vt à filio ipsius regis, vel alio ciue proveniunt. Hi ex aliqua causa vel à regno data, vel à seipsum quæ sita & accepta, solent bella mouere; nec alia possunt belli inueniri principia; hæc verò duo facile possunt firmari ex sacrarum litterarum historia. Nam bellum ab hoste susceptum fuit illud, quod suscitavit Benadad rex Syriæ aduersus regnum Israel, quando coacto exercitu suo ascendit, & obsedit Samariam, Illud etiam quod gessit Sennacherib rex Assyriorum aduersus regnum Iudæ, cum ascendit ad vniuersas ciuitates Iudæ munitas, & cepit eas. Bellum autem à ciue deficiente in initium fuit illud, quod cepit Ieroboam primus rex Israel, quando cum decem tribubus excussit iugum durissimum regis Roboam, & eisdem decem tribubus impetrauit. Et multo magis illud ab Absalone susceptum; cum aduersus Dauidem patrem insurrexit, eumque domo cedere, & in fugam se dare coegit. Ita omnis tentatio, quæ bellum quoddam est, non corporale, sed spirituale, non quod corpus, sed quod mentem inuadat, & ad aliquod peccatum impellat, aut ab hostibus, aut amicis inferitur. Illa tentatio ab hoste provenit, quæ à diabolo per se ipsum, vel per suos administratos, ad malum instigante procedit. Illa verò ab amico intentata est, quam sensus, & appetitiones nostræ ad malum procliuës excusant. Caro enim nostra, quæ sensum, & appetitum peccata suadentem continet, licet nunc inimica sit, tamen prius amica erat & sociata animæ, si homo à suo creatore non desciuisset, & in statu innocentie perdurasset. Badem ergo debet esse ratio tentationis vincendi, quæ modus & causa est bella temporalia, & visibilia superandi. Nam eodem modo superantur, vel pro-

**A** mouentur ea, quæ in vna, atque eadem natura conueniunt. Et nihil interest, an aliquid animatum sit, an inanimatum, an corporis particeps, vel corporis expers; quia dummodo contrarium sit, contrarij subiectione, qua sibi subditur, promouetur, & resistentia ac pugna destruitur. Calorem profecto, qui corporalis est, frigus contrarium pellit, & iustitiam, quæ incorporalis est, iniustitia opposita dissipat; & quia eadem vtrique ratio inimicitie & contrarietatis inest, eodem modo pugnant, & eadem ratione de se inuicem triumphos reportant. Atque adeo eò modo, quo bella visibilia à nobis superantur, eodem inuisibilia bella superanda sunt, nisi velimus ordinem à Deo præscriptum inuertere, & nouam, quæ nobis non succedet, rationem rerum disponendam inuenire.

**B** Bella autem visibilia (vt iam dicere cœperamus) resistentia facta, & hostium adepta subiectione, finiuntur. Nam dum resistimus hostibus, eos stupefacimus & fatigamus; & dum fortius bellamus, eos prosternimus, atque subiicimus, quibus occisis, aut in seruitutem redactis, aut in fugam versis, optatam pacem obtinemus. Bellorum ergo spiritualium, id est, tentationum, victoria in resistentia, & pugna, & hostium subiectione consistit. Nunc igitur ad tentationes ab amicis, id est, à carne, & sensibus, & affectibus prouenientes, oculos conuertamus, & eas ipsissima mortificatione vinci manifestissimè perspiciamus. Si enim caro lasciuia postulet, & impudicitie suggestionem me tentet; quid est eam vincere, nisi eius motus opprimere, peccatum voluptatem abnegare, & ei non moribus, quæ delectent, sed flagris, & ciliciis, & ieiuniis, quæ eam doment, respondere? Si sensus, exempli gratia auditus, rumores curiosos efflagitet; quid est eum subiicere, nisi ipsum seris circumspectionis includere, & ab audiendis iis, quæ delectant, auertere? Si affectus ira ad vindictam tentatione prouocet, quid est eum prosternere, nisi me ipsum ad mansuetudinem cogere, inimico parcere, & ei pro silentio vocem, pro vituperio laudationem, & pro malo bonum erogare? Hæc autem omnia, actiones abnegationis ac mortificationis sunt; quare constat earum tentationum victoriam, quæ à sensibus & affectibus emanant, à nostra mortificatione pendere. Quare Basilius optimè internam pacem, victoriæ tentationum comitè, studio mortificationis ascribit. Quamuis nauis gubernatori, inquit, concessum non sit, tranquillitatem mari pro arbitrio & voluntate imponere; nobis tamen integrum est, vitam quietam, omnique vacantem perturbatione constituere, si nimirum internos tumultus, qui ab affectionibus externis proficisci solent, sedauerimus, & mentem iis, quæ extrinsecus accidunt, altiore constituerimus. Si quidem illi, qui nimis magnum studium, & curam in res mundi istius conferunt, tanquam volucres carnosæ frustra alas habentes, vnà cum esculentis suis deorsum trahuntur.] Hæc ille. Quod & ego in illo bello Dauidis cum Absalone adumbratum aspicio. Nam qua ratione Dauid bellum illud vicit, & regno suo ereptam pacem restituit? Nonne cum propria carne, nempe cum filio, pugnano, & cum tribus suis ductis lanceis perimendo? Ita quoque & nos dum abnegatione pugnamus aduersus nosmetipsos & carnem, affligimus hostes domesticos, nimirum carnem ipsam, & eius affectus ac desideria vincimus. Forsitan autem Roboam subditum aduersum se rebellantem non vicit, quia non pugnavit. Dixit enim Semeias propheta ad Roboam, & Iudam, & Beniamin; Hæc dicit Dominus: non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel:

Basili.  
oprat. 11.  
de fortice  
tate.

3. Reg.  
12. 14.

4. Reg. 6.

4. Reg. 18.

2. Reg. 15.

reuertatur



reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est verbum hoc.] Vnde sicut Dominus scidit regnum Israel, à regno Iudæ bellum prohibens, ita subdit carnem spiritui, bellum iubens. Qui verò pugnare noluerit, nec seipsum mortificatione domare, nunquam carnem, sensusque subiiciet. Nam & in prouerbis scriptum est: Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.] Seruus autem noster, caro nostra est, cuius insultus non cohibebimus, nisi eam seueriter duritèrque tractemus. Quæ seueritas non tantum in corporali afflictione, sed multo magis in frangendis propriis voluntatibus, & appetitionibus ponenda est, quarum compressio multo magis, quàm ieiunia & vestes hirsutæ, carnis petulantiam compescit, impetûsque mortificat.

Prou. 29. 21.

Iudicium 24. 15.

Iudic. 16.

Iudic. 16. 15.

Michea 7. 5.

Si autem tentationes, non iam tanquam à primo principio, à domesticis, sed ab externis hostibus, scilicet à dæmonibus proueniant, etiam mortificatione vincendæ sunt. Dæmones quippe in tantum bella mouent, nõsque pertentant, in quantum illicita suggerunt, & per sensus, & affectus cordis nostri ad malum nos prouocant. Sicut enim Philistæi voluerunt per Daliam Samsone decipere: dicebantque ad illam: Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi, quid significet problema; quòd si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui: sic dæmones per carnem nostram, tanquam per sociam nobis prædilectam, conantur rationem ad peccati consensum incitare. Dicuntque illi: Blandire viro tuo, & curato mentem tuam delinire blanditis: luge coram illa, & te infirmam, & tristem dissimula, vt propositum virtutis inlectas, & ad superfluam remissionem, in dequæ ad peccatum ibi absconditum pertrahas. Si ergo dæmones non nisi per carnem, & sensus, ac appetitus nos tentant; si hæc sunt eorum arma, quibus nos aggrediuntur, & vulnerant, iam liquet, quia eos vincimus, dum arma ista mortificatione constringimus, & nosmetipsos abnegamus. Quod & in Samsone non iam adumbratum, sed expressum videmus: qui si responsionem distulisset, & secretum suum celasset, nunquam ab iniqua muliere vinculis fuisset astrictus, & in potestatem hostium traditus. At assentitus est miser vir importunis precibus femine; Quæ dum cognouit virtutem eius esse in crinibus, vocato tonfore, crines capitis eius rasit, & ludibrio ac risui Philistinorum exposuit. Ita prorsus caro nostra à generis humani aduersariis edocta, spiritui inculcat verba mellita Dalilæ: Quomodo dicis, quòd amas me, cum animus tuus non sit mecum? Quomodo, inquam, me carnem tuam agnoscis, quam nemo vniquam odio habuit, si portas meorum sensuum claudis, si nunquam meis desiderijs acquiescis, si quotidie me verberibus domas, & laborare, ieiunare, & vigilare compellis. O homo non audias eam, ne te credas ei, quia meretrix est, non sponsa fidelis, & crines tuos, in quibus inest fortitudo, id est, sanctas cogitationes, & pia proposita, auferet, atque malorum desideriorum vinculis illigatum hostibus interficiendum tradet. Audi Michæam dicentem: Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Non ergo corpori tuo credas voluptuosa poscenti, ne fidas carni tuæ suauia & mollia postulant; quia veluti sploratrix aduersariorum est, nihil aliud quærens, nisi per suas voluptates humani generis hostibus te committere. Vt itaque tentationes vincamus ab externis aduersariis exortas, domesticus hostis abnegatione vincendus est, sine cuius auxilio neminem spiritalis nequitie prostrant. Et quidem id in illis duobus

A bellis supra memoratis figuratum est. Nam & rex Israel visus est à populo cilicium gerens, quo putabat à se Syria regem auertere, & Ezechias [ opertus est sacco ] vt Senacheribum à se fugaret. An reges seipos affligentes reipublicæ hostes affligunt, atque deficiunt? Ita certè: quoniam sui mortificatione Dominum placant, cuius est, eos hostibus tradere, vel ab hostibus liberare. Multo ergo magis nos victoriam de diabolo consequemur, si carnem nostram doinuerimus, & proprias voluntates confrigerimus, quo & arma eius diripimus, in quibus confidebat, & Dominum in adiutorem vocamus.

4. Reg. 6. 30. 4. Reg. 19. 1.

B Vniuersæ itaque tentationes, siue ab extraneo, siue à domestico hoste procedant, mortificatione vincuntur, & abnegatione superantur. Quare Dominus Ecclesiæ suæ, singulisque fidelibus arma conuenientia ad pugnandum dedit, & virtutem, ac fortitudinem ad dimicandum attribuit. Ideo in Canticis canticorum Ecclesiæ collum turri munitissimæ comparatur. Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis: mille dypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Nam si collum, vt aliqui volunt, non tam eam corporis partem, quæ caput sustentat, quàm totius corporis staturam proceram, erectamque significat, quinam dicentur hoc collum coagmentare nisi iusti, in quorum iustitia, & sanctitate Ecclesiæ est altitudo ac proceritas collocata? A qua interpretatione non multum distonit Gregorius; qui per Ecclesiæ collum sanctos prædicatores intelligit. Conuenit autem omnibus sanctis perfectio turris Davidis, quæ, vt notauit Ambrosius, facta est, vt subsidio esset, pariter & decori. Subsidio, vt quæ ex ea hostem aspiceret, & expelleret: decori vero, quia ita edificata erat, vt non solum inter humilia, sed etiam inter excelsa superemineret. Ita & iusti in Ecclesia subsidio sunt, quoniam eam oratione & exemplo tuerunt; & decori, quoniam vitæ pulchritudine hanc Dei ciuitatem, quæ adhuc in terris militat, decenter exornant. Hi turri comparantur, ex qua dypei, & aliorum generum arma dependent, quia videlicet ad eos pertinet clypeo, & armis, id est, auxilijs gratiæ sibi donatis diabolo resistere, aduersus proprios sensus affectusque pugnare; quorum prauis motibus diabolus ipsos adoritur: & se in debito officio continere. Pugnare enim aduersus diabolum; non est illum ense materiali percutere, sed quemque semetipsum mortificationis gladio ferire: non illum occidere, qui (quod ad naturam attingit) immortalis est, sed semetipsum mortificare: non est illum in carcerem conicere, aut compedibus carnisque constingere, sed proprias concupiscentias abnegatione cohibere. His ille pugnat aduersus hominem; hi affectus prauis sunt milites, ex quibus eius exercitus coalescit, atque constat, quibus victis, statim ipse victus, & confusus abscedit. Sit igitur iustus turris munitissima, quam licet hostes cingant, licet machinis & tormentis oppugnent, nunquam tamen per consensum in malum sibi subiiciant. Iustus pulchritudo non in mensis; non in mollibus subsellis, non in auleis, & alijs similibus, quæ regem pacificum decet; sed in clypeis, in galeis, in lanceis, & in omni armorum genere posita censeatur. Ists armis, quibus abnegationis actus signamus, satis propinquos habet hostes, quos vulneret. Nam oculi hostes sunt, & aures, & manus, & cogitationes, & desideria in præcordijs abscondita, quæ in aliquid illicitum properantia pro diabolo belligerantur, eumque nituntur facere miseri hominis possessorem. Sed si homo contrariis istos hostes abnegatione vincat, atque cohibeat, tentationes vincet; quæ nihil aliud sunt, quàm isti

Cant. 4. 4.

Grig. ib.

Ambr. ibid.





Ephes. 6.  
13.

Anselm.

Psal. 17.  
40.Psal. 121.  
7.Psal. 28.  
10.Ricard. ad  
eundem  
Psal.

motus aduersus Dei legem insurgentes, & fugatis, ac prostratis hostibus, letus & pacatus exister. Quod profectò non siliuit Paulus, dicens: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. ] Non dico, ait, vt arma carnis, sed arma spiritus assumatis, ea verò sunt ieiunia, abstinentia, mundi contemptio, & ea, quæ molesta sunt carni, quibus Deus apparet in carne aduersus diabolum processit armatus. His armis in die malo, id est, in die tentationis, vt exponit Anselmus, tentationibus insurgentibus resistetis. Inde autem quid sequetur? Certè, vt in omnibus virtutibus perfecti stetis; Id est, vt cunctarum virtutum perfectione ditati iam ea pace fruamini, quam, si non omne bellum deserit, at infirma bella, quæ facili negotio vincantur, & cum pusilla molestia turbent.

Quia ergo omnis victoria nostra, qua à tentationibus liberamur, & mentis tranquillitatem consequimur, ex abnegatione dependet, ideo in scripturis sanctis primò nobis virtus ad pugandum, robur ad vincendum nos ipsos, & postea pax mentis, tranquillitasque promittitur. Vnde sanctus Dauid: Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me sabtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. ] Sine virtute enim ad bellum, quo affectiones nostras vincamus, nunquam hostes nostros his affectionibus pro armis vtentes, supplantabimus, neque eos à nobis victos repellemus. Et iterum: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus, ac propugnaculis Ecclesiæ, hoc est, in iustis hominibus ex virtute progeniat: quia nisi præcedat virtus ad pugandum, & ad domandos iustitiam hostes, nunquam pax optata succedet. Atque alibi: Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace. ] Optimus ordo, & generaliter in diuina prouidentia seruatus. Primò dat virtutem eximiam & excelsum, quæ potens sit hostes proteruos & implacabiles sternere, & post illam non quasi in sudario custoditam, sed multis, & assiduis operibus abnegationis applicitam, tandem pacis nos benedictione multiplicat. Videre, inquit Ricardus Victorinus, & attendite diuinæ donationis ordinem. Daturus populo suo Dominus virtutem, & pacem, prius dat virtutem, & postea pacem. Habet namque aduersarios innumeros populus iste Dei; & quod adhuc grauius est, inimici eorum fortissimi: Opus ergo habent virtute & fortitudine magna, contra quos iugi sollicitudine vigilat tot aduersariorum tam periniqua constantia. Vultis autem audire qualem, & quantam virtutem eis eorum dux promittat; ita tamen si eius præcepta mandatque custodiant? Persequemini, inquit, inimicos vestros, & corruent coram vobis. Persequantur quinque de vobis centum alienos, & centum de vobis decem millia. Cadent inimici in conspectu vestro, gladio. Parum est hoc, audi adhuc aliquid maius de huius regis militibus, quorum vnus persequitur mille, & duo fugant decem millia. ] Hæc ille. Optima quidem obseruatio, & nobis perutilis, vt nunquam pacem adipisci sine virtute quæramus. Sine ea, inquam, virtute, qua domesticos hostes, carnem, & sensus ad malum pronos, & affectus inordinatos subiciamus. Dum enim hos vincimus, demones quoque externos aduersarios prosternimus, qui nihil in nos possunt, nisi aliquis domesticus hostis illis faueat, & sua importunitate, aut dolo illis ianuam nostri consensus aperiat. Velle autem sine virtute animæ pacem, & sine mortificatione victoriam, est, ac si quis miles

velit fortissimos hostes dormiendo perimere, aut illis arma & alimenta ministrando, de ipsis victoriam comparare. Quod fieri non posse illa verba Augustini declarant: Non est pax, vbi non est subiectio repugnantium. ] Qui autem non subicit hostes repugnantes sibi, sed subditur illis, velut feruus, & fouet illos, vt acrius insurgant, & pertinacius rebellent, quomodo pacem consequetur? Patet, o frater, tentationes carnis, & corpus tuum non abstinentia domas, sed cibus ingurgitas; non cilicio & verberibus crucias, sed mollibus indumentis circumdas; non oculos ab alienæ pulchritudinis aspectu tollis, sed eos per quæque pulchra, & illicita vagari permittis: quam ratione pacem inuenies? Superbiæ, & ambitionis impugnatione tentaris, & nunquam in animum indacis, vt plausus hominum fugias, vt in ministerio humili te contineas, vt defectus naturales coram fratribus, mortificationis causa, aliquando manifestes, ingenium verò, & eloquentiam, ceterasque dotes ad breue tempus abscondas, & quoniam modo pacem assequeris? Quare igitur prius virtutem, vt contingat tibi pax: abnega te ipsum, vt mentis tranquillitatem, & victoriam tentationis accipias. Quia nemo sine pugna vicit, sine bello ad pacem peruenit, & sine subiectione, aut morte hostium suorum victoriam vnquam reportauit.

Ang. lib.  
de ciuit.  
Dei.

## Mortificatione virtutes acquiri.

## CAPVT X.



UNC, quanti momenti sit mortificatio ad vniuersas virtutes acquirendas, explicandum est, quarum acquisitio multo magis, quam aliqui fortasse putant, ab hoc abnegationis studio dependet. Nam si ipsi existimant, mortificationem esse instrumentum vnum ex multis ad assequendas virtutes, nos putamus instrumentum esse præcipuum, sine quo reliqua huic negotio adhibita nihil omnino posse efficere, nec minimum virtutis alicuius gradum generare. Id autem manifestè constat ex ipsa natura virtutum, quarum aliquæ ad efferendam naturam nostram datæ sunt, ad eas supernaturales actiones, quas solo adiumento naturali præstare non potest: aliæ verò ad ipsam naturam humanam in mortalibus actionibus dirigendam, omnemque carum prauitatem ablegandam. Primi generis sunt virtutes Theologicæ, & aliæ supernaturales infusæ, quatum munus est, mentem suauiter ad actiones naturam excedentes erigere. Secundi verò generis sunt virtutes morales, quarum est vires nostras ipsa perficere, vt sine difficultate bonum opus faciant, neque ab æquo & iusto deslectant. Et si bene inspicimus, omnis virtus, quæcumque illa sit, naturam prauis actibus & imperfectis spoliat, & ad aliquid altum, excelsumque sustollit: cum semper ipsa bonum & perfectum petat, quod nobis comparatum, superius, & altius esse cognoscitur. Omnis ergo virtutis actio aut malum, & imperfectum reicit, aut bonum naturæ nostræ corruptæ difficile exercet. Cum autem virtus illis actionibus acquiritur, quibus ipsa conseruatur, & crescit, & ad quas animum studiosum inclinatur, relinquatur acquisitionem cuiuscumque virtutis in his duobus actionibus generibus, scilicet in mali nobis delectabilis fuga & reiectione, & in boni nobis difficilis exequutione consistere. Loquamur



verò nunc de virtutibus acquisitis, nam infusæ non actibus nostris generantur, sed Dei infusione producuntur, & augentur: qui tamen in adultis similes actiones, quibus malum fugiant, & bonum exercent, ut dispositiones infusionis faciendæ, vel ut merita augmenti concedendi requirunt. Quis autem non videat tam mali delectabilis fugam, quam boni difficultis amplexum ad mortificationem pertinere? Mortificatio enim est (ut exemplo virtutis abstinentiæ hoc explicemus) cibos suaves & vina pretiosa, sustentationi naturæ minimè necessaria respicere, consuetam refectiois horam expectare, appetitum in ipsa comestione frænare, hominem non se super cibum & potum effundere, & festinationem edendi & bibendi, & alias innumeras imperfectiones nostras cohibere. Mortificatio etiam est, alimenta vilia & insuavia percipere, quæ appetitum non excitent, sed naturam sustentent: debitam semper mensuram in esculentorum admissione tenere, aliqua etiam necessaria pro assequenda maiori agilitate ad actiones contemplationis, & omnis virtutis, demere. Cum igitur sine his impossibile sit abstinentiam acquirere, manifestum est, impossibile esse sine mortificationis actibus abstinentiam comparare. Et cum eadem sit (ut diximus) omnium virtutum ratio, quod quisque potest per seipsum facili discursu colligere, certissimum est, eas omnes ab actibus mortificationis pendere, nec sine mortificatione quemquam virtutis possessorem existere.

Iam qui putat se sine assidua mortificatione posse virtutes acquirere, & mentem suam his pretiosis gemmis ornare, sciat, quia manifestè errat: sciat, quia oleum & operam perdit, sciat, quia nunquam se studiosum, & tanti boni possessorem inueniet. Apud Iob enim de sapientia scriptum est, qua Dei cognitionem omni virtuti coniunctam significari didicimus: Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suaviter viuendum. ] Homini bus notio huius sapientiæ denegatur, illis videlicet, qui tantum homines sunt, qui terrena sapiunt, qui nihil sublime, nihil supra id, quod videtur oculis, & percipitur sensibus, æstimant. Nec inuenitur apud eos, qui suaviter viuunt, qui nimirum suis desiderijs parent, rerum suarum appetitionibus delectantur, & in nullo sibi metipsis contradicunt. Hanc sapientiam timoris Dei, inquit Hieronymus, non habet quisquam, nisi carnem suam crucifixam cum vitis & concupiscentiis, nisi vixerit ut Paulus Apostolus, & omnes sancti in tribulationibus, persecutionibus, angustiis, & pressuris. Et ideo suaviter sunt dicti viuere illi, qui nullo iugo disciplinæ tenentur, & effrænes, ac præcipites in labem prorumpunt vitiorum. ] Ab his abscondit se virtutis sapientia, quæ mundissima est, atque adeo non potest amare eos, qui non se ab omni immundicia diuellunt: & quietissima, quare fugit ab illis, qui semper diuersis affectibus inquietum animum gestant. Hæc sapientia, quam nunc à vera virtute non discernimus, via est viri iusti rectissima, in qua sine fortitudine ad vincendum seipsum, stare non poterit. Ideoque sanctus Iob virtuti robur adiunxit, dicens: Et tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. ] Via iusti, & mundæ manus iusti idem omnino, id est, iustorum virtutes, actionesque ex virtutibus procedentes significant. Atque ideo ut iustus teneat viam suam, id est, ut virtuti, quam professus est, firmiter adhæreat, & ut à mundicia suarum manuum non discedat, necesse est, ut virtuti fortitudinem

Iob 28. 13.

Hiero. ad eundem locum.

Iob 17. 9.

A addat, qua omnes difficultates virtuti aduersantes superet, qua delectabilia mundi respuat, & qua se suo apte appetitu in illicita ruentem, in bono & æquo contineat. Immo & multiplex virtus, multiplex via Domini est, quam ut nos ipse Dominus doceat, omnem vitiorum prauitatem, & affectionum obliquitatem vult à nobis ablegari. De qua multiplex via Ilaïas ait: Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. ] Prava, & aspera secundum Origenem vitia; & directa, ac viæ planæ, virtutes designant. Quo indicatum est, debere nos vitiosas affectiones abnegare, ut vias directas, ac planas Domini, id est, ut virtutes teneamus. Iustum enim deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. ] Ut Dominus regnum Dei viro iusto per assequitionem perfectionis ostendat, qua solet aliquem gustum cælestis consolationis imperire, primum deducit illum per vias rectas, id est, per vniuersarum virtutum semitas: quemodo verò ambulabit homo per vias rectas, nisi prius ipse à viis vitiorum prauis obliquisque discedat? Et quemodo ab huiusmodi vitijs, quibus est affluet, & in quibus inuenit delectationem, discedat, nisi se ipsum abnegare, & à lacte sæculi ablaetare decernat? Certè viæ istæ Domini, ut inquit Bernardus, viæ rectæ, viæ pulchræ, viæ plenæ, viæ planæ. Rectæ sine errore, quia ducunt ad vitam. Pulchræ sine forde, quia docent mundiciam. Plenæ multitudine, quia iam totus mundus est intra Christi faginam. Planæ sine difficultate, quia donant suauitatem. ] Ut igitur ambulemus per vias rectas, oportet nostrorum desideriorum obliquitatem deserre, ut incedamus per vias pulchras, oportet ab immundicia affectionum fugere: ut teneamus vias planas spiritualium nempe virorum, qui per eas ambulant, necesse est, vacuitatem ac vanitatem mundi despiciere: ut denique ingrediamur vias planas, necessarium est à viis voluntatum nostrarum, scopolis complanatis, separari. Qui autem non videt hæc omnia sola mortificatione fieri, adhuc vias virtutis, & spiritualis conuersationis ignorat.

Oportet ergo, ut virtutes assequamur, & fructus bonarum actionum feramus, abnegationi eorum, quæ nos delectant, insisteret. Virtus enim, ut Thomas Aquinas docet, prærequirit passiones sedatas, & ex consequenti sensus moderatos, sine quorum moderatione passiones tranquillitatem non habebunt. Omnis autem sensuum moderatio, passionumque sedatio, mortificatione inchoatur, mortificatione progreditur, eademque perficitur. Quare qui assidua mortificationis obliuiscitur, neque in infimo gradu virtutes acquirat. Certè sicut vitis naturaliter palmitibus huc illucque distenditur, & pampinis se diffundit, adeo ut necesse sit eos amputare, si agricola ex vite fructum expectet: ita natura nostra post Adæ peccatum in id præcipue incumbit, ut cogitationibus, ac desiderijs, velut fæmentis, se in res visibiles, & terrenas effundat; quæ fæce mortificationis ressecanda sunt, si homo cupiat suaves botros, id est, dulcissimos virtutum actus emittere. Nam in vite paupertas palmitum, est abundantia fructuum, quia à palmitibus ferendis prohibita, non iam per inuisiles pampinos, sed per viles fructus, suauisque prorumpit: ita & in anima paupertas affectionum, quam mortificatio efficit, est abundantia virtutum, quia conatus, qui operibus carnis denegatur, actionibus iustis conceditur. Vnde merito Christus de patre loquens, ait: Omnem palmitem in me

Ist. 40. 4. Orig. hō. 21. in c. i. Luca.

Sap. 10. 10.

Bern. ser. in eūdem locum sapientia.

D. Thom. 1. 2. q. 59. ar. 2.

Ioan. 15. 2.

non



non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, pungabit eum, ut fructum plus afferat.] Quinam sunt palmites, qui fructum non ferunt? Peccatores, qui sola fide mortua contenti bona opera præstare non curant. Et qui sunt palmites, qui fructum ferunt? Iusti; qui bonis operibus fidei respondent. Hi à patre purgantur, ut abundantiorum fructum afferant, cum auxiliis gratiæ roborantur, ut affectiones terrenas deponant, & se à rebus mundanis abstineant. Mundi quidem sunt, sed ut crescant fructibus, adhuc sunt amplius abnegatione mundandi. Neque enim, nisi mundi essent, ut ait Augustinus, fructum ferre potuissent, & nisi amplius mundarentur, ad perfectionem fructus venissent. Quare mundat mundos, hoc est, fructuosos, ut tanto sint fructuosiores, quanto mundiores. Qui autem non putantur, atque purgantur, paulatim steriles fiunt. Ideoque dictum est de vinea Domini Sabaot: Non putabitur, & non fodietur, & ascendent vepes & spinæ.] Ita sanè contingit, ut qui seipsum mortificatione non purgant, neque humilitate deiciunt, expectati ut faciant vvas, faciant labruscas, & pro virtutum actionibus, quas ferre debuerant, spinis, & tribulis ineptorum sermonum, & malorum operum accedentes compungant. Qui ergo volunt ab his malis eripi, & diaboli potestatem fugere, cuius est vitiosa opera suadere, ab assidua sui abnegatione non fugiant. Quod studium esse iustorum docet Dominus in Iob, dicens: Cum sublatus fuerit, subintellige, diabolus, timebunt Angeli, & terri purgabuntur. Cum, inquam, aduersarius se exerit, & aduersus viros iustos pugnare constituerit, tum illi, qui imitatione sunt Angeli, casto timore, & abnegatione se protegent, & à prauis actionibus se defendent.

Abnegatio itaque necessaria est, ut distorti mores deficiant, virtutesque succrescant. Neque potest aliquis pretiosis virtutum indumentis ornari, nisi prius per abnegationem viles, & fetidos vitiatorum pannos abiciat. Sicut enim accipiter veteres plumas depouit, ut nouis & pulchrioribus vestiatur; ita iustus, qui nititur volatu in cælum ascendere, & ipsum Verbum Patris, carne velatum imitationis vnguibus apprehendere, necesse habet antiquas vitiatorum pennas exuere, ut nouis, scilicet virtutibus, exornetur.

Nunquid, ait Dominus ad Iob, per sapientiam tuam plumefecit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Ac si dicat, non tuum, sed meum opus est, quod accipiter ad calorem Austri, alas expandat, ut huius venti tepore membra sua ad laxandas plumas veteres, & nouas induendas concalescant. Sic profus opus gratiæ meæ est, quam ego volentibus offero, quod iustus Spiritus sancti calore concepto vitiosos actus mortificatione exuat, ut bonorum operum exercitatione virtutes induat. Quid est accipitem in Austro plumefecere, inquit Gregorius, nisi quod vnusquisque sanctorum tactus flatu sancti Spiritus concalescit, & vsum vetustæ conuersationis abiiciens, noui hominis formam sumit: Quod Paulus admonet dicens: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum.] Et rursum: Licet is, qui foris est, noster homo contumparitur; tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem.] Vetustam autem pennam proicere, est inueterata studia dolose actionis amittere: & nouam pennam sumere, est mitem, ac simplicem bene viuendo sensum tenere.] Hæc ille. Sicut autem fieri non potest, ut auicula nouas plumas induat, nisi veteres exuat: ita impossibile est,

vt quis non abiectis actuum vitiosorum vestibus, bonorum habituum, id est, virtutum indumentis decoretur. Illos autem vitiosos actus solum studium abnegationis depellit: quia nemo potest quod placet, abiicere, & quod delectat, relinquere, nisi sibi ipsi contradicens, flagello mortificationis utatur. A nobis igitur mortificationis gladio imperfectiones, & superflua desideria præcidamus, ut cælestibus desideriis ad omnem virtutem incitemur. Nam hæc desideria robur ad prosequendam mortificationem adicient, & studiosarum actionum erunt initia, quibus virtus ipsa generatur, & semel genita conseruatur, & crescit. Saliamus nos, ne spiritus sine mortificationis sale putrescat. Immo & saliamus nos, ut spiritus acerbitate seposita, & suauitate virtutum comparata, cibus Domino acceptus fiat. Quemadmodum enim olea per se sumptæ insuauissima sunt, quas nemo vel ori adiuuere sustinebit, at salugine conditæ tam gratum saporem accipiunt, ut finiant non tantum communes pauperum mensas, sed etiam lauta regum & pretiosa conuiuia; & ita humanus spiritus vitii affectus insuauissimus est, quem mensa Domini non sine indignatione repellat, at mortificationis sale conditus, & virtutibus preparatus tantam suauitatem comparat, ut dignus sit mensæ Domini præsentari. Iure igitur hoc mortificationis sal omnino necessarium vitæ spirituali putamus, quod nos à malis præseruat, ad eum vt possit inter ea numerari, sine quibus nequaquam hæc vita subsistit. Dicemusque illud Ecclesiastici sub cortice medullam spiritus inspicientes: Initium, id est, summa necessitatis rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuar, & oleum, & vestimentum.] Nam ad vitam spiritalem agenda necessaria est aqua compunctionis, qua lauamur: ignis Spiritus sancti, quo accendimur: ferrum tribulationis, quo domemur; sal mortificationis, quo à putredine feruimur: lac puritatis, quo exornemur; panis virtutum, quo sustentemur; mel consolationis, quo roboremur: botrus zeli, quo bona adepta custodiamus; oleum charitatis, quo emolliamur; & vestimentum gratiæ, quo operiamur.

Nec satis est ad virtutes acquirendas, eam mortificationem excolere, qua mala, & virtuti contraria deserimus, nisi eam, quæ bonis etiam actionibus, licet difficilioribus insitit, amplectamur. Nam aliqui sunt, qui iam à malis abstinere, at volunt semper humi repere, in infimo loco iacere, & nunquam ad ascendendum, & aliquid magnum molliendum animari. Hi nunquam erunt virtute sublimes, nisi hanc suam pusillanimitatem abnegent, & seipsum ad ascendendum, & magnas virtutum actiones exercendas impellant. Magnificum enim opus sine magnis sumptibus fieri non potest, & nemo sine magno labore ardua petit, & nunquam sine magna difficultate, & eximio conatu thesaurum altè estosum diuitiarum cupidus possidebit. Nihil verò magnificentius est, nihil difficilius, nihil ditius & occultius virtute perfecta, quam profecto sine ingenti labore & conatu mentis, & sine magnis sumptibus, quibus homo vniuersa terrena, saltem quoad affectum deserat, nunquam acquirat. Necessarium est ergo, si ad eam peruenire cupit, ut amorem tepidæ quietis abneget, & mentem, si non in luto hærentem, at in ordinaria quadam vitæ conuersatione iacentem, maioris laboris impositione mortificet. Omnis ascensus, inquit Gregorius, in labore est, descensus in voluptate, quia per adnillum

vt quis non abiectis actuum vitiosorum vestibus, bonorum habituum, id est, virtutum indumentis decoretur. Illos autem vitiosos actus solum studium abnegationis depellit: quia nemo potest quod placet, abiicere, & quod delectat, relinquere, nisi sibi ipsi contradicens, flagello mortificationis utatur. A nobis igitur mortificationis gladio imperfectiones, & superflua desideria præcidamus, ut cælestibus desideriis ad omnem virtutem incitemur. Nam hæc desideria robur ad prosequendam mortificationem adicient, & studiosarum actionum erunt initia, quibus virtus ipsa generatur, & semel genita conseruatur, & crescit. Saliamus nos, ne spiritus sine mortificationis sale putrescat. Immo & saliamus nos, ut spiritus acerbitate seposita, & suauitate virtutum comparata, cibus Domino acceptus fiat. Quemadmodum enim olea per se sumptæ insuauissima sunt, quas nemo vel ori adiuuere sustinebit, at salugine conditæ tam gratum saporem accipiunt, ut finiant non tantum communes pauperum mensas, sed etiam lauta regum & pretiosa conuiuia; & ita humanus spiritus vitii affectus insuauissimus est, quem mensa Domini non sine indignatione repellat, at mortificationis sale conditus, & virtutibus preparatus tantam suauitatem comparat, ut dignus sit mensæ Domini præsentari. Iure igitur hoc mortificationis sal omnino necessarium vitæ spirituali putamus, quod nos à malis præseruat, ad eum vt possit inter ea numerari, sine quibus nequaquam hæc vita subsistit. Dicemusque illud Ecclesiastici sub cortice medullam spiritus inspicientes: Initium, id est, summa necessitatis rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuar, & oleum, & vestimentum.] Nam ad vitam spiritalem agenda necessaria est aqua compunctionis, qua lauamur: ignis Spiritus sancti, quo accendimur: ferrum tribulationis, quo domemur; sal mortificationis, quo à putredine feruimur: lac puritatis, quo exornemur; panis virtutum, quo sustentemur; mel consolationis, quo roboremur: botrus zeli, quo bona adepta custodiamus; oleum charitatis, quo emolliamur; & vestimentum gratiæ, quo operiamur.

Nec satis est ad virtutes acquirendas, eam mortificationem excolere, qua mala, & virtuti contraria deserimus, nisi eam, quæ bonis etiam actionibus, licet difficilioribus insitit, amplectamur. Nam aliqui sunt, qui iam à malis abstinere, at volunt semper humi repere, in infimo loco iacere, & nunquam ad ascendendum, & aliquid magnum molliendum animari. Hi nunquam erunt virtute sublimes, nisi hanc suam pusillanimitatem abnegent, & seipsum ad ascendendum, & magnas virtutum actiones exercendas impellant. Magnificum enim opus sine magnis sumptibus fieri non potest, & nemo sine magno labore ardua petit, & nunquam sine magna difficultate, & eximio conatu thesaurum altè estosum diuitiarum cupidus possidebit. Nihil verò magnificentius est, nihil difficilius, nihil ditius & occultius virtute perfecta, quam profecto sine ingenti labore & conatu mentis, & sine magnis sumptibus, quibus homo vniuersa terrena, saltem quoad affectum deserat, nunquam acquirat. Necessarium est ergo, si ad eam peruenire cupit, ut amorem tepidæ quietis abneget, & mentem, si non in luto hærentem, at in ordinaria quadam vitæ conuersatione iacentem, maioris laboris impositione mortificet. Omnis ascensus, inquit Gregorius, in labore est, descensus in voluptate, quia per adnillum

Aug. 1. 80. in Ioan.

Ioa. 5. 6.

Iob 41. 16.

Iob 39. 26.

Greg. 31. mor. c. 18.

Coloss. 3.

Ephes. 4.

Ecclesi. 39. 31.

Greg. lib. 7. mor. c. 10.





gressus ad superiora tenditur, per remissionem verò ad inferiora declinatur. Ad montis enim verticem saxum subuchere, magni laboris est, idemque à summis ad ima dimittere labor non est: sine mora videlicet proruit, qui magnis conatibus ad summam peruenit.] Si ergo nos non quidem vsque ad infimum montis, sed ad culmen vsque virtutis ascendere volumus, necesse est, vt plusquam ordinariè laboremus. Qui sanè labor magnam naturæ violentiam inferendam habet, & satis difficilem mortificationem inuoluit. Cupis esse verè humilis: iam omnes occasiones honoris, & gloriæ mundanæ tibi deferendæ sunt, vilia quæque & abiecta ministeria libentissimè admittenda, quæ te apud homines gloriosum, & nominatum facere possunt, abscondenda: in rebus minùs rectè factis, quæ tibi imputantur, silendum: sinistram opinionem de te conceptam, & tibi falsò impostam, ineptitudinis famam ad munus alicuius momenti subeundum, tolerandam. Alij te verbis minùs veris ex albo reiciant, vt se ingerant; tuos labores taxabunt, vt suos exalcent, quia sine tui iniuria, & vilipensione se magnos esse posse non iudicant, & tibi in his occasio- nibus, & mille similibus tacendum est, nisi euident Dei gloria ad modestè loquendum obliget, si velis ad mediocrem saltem humilitatem, & mundi contemptum peruenire. Et tu hæc, & alia multa difficilia, quæ similiter in alijs virtutibus exercendis occurrunt, sine mortificatione præstabis: Et tu hæc æquanimitè sine abnegatione sustinebis? Ergo sine mortificationis studio non est possibile virtutes acquirere, nec ad aliquem saltem mediocrem earum gradum peruenire. Quare superest, vt vel sine veta virtute maneat, atque in sterquilinio tepiditatis iaceas, vel vt vehementi cuidam studio mortificationis insistas. *Isa 9.5.* Nam omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.] Non quidem poteris te ipsum vestibus veteris Adæ, nisi violenter euere; non poteris sine proprij sanguinis effusione, id est, sine eorum, quæ diligis abiectione, à te pristinos motes euellere, immò oportet laborare, & tibi metipsi violentiam inferre, vt pannos hos viles destruas, & igne charitatis absumas. Ex quorum certè combustione auis vnica, virtus emergit, & suo aduentu humani cordis regionem latificat. Phoenix enim (vt fertur) membra fessà, & senio confecta igne concremat, vt ex cineribus renascatur, & iuuenis ac pulcher assurgat. Sic iustus debet antiqua membra, quæ sunt super terram, id est, affectus immoderatos, & omnem pusillanimitatem, & amorem noxiæ quietis adutere, vt valeat vitam nouam, & Christo similem accipere, ac virtutibus, tanquam nouis & pulcherrimis pennis, decorari.

*Mortificatione donum orationis im-  
petrari.*

CAPVT XI.



**R**ATIONI, ac contemplationis donum cœtui virtutum adiungitur; quamobrem si mortificatio necessaria est ad omnes virtutes acquirendas, ex eodem fonte nascitur, eam ad orationis donum comparandum necessariam existere. Sed aliquid habet oratio, ratione cuius mortificationi indissolubiliùs adiungitur, & multo magis, quàm virtutes reliquæ, ab eius assiduo studio dependet. Quod ita esse

confirmabimus, si interrogemus, quare non tantum in statibus secularibus Ecclesiæ Dei, sed etiam in statu Ecclesiastico, & in congregationibus religiosis inueniuntur multi viri boni, qui rectè viuunt, qui sine graui peccato conuersentur, qui ad abstinentias, & corporis asperitates, & opera misericordiæ, & actiones virtutum moralium se applicant; è contra verò inueniuntur paucissimi, qui donum orationis habeant, qui cum Deo non iam verbis solis, sed in spiritu & veritate, conuersentur, & lucem contemplationis obtineant. An Deus noster seuerus, & imperiosus est, qui velit vt homines sibi famulentur, non verò vt eius alloquium experant, neque ad ipsius conuersationem accedant? Non. Quia de Sapientia Patris, ac Dei filio scriptum est: Et delicia meæ esse cum filiis hominum: ] neque horrebit eos, quorum naturam induit, quorum fratrem, ducem ac magistrum se fecit, quorum conuictum, & conuersationem ad suas delicias requisit. Idem autem de Patre, & Spiritu sancto sentire patet. Nam ipse Filius dixit: Qui videt me, videt & patrem; ] vt se habere cum Patre non tantum eandem naturam, verum & eandem voluntatem, ostenderet. Et cum Trinitas Deus vnus sit naturæ, atque substantiæ, eiusdemque voluntatis, quod Filius pro deliciis habet, scilicet cum hominibus conuersari, Pater quoque, & Spiritus sanctus suas delicias computabit. An paucissimorum virorum spiritualium causa est, quòd homines ad omnipotentem Deum appropinquare, & tantam maiestatem interpellare non audeant? Non. Quoniam iam euauit tempus illud, in quo homines perterriti, ac pauore concussi stabant procul, & dicebant Moyse: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. ] Immodò nunc instat tempus, in quo quisque filius Ecclesiæ audit dicentem Sponsum: Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. ] Et multi sunt, qui donum orationis vehementer exoptant, nec obtinent; qui dum conantur ascendere, deturbantur; qui pulsant, & non aperitur eis: qui possunt dicere illud Ezechie: Dum adhuc quiescerem, succidit me. ] An tandem huius rei causa est, quòd Domini conuersatio amara, & insulsa homines ad eam aspirantes exteret, & sua insulsa iustate eos iam accedentes repellit? Nullo modo. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiæ & gaudium. ] Cuius manifestum signum est, quòd ad aliquam mediocritatem orationis admissi ita solent res humanas relinquere, & in assiduam Domini communicationem incumbere, vt vix charitate, proximorumque necessitate poscente, valeant à dulcissimo Spon- si amplexu separari.

Huius ergo paucitatis virorum spiritualium, & qui donum orationis habeant, nulla alia causa assignari potest, nisi quòd oratio ac contemplatio, magnum, & indefessum studium mortificationis præexigit; & quia paucissimi sunt, qui seipso fortiter abnegent, & perfectè mortificent, ideo rari inueniuntur, qui in cellam vinariam admittantur, & vinum illud diuinæ communicationis, quod non ad stultitiam, sed ad sapientiam inebriat, si non ad fatietatem, saltem ad nonnullam sufficientiam ebibant. Oratio enim (quo nomine, toto hoc capite contemplationem, & omnem cum Deo communicationem intelligo) est virtus castissima, ( vt eam vocat Dionysius Arcopagita ) & quæ requirit purgatissimas, & tranquillissimas mentes; quare absente ab aliquo mentis tranquil-

*Prou. 8. 31.*

*Ioan. 14. 10.*

*Exodi 20. 18.*

*Cant. 2. 14.*

*Isa. 38. 12.*

*Sapient. 8. 16.*

*Dyon. lib. de diuinit. nom. c. 3.*

litate



litate atque mundicia, necnon & passionum patione, quæ tria à mortificatione proueniunt, necesse est, vt virtus orationis se abscondat, & radius ille diuinæ claritatis, quo Deum contemplamur, abscedat. [Ascendit] sponfa, nempe fidelis anima, per contemplationem ad Deum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris; Quod si myrrha mortificationem, & thus orationem designat, si primum tollamus, oratio nostra præ signitie non valebit ascendere, neque Deo appropinquare. Simul ascendit vtique, ait Ricardus de sancto Victore, funis mortificationis, scilicet & desiderij atque orationis; qui alter ab altero fulcitur, ita vt neuter per se possit ascendere, vel Deo placere. Superna enim desiderata non possumus, nisi terrena despiciamus; & terrena non despiciamus, nisi supernorum desiderio trahamur. Absque delectatione enim cor esse non potest, sed aliqua ideo trahi necesse est, quia trahit sua quemque voluptas, vnde cum alia illi subtrahitur, ad aliam facilius inclinatur: & quia vacuum est, ad aliquid capiendum amplius est dispositum. Tanto ergo magis spirituales delectationem admittit, quanto & consolationis terrenæ expertus est, & in aliquo delectari non cupit. ] Hæc ille, & alia optime. Sicut autem anima mortificatione, simul & oratione subtolitur: ita & Dominus eisdem duobus studiis iunctis attrahitur, vnde & ipse in Canticis ait: Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. ] Eos namque familiariter visitat, vt Gregorius annotat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per mundas, & humiles orationes suaviter redolere perspicit. ] Nec prætereunda est diuina loquutio, quæ mortificationi nomen montis, & orationi nomen collis applicuit, quia videlicet oratio debet esse sui cognitione humilis, & mortificatio fortitudine pugnandi sublimis. Vel quia cum mons collem quantitate molis excedat, mortificatio debet orationem temporis diuturnitate superare. Oratio enim quieta, & ab aliis occupationibus sequestrata determinata habet tempora, quibus ab anima iusta fundatur: at ferè nulum est tempus, in quo ipsamet anima à mortificationis exercitio ferietur. Sed quodcumque munus, quamcumque occupationem subeat, inuenit aliquid, in quo possit se ipsam vincere, & abnegare.

Omnes quidem sancti, ac perfecti viri nunquam sine magna mortificatione, ad magnum orationis donum ascenderunt, ideòque ineptiæ nobis tribuetur, si non mortificantes nos ipsos, velimus orationis donum accipere. Abraham ascendens in montem, vt filium suum immolaret, struem lignorum humeris eius imposuit, ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. Hic pater multarum gentium, omnium est iustorum imago, qui dilectum filium Domino immolaturum, eum lignis onerant, & ipsi ignem, & gladium in manibus portant. Quid ligna indicant? Sanctas quidem, & piæ meditationes, quæ ignem cælestis amoris foueant, quo spiritus immolandus ardebit. Et quid ignis gladiusque significant? Studium orationis & amoris, quo nos spiritus ardet, & studium mortificationis, quo, vt Deo viuat, mundo perit. Sed hunc gladium simul cum igne iusti in manibus, id est, in operibus portant, quia proprium spiritum nisi abnegatione maciatum, non audent, immò nec possunt igne orationis incendere, nec charitatis flamma cremare. Quod ergo illi faciunt, & nos similiter faciamus: prius maciemus nos ipsos mortificationis gladio, quia sicut in veteri lege animal viuum sacrificij gratia, non licebat igni dare; ita & nunc frustra

A laborabimus nos ipsos carni, & affectibus mundi viuentes sanctæ orationis igni committere. Hic enim ignis non viuos, sed mortuos sæculo inflammare, & illuminare consuevit, vnde & nos viuentes contemnet, & frigidus atque obscuros relinquet. Quid? quòd non solum animalia viuia igni non tradebantur, sed & immunda secundum legem erant à Domini sacrificio repulsa? Horum verò immundorum onus erat camelus, qui licet ruminet, non tamen habet dorsum rectum, nec vngulam diuidit. Quem autem camelus significat, nisi illum, qui vult se Deo in altari orationis immolare, non tamen rectitudinem spiritus querere, nec inter bonum, & malum mortificatione discernere? Hic sanè immundus est, indignus prorsus Domino præsentari, & sancto igne orationis incendi. Quin & camilæsius prohibetur, quo, vt inquit Beda, vita damnatur informis, & moribus tortuosa: vt ex alio capite cognoscamus, carnalem & immortificatam vitam, quam nobis non licet attingere, nec licere ad orationem & contemplationem adducere. In altari enim cordis, & in igne contemplationis spiritus mundo mortuus redolet, viuus fætere: spiritus mortificatione lotus placet, at prauis affectibus inquinatus ob suam impuritatem reiicitur. O quam verum hoc! Accedit homo ad cõttemplandum, quide mortificatione non curat, & ibi eius spiritus vix ad momentum quiescere sciens, mille vana considerat, mille impura, & obscæna meditat, & quasi his, quæ cogitare debuerat, bonis admiscet. An id non est fætere, & intolerabilem odorem emittere? Iam post paucos dies, videns se nihil meditatione proficere, studium meditandæ cõttemplandi deserit, & occupationibus externis solum intendit. An id non est à Domini conspectu repelli? Verum igitur est, quia ad immolandum spiritum Domino concurrere debent ignis & gladius; & verum etiam est, spiritum prauis affectibus immundum non posse facto contemplationis igne accendi, nec flamma charitatis concremari.

Inuenimus causam quare pauci adhuc ex viris bonis donum orationis, & contemplationis habeant, quia scilicet pauci sunt, qui diligenter in studiū mortificationis incumbant. Vnde sapienter Beatus Pater Ignatius, audiens quendam ex nostris de viro religioso laudis causâ dicentem, quòd esset vir multæ orationis, vocem ipsam commutauit, aut radicem potius multæ orationis expressit, dicens: Vir erit multæ mortificationis. Sentiebat enim, quod verissimum est, magnum orationis donum ex magno abnegationis studio pendere, & semper discissum à nobisne ipsis per mortificationem, & accessum ad Dominū per orationē copulari. Sed queramus nunc quam ob causam ita oratio mortificationi iungatur, vt ab ea diuelli, separarique non possit? Certè quidē huius rei manifestissimam causam inuenimus, quòd oratio, ea præcipuè quæ mente fit, est quædam purissima rerum cælestium inspectio, qua nos ad odium mali, bonique amorem incitamus. Inspectio verò oculos mentis luce persufos, mundos, atque tranquillos omnino requirit. Sicut enim corporis oculi tenebris obcæcati, vel puluere coinquinati, vel aliquo noxio humore turbati nequeunt colores aspicerè: ita oculi mentis sine luce, sine mundicia & sine tranquillitate non valent diuina contemplari. Hæc autem tria sunt mortificationis opera. Mortificatio enim dum peccata vitat, & ab illis abstinet, illicitaque fugit, lucem ad meditandum & cõttemplandum impetrat. Nam Isaias ait: *Isaias 3.* Quem docebit scientiam, & quem intelligere fa-

Beda. 99.  
in Leuit.  
c. 9. To. 8.

Lib. 5. c.  
1.

Isaias 3.  
9.



ciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. ] Non eos, qui sæculi lacte nutriuntur, & rerum visibilium vberibus delectantur, sed impuris actibus valedicentes, sapientia Dei, & lux contemplationis etudiet. Et Paulus: Animalis homo non percepit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Quis est animalis homo? Nonne qui animam videtur habere, non mentem: id est, qui omnem vitam suam in visibilibus occupat, & nunquam se ad inuisibilia percipienda, & diligenda præparat? Is non perspicit arcana cælestia: ita ea audit, & cogitat, ac signenta cogitaret, quibus nec ad bonum, nec ad malum moueretur. Stultitiam reputat, ob inuisibilia futura se à præsentibus visibilibus elongare: cum tamen hæc sit summa sapientia, quam sola lux diuina spiritualibus hominibus concessa discernit. Ac proinde sapienter postulabat sanctus Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. ] Da, inquam mihi Domine vt me cohibeam, & tenebras meorum peccatorum auferam, licet mihi insipienti sit iucundum in tenebris ambulare. Tūc verò cælesti luce perfundes, vt legis tuæ mysteria cum fructu considerem. Vt enim dixit Gregorius: Mens ad contemplanda interna non perducitur, nisi ab his, quæ exterius implicant, studiosè subtrahatur. ] Relinquit igitur ea, quæ ipsam in terris ligatam, & compeditam tenent, vt se possit subtili cognitione, & cælestibus desiderijs cælis inferre, & vultui se Domini præsentare.

Mortificationis etiam opus est, puluerem inepitaram cogitationum, & adhesionem ad res terrenas abstergere, quæ mentem in Dei hospitium creatam, & in thalamum præparatam, ingenita vilitate contaminant. Si autem contaminant, inepitram quoque ad colloquia reddunt cum suo conditore miscenda, eamque prægrauant, vt pennis cognitionis, & affectionis ad alta, ac sublimia volare non possit. Ob idque pulcherrimè Abbas Isaac apud Ioannem Cassianum, mentem nostram peninæ leuissimæ comparauit. Quæ, inquit, si humoris cuiuspiam extrinsecus accidentis corruptione vitata non fuerit, vel infusa mobilitate substantiæ suæ, tenuissimi spiritus adiumento, vel naturaliter ad sublimia, cælestiaque sustollitur: sin verò humoris cuiusquam aspergine, vel infusione fuerit prægrauata, non modo in nullo aëris volatus naturali mobilitate raptabitur, sed etiam ad ima terræ concepti humoris pondere deprimitur: ita mens quoque nostra si accidentibus vitis, curisque mundanis aggrauata non fuerit, noxiæ libidinis humore corrupta, vel naturali puritatis suæ beneficio subleuata, leuissimo spiritalis meditationis afflatu sublimabitur ad superna, & humilia deserens atque terrena, ad cælestia, & inuisibilia transferretur. ] Hæc ille. Ea ergo vsus mortificationis abstergat, quæ mentem ab orationis ascensione retardant, cuiusmodi sunt distractiones, contentiones, verbolitates, detractiones, proprii honoris & commoditatis quaestiones, & alia huiusmodi, quæ sæpe viros etiam bonos, & spirituales offuscant. Nam sicut horum admissiones ad Sponsi conclauem, ingressum impediunt, & gratiam tollunt impetrandi, ita eorundem abnegationes assidue ianuam Domini pandunt, & vim habent, quod petitur, obtinendi. Quod significat mirabilis Abbas Nili sententia: Quidquid patienter tuleris, fructum in oratione percipies. Id est, si teipsum abnegaueris, & corpus, ac animam flagello mortificationis afflixeris,

non solum in alia vita, verum & in tempore orationis præmium aliquod assequeris. Quia sicut immortificatio, mentis audite & desolatione sæpe mulcatur; ita è contrario abnegationi deuotione mentis & cælesti consolatione respondetur. Equum enim est vt rusticus inuerecundè Palatium regis irrumpens, & capte, ac allia, & similes cibos grossiores rerum mundanarum eructans, hilarem faciem regis non videat, pauperculus verò humillis modeste ingrediens, & se abnegatione purificans, sui desiderij impletionem accipiat. Memore est illius Paulini præcepti: Volo viros orate in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. ] Et dum manus, id est, opera, & affectiones ab ira, & contentione, & similibus malis emundat, seipsum ad magnum fructum percipiendum, ex oratione disponit. Lignum aridum, omnique humore liberum, aptum est, vt ab igne consumatur, sic mens ab amore temporalium mortificatione purgata, disposita est, vt cælesti illustratione & calore formetur. Nam Deus sibi similes diligit, eosque libenter in suam familiaritatem euehit. Similes autem Deo sunt, qui sibimet ipsi vim inferunt, & in omnibus, quoad possunt, desideria sæcularia mortificant. Ita quidem fiunt spirituales viri, id est, carnalia & mundana fugientes, & cælestia ac spiritalia consecretantes. Quid ergo mirum, si ille, qui spiritus est, spirituales diligit, spirituales donis multiplicet, spirituales sibi per intimam familiaritatem adiungat?

Mortificatio denique omnem perturbationem aufert, & miram animæ tranquillitatem importat. Deus sanè peccatam animam ad actus contemplationis inuitat. In pace enim factus est locus eius. ] Templum quoque sibi à rege pacifico, & in tempore pacis ædificari voluit. In diebus summæ pacis natus est, cum gentes conflabant gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. ] Atque Eliæ in quadam pacis imagine, scilicet in [ sibilo auræ tenuis, ] apparuit. Hanc autem pacem, à qua homines suis desiderijs & voluntatibus adherentes, longissimè absunt, viri mortificati, pro vt in hac vita fieri datum est, certissimè possident. Affectus enim, & desideria prophana, necnon & sensuum oblectationes sunt quasi venti vehementius spirantes, qui mare nostri cordis turbant, & seuisimas tempestates exsuscitant. Et vidimus sæpe non tantum corda impiorum, sed etiam corda bonorum, quasi mare, feruere, & passionum quasi ventorum diris flatibus sursum & deorsum agitari. Istam verò tempestatem mortificatio sedat, quæ affectus comprimit, sensus cohibet, desideria ligat, & spiritales hos vètos velut alter Æolus, carcere occludit. Quamobrè Isaias ait: Et erit opus iustitiæ pax, quia dum iustus, vt æquus iudex, in affectiones immoderatas sententiam profert, & eas abnegationis flagello castigat, eam pacem mentis, & cordis tranquillitatem obtinet, quæ omnem humanum sensum exuperat. Idque Ricardus Victorinus in duobus filiis Zelphæ Gad, & Affer, secundum tropologiam adumbratum putat, quorum ille vigorem abstinentiæ, & iste vigorem patientiæ, & uterque simul plenam abnegationem ex ablatione delectabilium, & sustinentia tristium constantem significat. Hi duo in Deuteronomio benedicti vocantur, & felicitas interpretantur, quia vigor abstinentiæ, quo omnia superflua rescamus, & vigor patientiæ, quo assidua quæque sustinemus, nos in hac vita felices, & pacis possessores reddunt. Nam duo sunt, inquit prædictus doctor, ex quibus constat gaudium beatitudinis careere eo scilicet, quod nolis, & habere quod velis.

Felicitem,

1. Corin. 2. 14.

Psal. 118. 18.

Greg. 5. mor. c. 22.

Cassian. col. p. c. 3.

Nilus.

1. Tim. 2. 8.

Psal. 75. 3.

Isaia. 2. 4. 3. Reg. 19. 28.

Isaia 52. 17.

Ricard.

Deutr. 23.

Ricard. Beniam. minor. c. 26.



Fœlicem siquidem dicitur, qui nil patitur, quod nolit, & illum beatum iudicamus, cui suppetunt, quæ capit. Qui igitur pro cœlestium desiderio, sæculi voluptatem odit, profectò per abstinentiam hostem suum, ubique declinare poterit. Rectè ergo vigor abstinentiæ Gad, id est, fœlicitas dicitur, qui ubique calcet sæculi blandimenta, quæ detestatur. Item qui pro amore Dei, afflictionem corporis diligit, ubi quæso, non inueniat aliquid vnde affligi possit: Si ergo iure beatus creditur, qui ubique inuenit quod amat: iustè vigor patientiæ, Asser, hoc est, beatus, nominatur, cui vndique obuiat quod desiderat. Sic ille. Tam si abnegatio lucem affert, oculos interiores mundat, & mentem pacat, atque tranquillat, non dubium quin ad donum orationis contemplationis que disponat.

Ex quo etiam sequitur, abnegationem duos orationis comites, impetrationem eorum quæ postulamur aut desideramus, & spirituales consolationem afferre. Impetrationem quidem: quoniam Dominus, qui impensè suos diligit, non negat illis, quod videt magno desiderio, magna preparatione, & fletu, ac lacrymis postulare. Qui verò orationi mortificationem adiungunt, ea se ad impetrandum disponunt, lacrymis, si non corporis, at mentis, id est, afflictione petunt, & se ingens habere desiderium postulatorum ostendunt. Iudith in cilicio, & cinere orans victoriam hostium impetrat. Esther ieiunans, & se affligens, Assuerum placat. Iosaphat prædicato ieiunio omnibus subiectis suis hostes effugit. Daniel deprecatur in ieiunio, sacco, & cinere, & stupenda dona consequitur. Et eodem modo nos, dum orationi mortificationem corporis, & multo magis sensuum, & affectuum compressionem copulamus, quod petimus, aut cupimus, suscipimus. At quis explicare sufficiat, quàm magnis consolationibus Dominus in orationis lectulo mortificatos recreet? Hoc alterius tractationis est. Interim tamen sciamus, quòd sicut in rebus sæculi oblectantes se ipsos, diuina consolatione priuantur; ita semetipsos vincentes, & abnegantes ineffabilibus sæpe consolationibus perfruuntur. Filij Israel non in Ægypto, sed in Deserto, postquam Ægypti farina defecerat, manna de cælo, quo reficerentur, sine vlllo labore suscipiunt. Ita iusti pane cœlestis consolationis abundant, cum oblectationes mundi deserunt, & per sui abnegationem quasi in quodam se deserto constituunt. Ibi gustant panem, quem non terra manibus hominum culta profert, sed cælum sponte demittit: Omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. His dicitur in Proverbiis, vt potus cœlestis suauitatis concedatur: Date siceram mœrentibus, ait Salomon, & vinum his, qui amaro sunt animo. In his nominibus siceræ & vini, diuina consolatio, & in eo, qui amaro est animo, vir mortificatus exprimitur. Vnde Beda: Siceram & vinum hoc loco, supernam diuinæ sapientiæ consolationem dicit, quæ illis est exhibenda cordibus, quæ in inîmis consolari refugiunt, & quicquid occurrit in præsentî, amaro suscipiunt animo: solis, quæ nondum vident, gaudiis cœlestibus tota mente inhærentes, iuxta eum, qui dixit: Negavit consolari anima meamemor sui Dei, & delectatus sum. Hæc ille. O igitur flendam hominum insipientiam! qui ob terrenas oblectatiunculas, quas vix summis, labijs attingunt, cœlestium consolationum abundantia priuantur! O detestandam stulticiam eorum, qui magis volunt in rebus visibilibus, quàm in omnium creatore delectari! Sed ò nullis verbis satis damna-

Iudith. 9.  
1. Esther.  
4.  
2. Paral.  
20. 3.  
Daniel.  
9. 3.

Exod.

Sapient.  
16. 20.

Prover.  
31. 6.

Beda. li.  
3. in Pro-  
uer. ad  
eundem  
locum.

Psal. 76.  
4.

A ram cæcitatem spiritualium virorum, qui ob res ferè nullius momenti, quas facillimè possent abicere, tam ineffabilibus bonis se indignos efficiunt. Nam secularis suo corpori indulgens aliqua percipit oblectamenta creaturarum, quæ saltem ad horam miserum corpus exfatiant, eiusque ad breue tempus appetitum, & desiderium explent. At nos pro nostri status ratione à mundi deliciis elongati, ob, nescio quas, puerilitates sensuum, & affectuum nostrorum, & ob, nescio quam, inanis gloriæ umbram cœlestes consolationes, certè maximas, & suauissimas perdimus, & donum sanctæ contemplationis admittimus. Tantæ ergo dementia nos pudeat, & qui iam maiora, & quæ alicuius videbantur esse momenti, reliquimus, ne ob res nihili tam suaui bona perdamus. Fortiter, & constanter abnegemus nos ipsos, quia sine abnegatione nunquam in sponsi arcanum intrabimus, nunquam cœlestes consolationes consequemur.

Mortificatione omnem perfectionem obtineri.

CAPVT XII.

C V I D Amplius de hoc præstantissimo abnegationis medicamento dicemus, nisi quod medici corporum, sua medicamenta laudantes, solent profiteri, nimium ea omnibus inualetudinibus carnis mederi, amabilemque salutem præstare? Dicant ipsi quod sibi libuerit, & suas curandi rationes exaggerent, quia nunquam vno dumtaxat medicamine vniuersos carnis morbos curabunt, nunquam eam à corruptibilitate vindicabunt, nunquam perpetua & indurpta sanitate complebunt. At nos verè, & sine vlla exaggeratione dicimus, vnum abnegationis medicamen omnes spiritus nostri infirmitates, plagasque depellere, & omnem sanitatem spirituales, quæ nobis volentibus semper duret, scilicet sanctitatem & perfectionem afferre. Nec est necesse repetere, de illa abnegatione esse sermonem, quam diuina gratia parit, & Deus, nos supernaturaliter mouens, in nobis efficit, sine quo nihil omnino possumus, & nec minimam perfectionis particulam comparare valeamus. Ioannes Cassianus mortificationem, perfectionis initium appellat. Mortificatione voluntatum, inquit, extirpantur, atque marcescunt vitia vniuersa. Expulsionem vitiorum virtutes fructificant, atque succrescunt. Pullulatione virtutum, putitas cordis acquiritur. Puritate cordis Apostolica, charitatis perfectio possidetur. At nos amplius dicimus: mortificationem nempe non tantum perfectionis inirium existere, sed illius beneficio animam omnes gradus perfectionis ascendere. Mortificatio enim, vt monstratum est, vitia extinguit, quatenus nos à malo retrahit. Mortificatio virtutes inserit, quatenus ad actus difficiles aggrediendos & sustinendos impellit. Mortificatio cor purificat, dum affectus moderatur, & rerum visibilibus desideria cohibet. Mortificatio denique mentem dissoluit, vt in altum perfectæ charitatis volet. Ab ipsa igitur omnis nostra perfectio dependet. Perfectionem quidem in primo volumine huius operis, sanitati comparauimus, vt sicut sanitas corporis in humorum temperie, & membrorum ac virium integritate, & agilitate posita est; ita

Cassian.  
lib. 4. de  
instet. c.  
43.

Timon.  
lib. 3. p.  
1. c.





sanctas, aut sanctitas animæ in ea vita gratiæ, quæ passionem temperet, & omnes virtutes inferat, & agilitatem ad omnia operum actionis, & contemplationis tribuat, est collocata. Hanc autem Dominus hominibus, mouendo eos ad indefessum mortificationis studium, concedit. Nam ea mortificationis parte, qua se à peccatis elongant, & à rebus creatis auertunt, ad Deumque conuertunt, spiritum gratiæ consequuntur. Post acceptam verò gratiam, quò se magis abnegant, maiorem passionum moderationem, & maius virtutum augmentum, & faciliorem aditum ad ineundam cum Domino familiaritatem, impetrant. Quare mortificatio est in omnibus perfectionis gradibus necessaria, quæ mentem paulatim vsque ad summam perfectionem extollit. Hanc mortificationem (quod certè præstantissimum est eius elogium) ipso studio orationis querimus, quod ideo sublimissimum inuenitur, quia eo mortificationem, & mentis puritatem, & Christi quandam similitudinem comparamus. Licet enim mortificatio ad orationem referatur, nosque abnegamus, vt puras ad Dominum manus leuimus: tamen ipsa oratio iterum ac contemplatio purissima ad mortificationem refertur, ideòque oramus, ac contèplamur, vt robur ad omnem mortificationem, & diuinæ legis obseruationem impetremus. Estque in hac re pulcherrimus quidam circulus, vt sicut ex niue aqua, & ex aqua nix gignitur; ita oratio ob mortificationem, & mortificatio ob orationem queratur. Ex quo elicitur in his duobus animæ perfectionem consistere: in illisque incipiendum esse, per illa progrediendum, atque in his vitam esse finendam, si volumus hinc nonnullam perfectionem habere, & ad præmia perfectorum euolare.

Videamus quàm verum sit, mortificationem ianuam omnis perfectionis existere, cui productio magni fructus spiritalis ascribitur. Dominus enim ait: Nisi granum frumenti cadens in terra, mortuū fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet. Nam si hoc verbum à Capite, Christo, de quo ad litteram dictum est, ad eius membra transferamus, multum fructum morti carnalium appetitionum, vel mortificationi ascribi videbimus. Sicut verò nullus fructus nullam virtutis possessionem significat: ita paruus fructus nonnullam virtutis accessionem; & multus fructus virtutis perfectionem designat. Ex quo intelligendum est, vt quemadmodum Dominus per veram mortem suam multum fructum attulit; quia perfectissimè genus humanum redemit; ita iustus per veram, & perfectam mortificationem suam multum fructum afferat, id est, ad perfectam virtutem ascendat. Qui sine vlla sui abnegatione nullum fructum afferet, sed integer sensibus, & affectibus, & frigidus, atque inutilis permanebit. Cum aliqua verò mortificatione aliquem fructum dabit, licet parum, quia alicuius gradus virtutis erit particeps. At cum omnimoda mortificatione, qua verè mundo mortuus esse dicatur, copiosum fructum reportabit, quoniam ipsam virtutis perfectionem obtinebit. Is filius Christi prædilectus prædicabitur, qui ad similitudinem eius, cruci mortificationis affixus, vt multum fructificet, verè mundo mortuus esse videbitur. Poteritque Christum patrem appellare, & de eius singulari prouidentia gloriari, propter cuius amorem mundi vanitatem, & carnis voluptatem spreuit. Vnde Bernardus de scientia malorum ait: Alia est scientia mundi, quæ docet vanitatem: & alia scientia carnis, quæ docet voluptatem. Illa tanquam pater, ista tanquam mater nobis est. Sicut enim

A mater filio suo semper optat quietem, & omnem profusum laborem claudit à filio suo; sic caro incrassata, impinguata, dilatata recalcitrat, nec minimis saltem digitis patitur se contingi. Et sicut pater vult filium suum huc, illucque discurrere, vt adificet vnde aliquando magnificetur: sic & mundus vult hominem multis laboribus intricari, vt habeat vnde superbiat, vnde infletur, & desipiat de vanitate in id ipsum. Sanguisuga dua sunt filia, id est, propriæ voluntatis, quæ quali radix est, dua filia sunt vanitas, & voluptas clamantes, Affer, Affer. Hæ nunquam satiantur: nunquam dicunt: Sufficit. Si quis has plenè in se contriuerit, non immeritò sibi illam vocem poterit coaptare: Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me. Hæc ille. Sicut verò nihil est illustrius, quàm Dei filium esse, Deumque patrem vocare & agnoscere; ita nihil potest esse mortificatione excellentius & vtilius, quæ iustis hanc confert amplissimam dignitatem. Planè eos facit filios Dei, quàm simillimos illi, quoniam omnem dissimilitudinem à peccatis, & prauis affectibus prouenientem consumit, & ad accipiendam de manu Domini perfectam charitatem, disponit. Ea est, quæ corda iustorum plenè ab inanibus sæculi desideriiis euacuans, apta facit, vt suauissimo perfectionis desiderio repleantur. Qui enim in quibusdam se abnegant, & in aliis seculum ipsi dissimulant, velut semiuacui, aut semipleni se ipsos non possunt hoc pretioso vnguento repleri. Qui verò omnimodæ mortificationi se tradunt, hi mundo vacui sunt, quos Dominus nullo pacto vacuos manere permittit, sed spiritu perfectionis replebit. Audiunt hi Paulum dicentem: Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi: curantque omnem malitiam, & immunditiam abnegare, & exuere, vt panes azymi, id est, puri, & sinceri, ac homines sancti, & perfecti reperiantur. Nam sicut panis aliquid fermenti habens non est azymus: ita iustus aliquid voluntariè immortificatum habens, non est omnino perfectus. Vt sic pateat omnem huius vitæ perfectionem mortificationi subniti & ex eius exercitatione constare.

Perfectio quidem benedictio Domini est, quam ipse post multos iustorum labores, ipsis tanquam maximè dilectis impertit. De ea dictum est in Proverbiis: Benedictio Domini super caput iusti. Nā cum Hebræa habeant: Benedictiones capiti iusti, quid melius huius benedictionis nomine intelligi potest, quàm ipsa iusti perfectio, quæ omnes eius benedictiones, id est, omnes virtutes, & omnia Dei dona comprehendit? Quæ optimè super caput iusti esse dicitur, quoniam primum mentem eius replet, & ex mente in vires animæ se diffundit. Eandemque promittit iusto se mundanti sanctus Dauid, cum ait: Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Eam scilicet benedictionem, & eam misericordiam, quæ omnem ab eo (quantum in hac vita fieri potest) miseriam imperfectionum depellat. De ista que benedictione Ecclesiasticus ait: Benedictio illius quasi fluius mundauit: quomodo cataclysmus aridam inebriauit. Ita enim eximium perfectionis donum ad instar inundantis fluius, atque abundantissimæ aquæ, mentem fecundat, & copia celestium donorum inebriat. Hæc autem benedictio, vt mortificationis præmium mercesque promittitur. Quare & illi, qui districtis gladiis vituli adoratores trucidarunt, audierunt à Moyse: Consecratis manus vestras hodie Domino vniuersique in filio, & in

Ioan. 12.  
24.

Bern. ser.  
in illud  
Sap. 6.  
Iustum  
deduxit  
Domi-  
nus.

1. Co rin.  
5. 7.

Prover.  
10. 6.

Psal. 23.  
5.

Ecclesi.  
39. 27.

Exod.  
32. 29.

fratre



fratre suo, vt detur vobis benedictio.] Et similiter abnegantes se ipsos consecrant Domino manus suas in filio, & in fratre: in filio quidem, quoniam filios sui appetitus, id est, desideria inania cohibent: in fratre vero, quoniam corpus animae socium, & quasi fratrem rationi subiiciunt. Quidni expectent benedictionem, qua vitiorum destructores, & fortes Domini milites praedicentur? Perfectionis itaque benedictio se ipsos abnegantibus datur. In illos quadrat illa imprecatio Ieremiae: Benedicet tibi Dominus pulchritudo iustitiae, mons sanctus. Quando enim ista imprecatio profertur? Adhuc dicent, inquit, verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum. Cum igitur Dominus suorum captiuitatem conuertit, cum eos a misera seruitute peccatorum, quorum iugum per mortificationem excutiunt, ad iustitiam transfert, tunc Christus, qui secundum interpretationem Hieronymi, monte sancto, & iustitiae pulchritudine significatur, eis hanc amplam benedictionem communicat, qua ipsi & sancti sunt, & tales (cum opus est) ab omnibus censeantur. Tunc impletur illud, quod in eodem propheta sequitur: Quia inebriauimus animam lassam, & omnem animam esurientem satiaui. Ideo quasi de somno suscitatus sum, & vidi, & somnus meus dulcis mihi.] Dominus enim omnem animam abnegationis labore fatigatam refocillat, & cibo perfectae virtutis exsatiat, & potu caelestium consolationum inebriat. Sed o salutaris ebrietas, quae non torporem & somnum, sed mentem peruiabilem, & in caepo labore perseverantem immittit. Refecti enim iusti, & bene potati dicunt: Quasi de somno suscitati sumus, quia illa caelestis refectio nos ad vigilandum, & amplius laborandum exsuscitat. Vidimus namque ineffabilia bona, quae Dominus nobis communicat, & dulcedinem illius somni experti sumus, qua mens terrenis rebus defaecata, in sinu Sponsi soporatur, & dormit: & ideo laborem abnegationis resumimus, si forte iterum dormiamus. Qui ergo hanc benedictionem, id est, perfectionem cupis, assidua mortificatione te ipsum exerce: illa enim est, quae mentem euacuat, vt suauem illum liquorem accipiat. Nec potest quis sine abiectioe mali bonum consequi, nec sine expulsionione perturbationum ad perfectionis, ac tranquillitatis pacem peruenire.

*Mortificationem esse imitationem Christi verissimam.*

CAPVT XIII.



**M**ENS nostra perfectio, quam, aspirante Dei gratia, consequi possumus, ad hoc summum potest prouehi, vt aliquam Christi Domini, & Saluatoris nostri similitudinem induamus. Neque enim est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum suum. Sufficit discipulo vt sit, sicut magister eius, & seruo, sicut Dominus eius.] Quod si ita est, felicitet satis actum erit nobiscum, si post immensos labores, perfectionis gratia susceptos, sicut magister noster ac Dominus, sumus, id est, aliqua, vel tantilla similitudine, eius perfectionis donemur. Sed hanc similitudinem per Dei gratiam assiduus, & diligens vsus mortificationis assequitur, qua Christi imagines reddimur, eiusque insignibus, ac veluti lineamentis induimur. Nam vt ex aliquo ligno imago cuiusdam regis affabre fiat, oportet illud ab arbo-

**A**re excindere, excissum e nemore extrahere, extractum ascia laeuigare, laeuigatum scalpello polire, politum penicillo viuis coloribus tingere, & per partes auri splendore contegere. Sic, vt ex homine pulcherrima Christi imago resulet, eadem omnino sunt necessitaria; quae omnia mortificatio sculptrix diligentissima praestat, & ex his omnibus Christi imaginem in nobis figurat. Nam (vt a primo ordiamur) arbor, cuius rami sumus, est profecto vetus Adam, cuius succum iniquitatis per venulas, & occultos meatus naturalium affectionum trahimus, vt carni viuamus, & mortis fructibus oneremur. Ab hac vero arbore mortificatio nos caedit, dum amorem rerum mundanarum, quo veteri Adae inharemus, abscindit. Quem admodum enim ad aedificandum templum Domino, ligna in monte Libano caedebantur, & Hierosolymam comportabantur: ita vt Saluatori ex nobis in se ipsis templum extruamus, immo vt eius imagines efficiamur, necesse est ab impura protoparentis radice discindi, & ab eius moribus separari. Id autem abnegatio praestat, quae dolorem animae suis affectibus iuncte contemniens, eam ab eo, quod diligebat, separat. Ipsa etiam hominem iam desiderio ab imitatione primi parentis separatam a nemore, id est, a saeculo extrahit. Quod quidem facit, vel dum opere ad aliquem statum vitae spiritualis transfert, vel dum saltem affectu, & vita ab occupationibus terrenis disiungit. Quis enim poterit, nisi abnegando seipsum, aut saeculum actione relinquere, aut saltem ab eius actibus amore & affectu diuelli? Certè quae amantur, nunquam sine labore & tristitia relinquuntur: oportet ergo, vt homo abnegatione sui hunc laborem ac tristitiam vincat, vt possit a morte sibi dilecta disungi, & ad vitam, quam non diligebat, iam vero amabilem reputat, reuocari. Vnde & in libro Esdrae ad Dominum dictum est: Mortificabis eum, felicitet hominem, vt tuam creaturam, & viuificabis eum, vt opus tuum.] Quia nimirum prius a creatura Domini, quae illi displicent, remouentur, quam ad no- uam ipsa vitam allurgat.

Ligno vero isto mystico ab arbore euulso, & a nemore saecularis conuersationis extracto, incipit abnegatio ipsum assiduus ictibus laeuigare, & dolare, id est, continuis actionibus sibi convenientibus exercere. Nunc sensus cohibet, & superfluas rerum delectabilium perceptiones deserit. Nunc cogitationes ligat, & ab immundis, & inanibus rebus auertit. Nunc appetitiones frenat, & inordinatum amorem, tristitiam, iram, & affectiones reliquas in immoderatos actus prodire non sinit. Nunc corpus domat, & quod necessarium non est in cibo, in potu, in veste, in utensilibus, & in reliquis huiusmodi constanter refecat. Postquam vero his actibus veterem hominem laeuigauerit, vires omnes quasi scalpello perficit, dum minores imperfectiones, quoad fieri potest, reicit, & abscindit. Deinde dum actionibus virtutum, licet laboriosis intendit, quasi penicillo viuos colores infundit. Et tandem dum cupiditatem minuit, ad auri charitatis excipiendum disponit, quo homo non se supra reliqua omnia, sed Deum supra se, & sicut seipsum proximos diligit. Ex his autem omnibus imago Christi, & figura quaedam Dei nostri confluit. Ad quod hortatur Paulus dicens: Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis.] Nam sicut tunc portabamus imaginem terreni hominis, cum eius vitiis subdebamus, cum terrena & profana diligebamus, ita caelestis hominis induimus imaginem, cum his expulsi, & abscissis, normam conuersationis Christi tenemus. Quod Gregorius Nazianzenus his verbis testatur:

Ierem. 31. 23.

Hier. 10.

Ierem. 31. 25. 26.

Matth. 10. 14.

2. Paral. 2.

4. Esdrae 8. 13.

1. Corin. 15. 49.

Nam



Naxian. orac. de calamin. anima sua.

Nam profectò Dei magni figmentum & imago est, homo diuinitus ad Deum proficiscens, quisquis sursum tendens, carnemque spiritus vinculis coercens, Christum benignum, ac placidum vitæ suæ ducem habet: seque ita comparauit, vt facultates omnes suas, & linguam, & aures, mentemque ad eò ipsam, atque omnè corporis robur futuræ vitæ addicat, mundoque quicquid aduersarius Belial alienorum raptor occupabat, extorqueat, atque in horrea ferat terrenis longè præstantiora, quæ vel à furibus compilantur, vel vi aliqua maiore subuertuntur.] Si autem hoc ita est, quid efficacius mouere nos potest ad abnegationem consecrandam, quàm hæc Christi imago abnegationis præsidio cordibus nostris impressa, cui nihil in hac vita iure præfertur? Quod Ecclesiasticus confitetur dicens: Nihil melius est, quàm timor Dei: & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini: Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.] Prorsus gloria magna est, sequi vitæ & imitatione Saluatorem nostrum: nam & gloriosum valde est regi simile esse, eiusque vestibus indui, & regis insignibus exornari. Gloriosum etiam est eam vitæ rationem suscipere, qua de manu regis perpetuum præmium accipimus, & felicitatem æternam comparamus. Hæc verò vitæ ratio non est alia, quàm quæ actionum, & passionum Christi sequela, atque imitatione perficitur.

Ecclesi. 27. 3.

Erimus namque hæredes Dei, & cohæredes Christi, si tamen compatimur, quemadmodum Paulus ait, vt & conglorificemur.] Et rursum: Si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & conregnabimus.] Ex quo constat, eum, qui noluerit Christo similem esse, non posse cum Christo regnare.

Rom. 8. 17. 1. Tim. 2. 12.

Ipsè quidem Paulus ista cognoscens, de hac Christi imagine sibi per omnium rerum terrenarum abnegationem impressa gloriatur, cum ait: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi:] quali omnem aliam gloriam suspectam habeat, & indignam Christiano homine, quam non crux, & imitatio vitæ Saluatoris attulerit. Propter hanc gloriam sanè verissimam vniuersa terrena continentur: Veruntamen, ait, existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrificam.] Immo & se nihil aliud nosse, aut docere constituit.

Galat. 6. 14.

Non enim, inquit, iudicauit me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.] An Paulus Christum natum, prædicantem, morbos sanantem, & virtutes facientem ignorabat? An omnibus Christi mysteriis prætermisissis, solam eius crucem & mortem prædicabat? Et quomodo ille aliorum obliuisceretur, quæ ad Christi amorem testandum, & ad vitam nostram erudiendam pertinebant? Dicens ergo se tantum nosse Christum crucifixum, ostendit manifestè omnem Christi vitam fuisse ad crucis similitudinem efformatam, & laboribus tribulationibusque conspersam. Nam & in infantia summa paupertas, & incommoditas illi adfuit, in vita despectio & humilitas, atque in morte iniuriarum multitudo & tormentorum acerbitas. Vnde ait ad Patrem loquens: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.] Tu hæc lector attende, quia si ieiunium infantia, & cilicium vitæ, & opprobrium morti accommodate velis, omnem Christi vitam, crucem & laborem fuisse cognosces. Si omnis vita eius crux fuit, & qui nouit Christum in mundo manentem, non

Psal. 68. 10. 11. 12.

potuit eum nosse nisi crucifixum, manifestum est, quoniam ille imaginem eius induit, qui crucem batiulat post Dominum, & mortificationis oneri humeros suæ vitæ supponit. Hæc Christi imagines, vel Christi homines nos efficiunt. Egregiè namque dixit Ephraem: Qui verè cupit esse homo Christi, æternis que bonis se fructurum sperat, paupertatem, diuitias cum gaudio existimare debet; & afflictionem recreationem; asperitatem victus delicias: improprium honorem; & contumelias gloriam ducere: hæc enim vera seruorum Dei gloria est. Neque verò solum impropria ferre debet pugil, ac miles Christi, quin & si forè diuitiæ obuenerint, eas, vt stercora, respicere oportebit. Si gloria, & principatus non extollatur, & superbiat: si laudes, atque honores hominum, vt quæ ne sint quidem existimanda: quin etiam propter huiusmodi res, quæ habentur gloriosæ, confundi & lugere oportet: & propter eiusmodi contrà lætari, & gaudere, quæ habentur vilia, & abiecta putantur.] Sic ille. Ecce descriptionem verissimam imaginis Christi, siue hominis, qui Christi est, & Christum imitatur, cuius imitatio non in deliciis, non in desideriis inanibus, non in sensuum oblectationibus, non in expletione propriarum voluntatum, sed in castigatione carnis, in abiectione desideriorum, in sensuum mortificatione, & in voluntatis propria abnegatione posita reperitur. Et ille Christo similior, & imago eius pulchrior, & perfectior euadit, qui sollicitius seipsum abnegat, & per laborem mortificationis magis se à moribus hominis terrestribus elongat. Quia quò magis veteris hominis conuersationem fugit, eò magis ad Christi imitationem accedit.

Sed quis non videat mortificationem hanc Christi imitationem induci, quam tum in agendo, tum in patiendo se ipsos abnegantes suscipiunt? In agendo quidem, quoniam ipsi opera humilitatis & misericordiae amplectuntur, non quibus sibi placeant, & se ipsos ostentent, sed quibus, dum aliis profunt, se ipsos deiciant. In patiendo verò, quia quæque dura & aduersa eligunt, quæque corpus assidua libentissimè perferunt, vt se ipsos crucifigant. Basilii quidem primum mortificationis gradum in rerum externarum renunciatione positum similitudinis, quam cum Christo habere debemus, initium appellat. Renunciatio eiusmodi, inquit, citra vllius impedimenti remoram subsidio est nobis, nec mediocri, ad parandam possessionem, vsuque rerum pretiosissimarum, nempe super aurum, & lapidem pretiosum multum, vtque breuiori compendio circumscribam renunciationem: est cordis ab humano viuendi ritu ad eum transcriptio, qui in caelis est: adeò vt iure optimo dicere possimus: Nostra conuersatio in caelis est: & quod omnium maximum est, similitudinis, quam cum Christo habere debemus, initium; qui ipse cum diues esset, egenus factus est propter nos.] Si igitur renunciatio, aut abnegationis inceptio, initium est eius similitudinis, qua Christo similes efficiamur: liquet, omnimodam abnegationem, similitudinem esse perfectam, qua non iam in vno, aut in altero, sed in omnibus, quoad fieri potest, eius conuersationem imitatur. Ea enim vniuersas maculas fugimus, quas ipse nec voluit, nec potuit suscipere; aut si non omnes fugimus, quia misera ista vita tantam puritatem non suffert, saltem quas contrahimus, deploramus. Ea affectiones nostras componimus, & ad imitationem sanctissimarum affectionum suarum, que nunquam, nec in minimo à ratione, & perfectione recesserunt, rationi, & spiritui subiicimus. Ea quæcumque difficultia in virtutum actionibus occurrentia, vt Christi

Ephe. de Fide.

Ephe. de Fide.

Basil. reg. 8. inf. def.





virtutū sumus capaces, superamus. Ea aduersa, & corpori, ac animæ nostræ acerbæ, ob imitationem patientiæ eius sustinemus. Actandem per mortificationem ita viuimus, vt vita Christi, & operum eius pulchritudo in nobis, puritasque resplendat. Iam Christus sedet in nobis, vt non in nostra conuersatione vetus Adam, sed nouus appareat. Dominus enim diluuium inhabitare facit, & sedebit rex in æternum.]

Psal. 28. 10.

Ante abnegationis quippe diluuium, quod affectus immoderatos submergat, rex hic fortissimus non sedebat, sed ambulabat, & discurrebat, vt in regno suo hostes sibi infestos, nempe iniquitates nostras extingueret. Idque precabamur dicentes: Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum.]

Psal. 43. 26.

Et alio loco describitur vir pugnator, omnipotens nomen eius, qui exurgit, & apprehendit arma, & scutum, venitque in adiutorium nostrum. At post diluuium, post peccata nostra mare, id est, conuersione suffocata, post vitia nostra extincta, & post affectiones vtrunque inundatione cælestium desideriorum operatas, sedet rex in nobis tanquam in sedibus suis, & suum splendorem, & decorem ostentat. Quemadmodum enim dum rex sedet in throno, parum aut nihil throni videtur, quia corpore suo, & vestibus, & regis insignibus illum contegit, atque cooperit: ita dum Christus sedet in nobis, nostras imbecillitates operit, seu potius roborat, atque confortat; ita vt aspicientes non tam nos, quam illum nos gubernantem, & sua præsentia nobilitantem aduertant. Quod experiebarur in seipso Paulus dicens: Viuo ego, iam non ego, sed viuim in Christo.]

Galat. 2. 20.

Quando hoc dixit? Certè postquam præmiserat: Ego per legem (quæ scilicet Christum mihi prædicauit) legi mortuus sum, vt Deo viuam. Christo confixus sum cruci. Factus, inquam, Christi socius in passionibus, & per abiectionem carnalis hominis, ipsius imitator effectus, non iam viuo ego, sed ipse viuim in me, cuius vitæ, conuersationisque conformor. Ipse igitur sedet in me, & apparet in me, adeo vt qui me vident, Christum se videre putent. Quia si non sum Christus substantiâ, sum tamen Christus imitatione: si non sum persona Christi, sum tamen imago Christi, quem per mortem, qua carni mortuus sum, in me ipso delineauim, & per crucis mortificationem, quam in corpore animoque circumfero, in mea vita depinxi.

Si ergo abnegatio, est imitatio Christi Iesu, qua eius similitudinem induimus, æquum profectò est, vt illam magna cura, & diligentia complectamur. Membra eius sumus, ipsique, vt capiti, per fidem & amorem coniungimur, viam ergo crucis, quam caput Christus ingressus est, membris, scilicet nobis, conuenientem iudicemus. Animas nostras in sponsas illi dedimus, illum igitur, vt sponsum amantissimum, in laboribus, & pressuris sequamur. Non enim decet sponsam fidelem ab sponso secedere, & diuersam vitæ rationem ab illa, quam sponsum elegit, amare. Duce[m] illum, atque imperatorem sequimur: de ipsius itaque insignibus, scilicet de plagis, de doloribus, ac de pressuris gloriemur. Christus est via, veritas, & vita. Gressus nostros in hac via ponamus: aures huic veritati præbeamus: & nostram conuersationem hac vita formemus. Tunc autem hanc viam ambulamus, cum pedes affectionum nostrarum in laboribus, & afflictionibus ponimus. Tunc veritatem hanc audimus, cum doctrinam crucis, & mortificationis à Christo prædicatam auscultamus. Tunc hanc vitam assequimur, cum fugientes nosmetipsos & omnia, quæ mundus diligit, Christi imitationem induimus, & formam crucis eius in nostra conuersatione tenemus. Non ergo elucet in nobis sine vera abnegatio-

Iuan. 14. 6.

A ne, Christi Saluatoris imago: quæ profectò nos efformans, à similitudine veteris hominis liberat, cuius actus deponimus, & similes Christo reddit, cuius actus tum in interiori, tum in externa exercitatione sequimur. Ad hoc, Domine Iesu, à sæculo discessimus, & vitam spiritualem professi sumus, vt tuam vitam sanctissimam imitemur, & tibi similes in omni sanctitate efficiamur, per quam tandem gloriæ tuæ participatione cumulemur. Da igitur, nos abnegationis iugo colla subiicere, eamque in magistram ac præceptricem admittere, quatenus eius doctrina nos primum in tuam imitationem extollat, & ex illa in gloriæ sanctis paratæ sedem desiderabilem introducat.

De Excellentia Mortificationis.

C A P. XIV.

**V**NIVERSA, quæ hæcenus diximus, magnam esse præstantiam atque excellentiam abnegationis declarant, cui datum esse videtur, vt animam à malis ex peccato prouenientibus liberet, & bonis augeat, quæ Christi imitatione, & omni perfectione continentur. Atque adeo aptissimè intelligi potest de illa pulchra sententia Salomonis: Pretiosior est sapientia, & gloria parua, & ad tempus stultitia. Abnegatio enim stultitia vocatur, non alia sanè, quam illa, de qua dicit Paulus: Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Et rursum: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Meritò verò hoc stultitiæ nomine abnegatio denotatur, quia hominibus stultum videtur, si homo præsentia delectabilia despiciat, in nullo suas voluntates expleat, & propriis desideriis ac sensibus contradicat. At hæc stultitia est parua, & ad tempus. Parua quidem, quoniam non esset magnum detrimentum in terrenis errare, dummodo in rebus cælestibus saperemus. Et quia apud insipientes tantummodo, id est, apud iniquos hæc stultitia videtur, cum tamen apud veros sapientes, scilicet iustos, & sanctos summa sapientia reputeretur. Est etiam stultitia solum ad tempus, quoniam elapso huius mortalitatis puncto, omnes docti pariter, & indocti, & vniuersi iusti, & peccatores cognoscent, quam sapientes fuerunt, qui voluptates carnis reliquerunt, & semetipsos abnegarunt. De quibus iniqui dicent: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improprij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt, inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Hæc itaque parua ac temporanea stultitia, pretiosior est mundi sapientia, & gloria. Nam sapientiam mundi, qua mali sapientes sunt in oculis suis, iuxta dictum Isaiæ: Et coram semetipsis prudentes, qua sibi placent, & omnia insuaui refugiunt, & dulcibus delectantur, Dominus iridebit; & gloriam sæcularem se exaltantem aduersus gloriam Dei in sempiternam ignominiam commutabit. Et verè hæc sapientia, & gloria sæculi ignominia est, quoniam probrosum est, si sordidissimum mancipium hero nobilissimo dominetur. Quid autem carne, & affectibus carnis sordidius, qui per mundi sapientiam, qua oblectationes huius vitæ abnegationi præponunt, spiritui immortali, & propter Deum creato, dominantur? Non decet sanè stultum delicia, nec seruum dominari principibus. O quam indecorum, & absurdum, si insipiens caro nostra, quæ vilissimam voluptatem Deo

Ecl. 10. 1.

1. Corin. 1. 21. 1. Corin. 3. 18.

Sapient. 5. 3-4-5.

Isaia 5. 21.

Prou. 19. 10.

prætulit



prætulit, deliciis & indulgentiis intractetur, & ancilla vilissima spiritui salubria potestati dominari permittatur. Planè hoc est vnum ex illis quatuor, quæ omnem terram turbare noscuntur. Per tria, inquit idem Salomon, mouetur terra, & quartum non potest sustinere. Per seruum, cum regnauerit; per stultum, cum saturatus fuerit cibo; per odiosam mulierem, cum in matrimonio fuerit assumpta; & per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ. Immo & omnia hæc vna immortificatione continentur. Nam carnalis affectus, qui seruire debuerat, imperat rationi & corpori, quod de se instar est bruti, quicquid petit, vsque ad saturitatem ingeritur: & odiosa caro in nimio hebetur honore: & sensualitas, dum suis deliciis ferè totum tempus præcipit, videtur fieri hæres rationis, sicut dominæ suæ. Per hæc quatuor cordis nostri terra turbatur, quòd cum aliqua cælesti luce perfunditur, ea cæu indignissima ferre non potest.

Superat sanè hæc sapiens abnegationis stultitia omnem carnis sapientiam & gloriam, siquidem ista infamis est, quæ homines turbat; illa verò omni digna laudatione, quæ humana corda tranquillat. Audi quàm sit hæc sapientium stultitia, omni stultorum sapientia & gloria pretiosior. Omnis ponderatio, inquit Ecclesiasticus, non est digna continentis animæ. Nihil enim est in humanis, quod cum anima continente, id est suos affectus cohibentè, conferri debeat: nam talis anima habet in se venam, vnde omnis cordis tranquillitas, & vniuersa ad vitam spiritualem pertinentia bona procedunt. Hæc vena vitæ (sic enim nunc abnegationem vocare libet) in præmium obseruationis legis promissa est: nam populo seruanti legem dicitur in Deuteronomio: Circumcidet Dominus cor tuum, & cor feminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. Ecce partem præmij legis custodia, quia qui legem Domini custodierint, non tantum in futura vita præmia æterna suscipiant, sed in hac vita velut partem præmij, cor circumcisum, id est, mortificatum, & abnegatione compositum obtinebunt. Ecce quoque venam vitæ, quia circumcisum cor ad hoc datur, vt sit diuini amoris, ac totius vitæ spiritualis exordium. Nec incongruè cordis circumcisionem, aut abnegationem finem quodammodo præceptorum facimus, quia id à Leone Papa didicimus. Omnis, inquit, diuinorum eruditio præceptorum hoc maxime agit apud corda credentium, vt amor prauus recto amore superetur, & delectatione iustitiæ peccandi cupiditas destruat. Est itaque abnegatio, mandatorum proximus finis, quia ad hoc mandata nobis data sunt, vt praua nostra desideria contineant. Quæ ideo continemus, vt per virtutum actiones Deo iubenti placeamus. Vnde Ioannes Cassianus abnegationem aliis gratis, quæ in pretio sunt apud homines, pretiosiorè aestimat, quia ipsam legis obseruationem, & mentis puritatem conciliat. Et re vera, inquit, maius miraculum est, de propria carne fomitem eradicare luxuriæ, quàm expellere immundos spiritus de corporibus alienis: & magnificentius signum est, virtute patientiæ truculentos motus iracundiæ cohibere, quàm aëreis principibus imperare: plusque est, exclusisse edacissimos de corde proprio tristitiæ morbos, quàm valetudines alterius, febresque corporeas expulisse. Postremò multis modis præclatior virtus, sublimiorque profectus est, animæ propriæ curare languores, quàm corporis alieni. Quantò enim hæc sublimior carne est, tantò præstantior eius est salus; quantòque pretiosioris, excellentiorisque est substantiæ, tantò grauioris ac perniciosioris est ruina. Sic ille, & merito. Nam

Prou. 30. 21.

Ecclesi. 26. 20.

Deut. 30. 6.

Leo ser. 8. de ier. 7. mensi.

Cassian. col. 15. c. 8.

**A** hæc omnia, quæ ad gratias gratis datas spectant, non sunt vitæ spiritualis fructus, sed folia, sine quibus reperiuntur in multis hominibus magnorū meritorum fructus: at abnegatio radix est meritorum: quia si quis seipsum non abneget, & ab illicitis separet, atque à licitis etiam quandoque diuellat, non poterit nec legem seruare, nec fructus bonorum operum facere, nec præmia consiliorum possidere. Atque adeò quemadmodum radix arboris, nec pulchra, nec suauius est, sed nihilominus omnem arboris pulchritudinem, & fructuum suauitatem virtute continet: ita abnegatio exteriori specie pallida, & infuauis, vt radix, ac initium spiritualis vitæ, omnem eius pulchritudinem ac suauitatem comprehendit.

**B** Iam oculos in ea, quæ supra diximus, attolle, & videbis quanta abnegatio bona quasi clausa & custodia contineat. Abnegatio aduersus vitæ iustos erigit, vt non seruiant eis. Canūque multo foeliciorum successu, quàm Sichimitæ: Quis est Abimelech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? Nam si habitatores Sichem indignum putarunt seruire Abimelech, & propterea perierunt; iusti indignum putant vitis tributa pendere, aduersusque ea mortificatione pugnant, & propterea miseram seruitutem ac perditionem euadunt. Vera enim libertas & opulentissimum regnum est, Deo subditi: infelix verò captiuitas rerum creaturarum antori seruire. In cuius signum Israelitis imperium Domini detrectantibus, & regem de sua natione poscentibus dicitur, vt audiant ius regis, qui regnaturus est super eos. Ius autem erat, quod filios, & filias eorum tolleret, & seruos, & ancillas, & agros, & oliueta, & omnia quæ haberent, acciperet, vt illos in suum obsequium occuparet, & ista suis temporalibus bonis adiceret. Ita qui amoru terrenorum, tanquam regi, seruire volunt, hoc ab eo iure reguntur, vt cunctas vires, & affectiones suas durissimas eius obsequiis addicant. Qui autem ab hoc amore possidentur, Deo se subtrahunt, & ab eo possideri non possunt. Quoniam amor sæculi, & amor Dei nihil volunt habere commune, & quod ille ex nobis habet, hic à nostra infidelitate iniuriam passus, amittit. Enitendum est itaque vnicuique nostrum, vt Christum ducem suum imitans, dicat: Veni enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quod profectò tunc verè dicit, cum pro huius vitæ possibilitate se à terrenorum amore subtraxerit. Nam post propositum vitæ spiritualis arreptum sensuum delectationibus, & rerum visibilibus affectibus illigari, nihil aliud est, quàm gemmam multo pretio comparatam pedibus bestiarum atterere. Gemma quippe est anima nostra, quam subsidiis magnis diuinæ gratiæ, & ingenti dolore, ac contritione cordis à diaboli eripimus potestate, quam pedes bestiarum calcant, quoties affectus minus mortificati eam oblationibus sensuum, & propriæ voluntati, & inani gloriolæ, & aliis huiusmodi seruire compellunt. Fitque vt quemadmodum quis à sæua tempestate maris in nauigio liberatus, si illud aqua implere curaret, ad simile periculum, quod euasit, rediret: ita & nos à sæculi periculum in naui vitæ spiritualis educti, si immortificationes nostras non fugimus, nauem, qua suscepti sumus, ac nos ipsos eum illa, quasi aqua inaniam desideriorum mergere, ac dissipare conamur. Barbari Melitæ insulæ videntes Paulum, quem vix mare ad littus eiecerat, viperæ morsi percussum dicebant: Vtique homicida est homo hic, qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere. O quàm merito non iam barbari, sed dæmones ipsi subannabant nos, si immortificationi subdamus, qui à periculoso mari huius sæculi per Dei gratiam erepti, & in tuto

Judic. 9. 28.

1. Reg. 8. 11.

Ioan. 14. 30.

Ahor. 28. 4.



loco conuersionis spiritalis collocati, vipera proprie voluntatis mordetur, & viuere quietè non sinimur. Illa barbarorum Pauli contemptio in admirationem eius laudemque tranſiuit, dum viderunt eum pro conditione quidem carnis à bestia percussum, sed diuino miraculo, à morte & omni malo liberatum. At subſannatio noſtra, qua ab aduerſariis irridemur, in maius se quotidie vituperium extendit, quia non solùm à vipera, id est, à propria voluntate, dente alicuius suggestionis tangimur, sed immortificationis veneno perimus.

At ab his malis abnegatio suæ virtutis excellentia nos seruat, quæ sicut Paulum virtus diuina à mortu vipera; ita & ipsa à veneno immortificationis nos liberat. Vipera quidem hominem momordit, sed Apostolum, ac Christi seruum, necare non potuit: ita desiderium oblectationum terrenarum forsitan nos homines tangeret, sed si nos abnegauerimus, per consensum non inficiet. Hæc enim abnegatio ea nos dignitate afficit, vt & Apostoli imitatores, & Christi serui sumus, quos diuina virtus, si non à suggestione bestiolæ, at ab infectione præseruat.

Tu quoque, inquit Bernardus, si propriam desideras voluntatem, si corporis voluptatibus perfecte renunties, si carnem tuam crucifigas cum vitis & concupiscentiis, sed & mortifices membra tua, quæ sunt super terram, probabis te Pauli imitatore, qui non facies animam tuam pretiosorem teipſo, probabis & Christi discipulum, etiam illam perdendo saluabitur. Et quidem prudentius eam perdis, vt custodias, quàm custodis, vt perdas. Quæ te docet, ô vir iuste, seruire Christo, & eius discipulis aggregari, quin & vitam carnalem perdere, vt spirituales in perpetuum serues; haud dabit virus in te cuiuspiam immoderati affectus vsque ad casum grassari non sinet.

Qui dissipat sepe, ait Salomon, mordebit eum coluber: vnde qui sepe mortificationis non dissipat, sed quotidie nouis actionibus roborat, colubri morsum extra sepe manentis non sentiet. Et Ecclesiasticus ait: Vbi non est sepes, diripietur possessio: qui ergo seipsum hac sepe communit, minimum suarum virtutum directionem timebit. Quod cum ad literam de vxore dictum sit, quid secundum altiorem sensum indicat, nisi vt qui se quoad carnis desideria castrauit propter regnum cælorum, abnegationem in vxorem habeat, & eius consortium nunquam omittat? Huic enim optimè illa conueniunt, quæ de vxore dicuntur: Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem, adiutorium secundum illum est, & columna, & requies. Nam qui sui abnegationem possidet, habet iam initium magnarum opum, scilicet pretiosissimarum virtutum, quas talis coniugis parat industria. Habet etiam adiutorium valde conueniens sibi, quod turbam seruilorum, nempe affectuum, reprimat, & totam domum cordis in pace contineat. Est illi abnegatio, columna, quæ illum à multis casibus culpisque defendat: & requies, in qua à desiderijs sæculi liberatus, conqueſcat.

Nec solùm abnegatio nobis sponsa est, sed & bona mater, cuius beneficio puerorum cibos, id est, rerum visibilium appetitiones deserimus, vt solido maiorum cibo sustentemur. Anna quidem mater Samuelis, tanta prole ditata, cum ad ascendendum in templum Domini inuitaretur, respondit: Non vadam, donec ablaſtetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Sapienter cogitauit infantes ætate non esse aptos templo, quia nesciunt orare, sciunt autem perſtere, & orates turbare: ideo noluit infantem suum

A ante conuenientem ætatem, in domum Domini adducere. Sic & hæc bona nutritrix à lacte rerum sæcularium ablaſtat, & postea à tenerioribus puerorum alimentis, scilicet à sensuum delectationibus, & ab omni inordinatione affectuum, auertit; ac tandem in conspectum Domini introducit. Ibi in studio nepe sanctæ orationis, apparemus coram Domino, id est, vt homines reuerenter stamus, & nõ puerorum more huc illucq; cogitatione discurrimus. Ibi post ablaſtationem scimus manere iugiter, scimus, inquam, non iam paternam domum, & puerorũ alimenta suspirare, sed ad longum tempus suauitatem spiritus perſentire. Ibi nostræ abnegationis præmia suscipimus. Nam qui seminant in lacrymis, in exultatione metent: & anima in intimis suis audit illam vocem sanè lætissimam:

B Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. De fructu manuum suarum comedit, quia secundum maiorem aut minorem laborem, maius aut minus præmium recipit. Quare Iob de iusto ait: Et sicut dies mercenarij, dies eius. Quia sicut mercenarij præmium labori commensuratur; ita iusti merces secundum maiorem abnegationem augetur. Cum opus crescit, inquit Gregorius, præmij fiducia proficit: cum verò opus torpuit, spes à remuneratione lassescit. Vnde & electus quisque vitam suam, quasi mercenarij dies, pensans, tanto fidentiùs spe tendit ad præmium, quanto nunc robustiùs perdurat ad laboris incrementum. Qui sit de curſus præſentis temporis, pensat, dies cum operibus numerat, ne à labore vacua tranſeant vitæ momenta, formidat. Aduerſis gaudet, passione reficitur, mœrore refouetur; quia subsequenti vitæ præmijs tanto se remunerari largiùs conspicit, quãto pro amore illius quotidianis se mortibus veriùs impendit. Hæc ille. Quid igitur amplius ad cognoscendam mortificationis excellentiam exposcimus? siquidem illa & bona spirituales vitæ affert, & mala prophanæ vitæ repellit. Illa copiosum fructum æternæ felicitatis confert, & nunc lætissimas segetes tranquillitatis expectat. Nam post hostes aliquantulum mortificatione denictos, impletur illud Michæ: Et sedebit vir subtrus vitem suam, & subtrus ficum suam, & non erit qui detereat. Sub his, quas plantauit, virtutum arboribus lætus sedet, atque quiescit, & fructus suauissimæ spei colligit, quibus interim se vsque ad aduentum æternæ possessionis reficiat.

C Mortificationem nunquam esse omittendam.

CAPVT XV.

**A**D hanc mortificationis excellentiam pertinet, quòd vir mortificatus duci fortissimo, ac hostium expugnatore, præferatur: quam excellentiam ideo seorsum attingimus, vt mortificationis durationem post eius nobilitatem, aperiamus. Eum, qui seipsum abnegat, virum esse fortissimum ex Salomone iam vidimus, qui ait: Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Lactantius quidem ac si istam sapientis sententiam interpretaretur, illum, qui se abnegat, cum Hercule confert, & huic tam de fortitudine celebrato elegantissimis verbis præponit. Non enim fortior iudicandus est, inquit, qui leonem, quàm qui violentiam, & in seipso inclusam feram superat iracundiam; aut qui rapacissimas volucres deicit, quàm qui cupiditates audissimas coercet; aut qui Amazonem bellatricem, quàm qui libidinem vincit, pudoris ac famæ debellatricem; aut qui

E

Bern. ser. 30. in Cant.

Ecl. 10. 8.

Ecl. 36. 27.

Ibi. n. 26.

1. Reg. 1. 21.

Psal. 125. 5.

Prov. 31. 31.

Iob 7. 1.

Greg. 8. mor. c. 3.

Michea 4. 4.

Prov. 16. 32.

Lactan. lib. 1. de uin. inst. c. 9.



finim de stabulo, quàm qui vitia de corde suo egerit, quæ magis sunt perniciosa, quia domestica & propria mala sunt, quàm illa, quæ & vitari poterant, & caueri. Ex quo fit, vt ille solus vir fortis debeat iudicari, qui temperans est, & moderatus, & iustus. ] Hæc Laëtantius. Et in eandem sententiam Ambrosius putat Iacob Patriarcham ouium pastorem induci, quod corpori, & sensibus imperitaret, & suis moribus diligenter præflet. Et statim ait : Animum vincere, iracundiam cohibere, compugnantesque leges carnis, & mentis in vnum cogere, immortalis cuiusdam est viri, quem inferni porta non suscepit. Denique ipse sibi legislator vindicauit hoc munus, vt oues pasceret Iethro, qui dicitur superfluous, & ageret in desertum : eo quod irrationabilem, & superfluum, vulgarisque sermonis loquacitatem in secreta quedam sobriæ doctrinæ coegit mysteria. Et concludit : Ideo Aegyptios abominatos fuisse pastores, quoniam, qui passionibus seruiunt, & voluptatibus indulgent, doctorem virtutis quadam detestatione declinat. Quare ergo tanti habetur hominis sibi inperantis fortitudo, ita vt ducibus fortissimis præferatur, præsertim cum multoties propria abnegatio, non ad res magni momenti, quæ non semper occurrunt, sed ad res faciles, minimasque procedat : Huius eam esse causam existimo, quod duces, ac milites huius sæculi semel, aut bis, aut aliquo tempore cum hostibus manus conferunt, quibus victis, in pace quiescunt : at miles Christi, iustus scilicet, qui virtutis arcem expugnat, ab ipso suæ conuersionis exordio vsque ad extremum vitæ halitum, debet, si vult proficere, secum ipse pugnare, & gladio mortificationis cohibere. Hæc autem in pugna & abnegatione, constantia vsque ad mortem perseverans, adeo mirabilis & gloriosa est, vt in ea fidelis inuentus merito inter fortes, fortissimi nomen obrineat.

Ambr. li. 1. de Cain. c. 6.

3. Reg. 20. 22.

Luce 12. 37. 38.

Prosp. 1. de vita contempt. c. 1.

Esse autem necessariam hanc abnegationis instantiam, ita vt nunquam illam relinquamus, delineatum est in sermone cuiusdam prophætæ, qui dixit regi Israel reuertenti, obtenta victoria aduersum regem Syria: Vade, & confortare, & scito, & vide quid facias, sequenti enim anno rex Syria ascendet contra te. ] Nec dum vnum bellum finierat, & iam vocatur ad aliud, & noua cura illi se parandi ad sequentem pugnam indicitur : quia videlicet in hac vita nunquam cessandum est, sed semper nos ipsos timere, semper à nostris affectibus cauere, semper noua abnegationis bella aduersus nostras voluntates debemus meditari. Quia si quieuerimus, affectus, nostræ salutis infestissimi hostes in nostrum excidium assurgent. Cæterum non solum per ænigmata, sed palam, ac sine ambagibus ad hanc abnegationis assiduitatem monemur. Et Dominus non vtemque vigilantes, sed semper vsque ad aduentum suum vigilantes laudat. Beati, inquit, sunt serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenient, beati sunt serui illi. ] Quidnam est semper vigilare, nisi hominem domum cordis sui ab irruptione omnium hostium custodire ? Et quis est præcipuus, & acerbior hostis hominis ? Nonne ipse sui ? Ergo tunc semper vigilat, cum semper seipsum veretur, & sibi ipsi contradicere, ac à semetipso obseruare se, non desinit. Egre giè sanè Prosper in hanc sententiam ait : Cæterum in hac vita, quamuis strenuè dimicemus, & adiuuante Domino, cateruas hostium, quibus circumfundimur, prosternamus, tamen si ab eis nolumus vinci, nunquam pugnare desinimus. Nec vincentes securos faciunt viriliter desudata iam præ-

lia, sed magis sollicitant aduersariorum rediuiua certamina. Ac sic, quia secundum Scripturæ sacræ sermonem, tota humana vita tentatio est super terram, tunc est tentatio finienda, quando finitur & pugna : & tunc est finienda pugna, quando post hanc vitam succedit pugna secunda victoria. ] Optimè scripta sunt hæc, ex quibus habemus, ante vitæ finem non esse à certamine discedendum, quo nos ipsos contineamus, sed semper esse aduersus motus naturæ nostræ affectusque pugnandum. Multis quidem ex antiquis patribus nomina sunt alicuius mysterij gratia, mutata ; at in Iacob, cui nomen etiam nouum inditum est, quid speciale reperimus, quod ad abnegationis assiduitatem inducit. Illud enim est, quod priores illi patres post mutationem nominum, nunquam aut rarissimè antiquatis nominibus appellantur. Abram vocatus est Abraham, & deinceps semper vocatur Abraham, Sarai nouo nomine dicitur Sara, & in posterum semper vocatur Sara. At Iacob audit : Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. ] Post nominis verò mutationem frequentissimè vocatur Iacob, & nomine potius antiquo, quàm nouo cognoscitur. Putabimusne id vacare mysterio ? Non sanè. Iacob enim idem est, quod supplantator : Israel verò est præualens Deo. Vnde duo nobis videntur indicata. Alterum est, virum illum præualere Deo, & amplam benedictionem impetrare, qui vitia sua & desideria supplantat, ac seipsum abnegationis flagello castigat. Alterum verò, iustum aliquando debere esse Israel, cum scilicet instat necessitas aliquid postulandi ; at semper debere esse Iacob, qui nimirum bella aduersus carnem, & sanguinem gerat, sensus comprimat, & prauis affectibus contradicat. Nunquam nomen Iacob deferat, aut potius nunquam munus Iacob, id est, supplantare vitia, & affectus vincere, derelinquat. Sic enim post hanc vitam, nomen, & munus Iacob omnino deponet, & in perpetuum vocabitur Israel, qui dicat : Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. ]

Genes. 35. 10.

Genes. 32. 30.

Sed quare semper est mortificationi vacandum : Ideo profectò, quia caro semel afflictione siccata, iterum viret, sensus domiti denuo se aduersus rationem erigunt, & affectus repressi, si à mortificatione cessamus, maiori impetu conualescunt. Quem admodum enim, eo quod herba viuunt, artique obstant, sæpe fit, vt vitidarij cultor varias de myrto figuras effingat, & tamen semel, & iterum forfice resecat, ne amputatæ breui syluescant : ita et quod hortus Domini, qui animus noster est, cum omnibus suis cupiditatibus, ac libidinibus viuunt, postquam in eo Christi effigiem, pulchramque iustitiæ formam effinxerimus, necesse est, vt iterum atque iterum mortificationis gladio quæ pullulant, reseceamus ; ne quæ multo labore præstitimus, in casum elaborata lugeamus. Si lapidem incidas, & in eo non sine magno labore imaginem crucis insculpas, nunquam illa deletur, quia lapis vita carens minime nouis augmentis accrescit. At tu non es lapis, vita & sensu carens, sed homo mutationi subiectus, in quo affectus veteris Adæ quotidie reuirescunt, & robur aduersus virtutem assumunt : quomodo poteris securè dormire, & ab assidua ipsorum compressione cessare ? Illius fortis mulieris, quam Salomontâ gloriosè laudat elogiis, vna vestis ex fortitudine & decore componitur. Fortitudo, ait, & decore indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. ] Fortitudo mentem perseverantem designat, qua quis aduersus se pugnat : & decore, nitore puritatis, quo semetipsum

Prov. 31. 25.

exornat.



exornat. Ideo autem vitis & eiusdem vestis fortitudo & decor, partes esse dicuntur, quia qui perseuerantiam sui abnegatione obliuiscitur, minime perfecte virtutis pulchritudine decoratur. Quinimo dum homo prius se abnegans, atque mortificans ab studio abnegationis cessat, paulatim ex mundicia ad immundiciam, & ex magna perfectione ad magnas imperfectiones declinat. Estque similis statuae per somnium a superbo illo Rege respecta, quae in auro cepit, & in luto finiuit. Huius statuae, inquit Daniel, caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter, & femora ex aere, tibiae autem terreae, pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis. Ecce imaginem tepidorum, & instabilium hominum, qui ab auro in luto decidunt, & miseras sensuum oblectationes resumunt. Charitatis aurum & feruor, illos quasi coelestes faciebat, qui sola coelestia sapiebant, & visibilia, quae fortiter reliquerant, ignorabant. At si incipiant tepescere, non iam ardentissimo amore, sed scientia, & rerum cognitione, in argento signata, delectantur. Postea solo aere id est, sermone sonante contenti, ea praedicant, quae nec digito quidem tangunt, adeo ut inter eorum linguam & vitam, plusquam inter caelum, & terram interitet. Deinde efficiuntur homines ferrei, duri, & indomiti, quos nulla exhortatio mouet, nulla imminens ultio terret, nullum diuinum beneficium emollit. Tandem apparent, quod sunt, nempe homines lutei, qui in conno suarum cupiditatum herent, & nihil sanctitatis in eorum conuersatione resplendet.

Vel aliter possumus cum Ricardo Victorino hunc casum hominis instabilis, & non perseuerantis explicare. Nam tunc est aurum, cum charitatis seruore regitur, & ob amorem aeternorum temporalia omnia vilia reputat. Tunc est argentum, cum non charitate, sed deliberatione gubernatur, qui se cohibet, & bonum agit, non quia haec ex amore delectant, sed ex cognitione, ut necessaria ad spiritalem vitam conseruandam placent. Qui licet pretiosior sit metalli, bonum enim est veritatem amare, tamen eo miser est; quia ex auro ad argentum cecidit, & qui prius ad virtutem amore ferebatur, postea ad virtutem ratione se cogit. Aduersus quem Dominus aliquid haberet, quod primum seruorem charitatis reliquit. Tunc est aes, quando ex veritate transit ad vanitatem, & bonum operatur exterius, non virtutis sed laudis amore. Qui sancta loquitur, & exteriori quidem specie, aliqua virtutis opera ostendit, at impurus est desiderio & cogitatione. Nomen habet quod viuat, sed mortuus est. Est ex illis, qui loquuntur patem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum; quia sub verbis pacificis, virtutemque sonantibus, cor non in eo, quod praedicat, sed in eo quod delectat, sine timore constituit. Tunc est ferrum, cum non valens dissimulare, nec potens quod cupiebat, simulatione expiscari, illis insensus est, quos prius ad adulationem honorare decreuerat. Habetque pedes veloces ad effundendum sanguinem; utpote partim ferreos, quoniam dum illis, quos suae voluntati obsequentes non videt, ita scitur, omnem humanitatem deponit. Tunc demum est testa & lutum, quando palam, & sine vilo fuce antiquas repetit voluptates, & vitae austeritatem, quam bene ingressus fuerat, male abiicit, & cordis sui desiderii se committit. Ne ergo ex auro in lutum, & ex caelo in caenum cadamus, necesse est, ut semper nos cohibere, ac abnegate curemus. Vix enim his, qui perdidit sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuenterunt in vias prauas. Et quid facient, cum

**A** inspicere coeperit Dominus? J. Vix, inquam, illis, qui cito se corunt, qui spiritu coeperunt, & carne consummantur: qui postquam equum reflectarium corporis sui, aliquo tempore domiti timore continuerunt, postea lassati, ei habenas suorum desideriorum laxarunt. Nam cum a viis rectis omnis virtutis discesserint, & vias distortas suarum voluntatum ingressi fuerint, quid aliud nisi miserabiles casus, & anima mortem, ad quam illae viae ducunt, iure possunt expectare? Quid faciet Dominus? Certe illos acriter increpabit, qui non poterunt breuissimi in morula huius fugacis vitae cum illo vigilare. Cum tamen e contrario iustis praecipitur sit, ut constituant diem solemnem in condensis usque ad cornu Altaris. J. id est, ut usque ad finem vitae se ipsos per mortificationem immolantes, quasi in magna turba hominum, quae solet ad solennia festa conuenire Domino festa concelebrent. Solemne namque Domino die, ait Gregorius, in confrequentationibus constituit, quibus se assidue in eius desiderio affligit. Qui nimirum solennitatis dies usque ad Altaris cornu tendi praecipitur: quia tandiu necesse est, ut quisque se afficiat, quousque ad superni sacrificij altitudinem, id est, ad aeterna gaudia peringat. J. Priusquam illuc veniamus, cessandum non est, quia toto vitae tempore holocaustum abnegationis Domino offerendum est.

Hanc abnegationis assiduitatem, & in mortificatione perseuerantiam, suo exemplo docuit mundi Saluator, qui totos dies mortalitatis suae in laboribus, & afflictionibus, & vitae austeritate transegit. Nec in his exemplis laborum, illustrissimis cessauit pij magistri docendi sedulitas, sed actus in crucem, & ad descensum sub fidei pollicitatione a suis crucifixoribus inuitatus, illis hoc remedio perseuerantiae inimico subuenire contempsit. Dicebat illi: Christus rex Israel, descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. J. Ille vero noluit a cruce descendere, tum quia effi caciùs in cruce positus, quam crucem fugiens, eos ad credendum horrabaturum, ut nobis certissimam aeternitatis viam, scilicet perseuerantiam, in mortificationis cruce monstraret.

**C** Ita & nos, inquit Bernardus, quicumque sequimur caput nostrum, tota die hac, qua plasmati, & redempti sumus, non cessemus agere penitentiam, non cessemus rollere crucem nostram, perseuerantes in ea, sicut ipse perseuerauit, donec dicat spiritus, ut requiescamus a laboribus nostris. Neminem audiamus, non carnem & sanguinem, no spiritum quemlibet, descensum a cruce suadentem. Peristamus in cruce, moriamur in cruce: deponamus aliorum manibus, non nostra leuitate. Caput nostrum deposuere viri iusti: nos ergo dignatione sua, Angeli sancti deponant, ut consummata vtiliter die crucis, secunda, quae post mortem est, quiescamus suauiter, dormiamus feliciter in sepulchris, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, qui resuscitabit corpora nostra, tertia die, configurata corpori claritatis suae. J. Hae ille, Exemplum itaque Christi non ad intermittendam abnegationem, sed ad perseuerantiam in cruce vocat. Hae crux nos paruos teneat, quia & eius paruula est, quae corpus solum onerat, & superflua tantum corporis, sensumque mortificat. Crux etiam nos proficientes altringat, quia & crux medicatrix est, quae interiores affectus, & propriam voluntatem, & iudicium premit. Crux demum nos iam ad perfectionem tendentes excipiat, quia & crux magna magnis preparatur, quae eos desolationibus, persecutionibus, humiliationibus, & derelictionibus opprimet, destinato tempore gloria magnorum perfectis

**D** ea, sicut ipse perseuerauit, donec dicat spiritus, ut requiescamus a laboribus nostris. Neminem audiamus, non carnem & sanguinem, no spiritum quemlibet, descensum a cruce suadentem. Peristamus in cruce, moriamur in cruce: deponamus aliorum manibus, non nostra leuitate. Caput nostrum deposuere viri iusti: nos ergo dignatione sua, Angeli sancti deponant, ut consummata vtiliter die crucis, secunda, quae post mortem est, quiescamus suauiter, dormiamus feliciter in sepulchris, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, qui resuscitabit corpora nostra, tertia die, configurata corpori claritatis suae. J. Hae ille, Exemplum itaque Christi non ad intermittendam abnegationem, sed ad perseuerantiam in cruce vocat. Hae crux nos paruos teneat, quia & eius paruula est, quae corpus solum onerat, & superflua tantum corporis, sensumque mortificat. Crux etiam nos proficientes altringat, quia & crux medicatrix est, quae interiores affectus, & propriam voluntatem, & iudicium premit. Crux demum nos iam ad perfectionem tendentes excipiat, quia & crux magna magnis preparatur, quae eos desolationibus, persecutionibus, humiliationibus, & derelictionibus opprimet, destinato tempore gloria magnorum perfectis

**E** ea, sicut ipse perseuerauit, donec dicat spiritus, ut requiescamus a laboribus nostris. Neminem audiamus, non carnem & sanguinem, no spiritum quemlibet, descensum a cruce suadentem. Peristamus in cruce, moriamur in cruce: deponamus aliorum manibus, non nostra leuitate. Caput nostrum deposuere viri iusti: nos ergo dignatione sua, Angeli sancti deponant, ut consummata vtiliter die crucis, secunda, quae post mortem est, quiescamus suauiter, dormiamus feliciter in sepulchris, expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, qui resuscitabit corpora nostra, tertia die, configurata corpori claritatis suae. J. Hae ille, Exemplum itaque Christi non ad intermittendam abnegationem, sed ad perseuerantiam in cruce vocat. Hae crux nos paruos teneat, quia & eius paruula est, quae corpus solum onerat, & superflua tantum corporis, sensumque mortificat. Crux etiam nos proficientes altringat, quia & crux medicatrix est, quae interiores affectus, & propriam voluntatem, & iudicium premit. Crux demum nos iam ad perfectionem tendentes excipiat, quia & crux magna magnis preparatur, quae eos desolationibus, persecutionibus, humiliationibus, & derelictionibus opprimet, destinato tempore gloria magnorum perfectis

Dan. 2. 32-33

Ricard. lib. 1. de erud. dicit inter homin. c. 24.

Apo. 3.

Psal. 27. 3.

Ecc. 2. 15.

Psal. 117. 28.

Greg. 9. mor. c. 15.

Marc. 15. 32.

Bern. ser. 1. in die Pasche.





parata coronat. Dies brevis huius vite, dies laboris est, quo diem longum æternitatis, in quo est vera requies, ab omni labore mercamur: ne hunc diem quietis, & pausionis velimus facere, quo proculdubio negligenter, & desidiosè transacto, in illo æterno, quod sequitur, non quietem, sed sine fructu laborem, sine consolatione dolorem, & sine vlla reque afflictionem habebimus. De resurrectionis die scriptum est: Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. ] De diebus verò mortalitatis dicitur: Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. ] Laboremus itaque nunc, & terram cordis nostri mortificatione colamus, vt in septimo die ineffabili gaudio lætemur. Aufer, ô frater, iram à corde tuo, ] interiores affectus cohibendo, ] & amoue malitiam à carne tua, ] corpus discretæ afflictione domando, quoniã ] adolescentia, & voluptas vana sunt. ] Veritas autè & sapientia est in corde tenili, quod præsentia paruarepsit, vt futura, magna & æterna possideat.

Psal. 117.

24.

Exod. 20.

9.

Ecclesi. 11.

10.

*Mortificationem esse magni momenti,  
etiam in minimis.*

## CAPVT XVI.



**M**ORTIFICATIONIS assiduitas aliam detegit mortificationis qualitatem, quod scilicet ad res minimas, & parui momenti se debeat extendere, in quo non est minima, sed maxima, supra id quod dici potest, ad vitam spiritualem meritum accessio. Non semper magna occurrunt abnegatione refecanda: quia sicut in bello pauci sunt duces aliorum, pauci etiam sunt milites fortissimi, qui contratio regi metum incutiant: multi verò milites ignaui, & ad ignobile militiæ vulgus pertinentes, quos solus clangor buccinæ turbat, & terret: ita aduersariorum aduersus animam militantium pauci sunt magni, qui negotium nobis facessant, si ad innumerabilem pusillarum imperfectionum turbam comparentur. Sunt igitur inter viros iustos nonnulli, qui nondum cum magnis, & fortibus imperfectionibus confluere audent, nec sperant se reportaturos de aliquo strenuo hoste victoriam. Sunt etiam alij proficientes nimirum, atque perfecti, qui iam magnas imperfectiones vicerunt, nondum tamen in minoribus seiplos plenè superarunt. Atque aded illis abnegatio in rebus minimis necessaria est, vt ex minimis cum mediocribus imperfectionibus, & ex mediocribus cum maioribus pugnare discant: & istis etiam est vtilissima, vt vitam perfectam, & vitam sanctorum similem, qui in minimis etiam seiplos abnegarunt, sectari consuescant. Quemadmodum enim tex, expugnato regno, quod aduersum se rebellauerat, occisusq; defectionis ducibus, solet in infimam quoq; turbam scuire, si eam minimè obedientem futuram, atq; fidelem speret: sic iustus subacto regno cordis sui, & vitis maioribus grauioribusq; prostratis, turbam minimarum imperfectionum abnegatione persequitur, qua viuente, scit se perfectorum pacem habere non posse. Ex quibus constat, omnibus necessariam esse in rebus minimis abnegationem, sine qua nunquam ad perfectam virtutem minima etiam corrigentem peruenient. Ad quod fortè hortabatur Ecclesiasticus, dicens: Minimum pro magno placeat tibi, & improprium peregrinationis non audies. ] Id est: minora quæque merita, quæ in minimis abnegationibus reperuntur, magni reputa, ne eorum, qui alienis facultatibus sustentari volunt, improprie impe-

Ecclesi. 29.

30.

**A**taris. Quæ enim has paruas merendi occasiones contemnuunt, cum maiores in promptu non habeant, & si haberent, minus eis veluti difficilioribus vterentur, ex alienis suorum maiorum meritis gloriantur. Sed tunc improprie peregrinantium audiunt, quia vt alieni ab illis bonis, quæ non sunt, sed maiorum sunt, à sapientibus, & res æqua lance astimantibus iridentur.

Planè hæc minima abnegationis opera pro magnis reputanda sunt, quæ à Domino nobis commendata noscuntur. Nam turba illa magna hominum quinque panibus, & duobus piscibus refecta, dixit: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. ] Quid enim per quinque panes, & duos pisces, nisi maiora virtutis opera, & maiores labores, quos nemo iustus despicit, indicantur? Et quid per fragmenta, nisi minores occasiones patiendi, & se abnegandi innuuntur? Sed hæc etiam ab Apostolis, & Apostolicis viris colligenda sunt, ne præ incuria pereant, & panibus integris, id est, maioribus occasionibus meritorum deficientibus, qui fragmenta contempserit, quibus se vitumque reficere poterat, præ fame deficiat. Hæc panum reliquæ, hæc scilicet minimæ abnegationes omittendæ non sunt, quas qui audè petierit, etiam integrum panem recipiet. Chanaanæ illa à sinibus Tyri & Sydonis egressa, duriter à Domino tractata respondit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. ] Iam certè fines superbiorum egressa fuerat, quæ humilitate vestita, micas, id est, paruas etiam lucrandi occasiones sibi viles esse putabat. Et quia has non abiicit, ore Domini laudata est, & filiæ sanitatem impotunè postulatam recepit. Denique audiuit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. ] Ita & nos, si micas non despexerimus, id est, minimas nos abnegandi occasiones, quas diuites, nempe superbi despiciunt, non iam solum de fide, sed & de humilitate laudabimur, & maiora, quæ cupiebamus, incrementa virtutum impetrabimus. Ideo sanè pauper Lazarus iustus describitur, qui tamen cupiebat saturari ] de micis, quæ cadebant de mensa diuitis: ] quoniam proprium iustorum est, has paruas micas, nempe modicas se abnegandi occasiones expetere, & illis sui desiderij ventrem explere. Meritò verò dicitur, quod in domo crudelis diuitis nemo huic pauperi micas dabat, quia qui luxui seruiunt, hæc parua merita à iusto subtrahunt, dum illum ista quærentem, exercitentemque contemnuunt. Ipse verò etiam irritus, & cum indignatione repulsus, paruas sui abnegationes sectari non desinit, quas magni cuiusdam profectus esse initia cognoscit.

Ioan. 6.

12.

Matt. 15.

27.

Lucæ 16.

27.

**E**Hæc in minoribus abnegatio nos expedit, vt purissimas orationes fundamus, & ad diuinos amplexus euolemus. Neq; enim solæ magnæ imperfectiones nos vincunt, sed etiam minores ligant, & ab hoc sacro volatu in cælum impediunt. Quid autem refert si ferrea catena, aut fune ex serico contexto tenearis, si vincetus manes, & ab his, quæ tuum statum ac dignitatem decent, cessare compelleris? Quid refert si oculis tuis laminam magnam, aut paruam obiicias, si hæc non minus quam illa mentem obnubilat, vt cælestia contemplari non possis? Audi Cassianum, quibus verbis parua etiam ad curas sæculares, quæ ab oratione separant, pertinere desinat. Et idcirco, inquit, morbum ambitus sæcularis nostris mentibus non inesse, non vitique eorum tantum negotiorum abstinentia comprobabit, quæ etiã si velimus, explere non possumus,

neque



neque illarum despectus rerum, quas si affectauerimus, tam apud spiritales viros, quam apud sæculi homines notabiles prima fronte reddemus: sed cum etiam illa, quæ nostræ suppetunt potestati, & honestate quadam videntur obnubi, rigida mentis distractione respuimus. Et re vera non minus hæc, quæ parua videntur, & minima, quæque ab his, qui nostræ professionis sunt, cernimus indifferenter admitti, pro qualitate sua aggrauat mentem, quam illa maiora, quæ secundum suum statum sæcularium sensus inebriare consueverunt, nõ sinentes deposita fœce terrena, ad Deum, in quo semper defixa esse debet intentio, monachum respirare, cui ab illo summo bono vel parua separatio mors præsens, ac perniciosissimus interitus est credendus. ] Hæc ille, quæ satis ostendunt non solum magna, sed & parua perfectioni diuinæ familiaritatis obitare, quam si cupimus, illa quoque parua sunt abnegatione refecanda. Odor indumentisponse, cui comparetur, attende. Odor, ait, vestimentorum tuorum, sicut odor thuris ] Thus lacryma est cuiusdam arbusculæ in Arabia nata, quam, ut istud aroma effluat, non præcidunt, sed in cortice thuris auidi incisionibus paruis aperiunt. In qua arbuscula imaginem iustorum inspicio, qui paruis, sed assiduis abnegationibus cadendi sunt, vt odoratissima contemplationis thura profundant. Si verò sensibus, & affectibus integri manere velint, nec se ipsos gladio mortificationis incidere, non mirum erit, si boni odoris suauitate careant, quam solent in conspectu Domini, viri mortificati & spirituales inferre. Hæc enim miorum abnegatio tetrum odorem eliminat, quem assidua imperfectioes emittunt: efficiuntque ea virtutum odore præcipui, vt Deo & hominibus placeamus.

Est etiam huius abnegationis alia vtilitas, & quidem maxima; quod dum nos in rebus minimis abnegamus, sensim propriam voluntatem, cunctorum malorum seminarium, proterimus, qua prostrata ad mirabilem quandam, & non nisi expertis cognitamentis tranquillitatem peruenimus. Nam & nonnulli sunt, & nunc quoque (cum manus Domini abbreviata non sit) qui vita apparent quasi cœlestes homines, & regiones illas supremas incolentes, quos affectus humani ferè non tangunt. Qui nec prosperitate inflantur, nec aduersitate turbantur, nec honores aut dignitates appetunt, nec discessum ex hac vita metuit, nec aliquid, nisi Deum, concupiscunt. Hic status licet aliquando sit effectus cuiusdam profundæ & superæ orationis, qua mens ad tempus in rerum cœlestium admirationem raptâ, ab his vilissimis & abiectissimis rebus auellitur, tamen interdum sine isto magno contemplationis dono est effectus cuiusdam sublimis mortificationis, qua homo à sua propria voluntate separatur. Hanc autem abnegationem præcipuam rerum minimarum assiduas abnegationes pariunt, cuius rei testis est Dorotheus, qui cum dixisset impassibilitatem (sic enim vocat magnam tranquillitatem animi) mortificatione propriæ voluntatis acquiri, & istam assiduis abnegationibus comparari, subdit cuiusnam generis esse debeant hæc abnegationes, dicens: Nec quisquam hoc putet arduum & difficile (propriam scilicet moderari voluntatem) cum breui compedio & spacio quis seipsum possit, si velit, decies abnegare. Quod quo pacto fiat, edocebo: Obambulat aliquis, & quiippiam conspicatus persuadetur à cogitatione, vt id aduertat: at is cogitationi, & non bonæ persuasioni repugnat, seque auertit. Rursum inuenit quis nugis, & variis rumoribus occupatos, persuadet, vt se turbæ quoque immisceat, & verba pariter inferat; negat id se acturum, & auersus aliò propriam vo-

**A** luntatem abscondit. Item succurrit vili, vt coquum adeat, interrogetque, quid patet obsonij: non adit, ac se cohibet. Cernit aliquid in culina, quis illud attulerit sollicitatur interrogare, comprimit appetitum & vocem, & nihil percunctatur. Sicque dum parua quæque præcidit, sensim quæcumque præcidere aduentia consuescit, & iam summa cum requie nihil præter voluntatem suam se sentit habere, & quicquid factum fuerit, eo ita contentus est, ac si ad vota sua euenisset. Qui enim proprium nihil habet aut suum, quicquid factum fuerit, id proprium putat. Cumque nullam affectionem habeat, omnino tandem (vt dixi) ad impassibilitatem animi perducitur. Aduertite igitur quantum pusillu hoc proficere nos faciat, & propriam abscondere voluntatem, quantum conferat. ] Hæc omnia Dorotheus. Quod si magnum est, propriam abnegare voluntatem, si pretiosum est, mentis tranquillitatem acquirere: iam elucet quanti momenti sit abnegationi minimarum imperfectio- num insistere. Nam profecto qui hoc genus abnegationis respuunt, & sibi metipsis in minoribus imperfectioibus condescendunt, homines sunt propriæ voluntati nimis addicti, qui nunquam in virtute magnos progressus facient, neque vsque ad aliquam mediocritatem, carnem spiritui subiicient. Præcepit Dominus Sauli, vt percuteret Amalec, & demoliretur vniuersa eius, interficeretque vsque ad paru- los, atque lactentes; ] quo innuitur, omnia quæ ad regnum peccati spectant, tam magna, quam parua esse mortificatione vastanda. Qui verò Saulem inobediencia imitatur, & vilio- rem, quam ille, rationem iniens pretiosioribus immolatis abiectiora referuat, timeat ne coram Domino quodammodo damnabilior existat. Saül namque melioribus referuatis, vilissima quæque demolitus est, ad quod impulit eum possidendi cupiditas. At tu, qui maiora & pretiosiora reliquisti, quata increpatione dignus existimaberis, si ob minima non mortificata, regnum cordis tui nunquam plenè subiectum Domino, pacatumque possideas? Ille quidem grauius deliquit, quia in re magni momẽti Deo inobediens extitit, at tu primo aspectu impudẽtius deficis, quia ob res nullius ferè momẽti diuinæ voluntati minimas etiam imperfectioes detestanti cõtradicis.

**D** Nec solum minores defectus sunt mortificatione tollendi, sed minima etiam delectatiunculæ, quamuis liceant, & nõ sint prohibita, præcedendæ, vt in his paruis ob amorẽ Domini relinquere maiora discamus. Id enim quam gratum sit Domino, qui magnus cum sit, minima nostra obsequia nõ despicit, notanda verba Blosij pientissimi viri declarant, quæ libet hoc loco ad verbum inserere. Quando quis, inquit, propter Deũ sensualitati, voluntatiq; propriæ etiam in rebus minimis reluctatur, ac se mortificat, rem ipsi Deo magis gratam fecit, quam si multos mortuos ad vitam reuocaret. Si duo homines in eodem itinere constituti elegantẽ flosculum offenderet, quorum alter cuperet quidem illum decerpere, sed melius deliberans diceret sibi ipsi: Dimitte eum propter Deum: alter verò nihil præmeditatus carperet florem: iste quidem simplici- ter decerpendo nõ peccaret, sed ille propter Deum dimittendo florem, tantum præ decerpente obtineret meritum, quanta est distantia cœli à terra. Quod si pro tantilla mortificatione Deus tam grandẽ mercedem restituet, quantam illis redditurus est, qui se & omnia pro eius amore contẽnunt, atq; relinquunt? Asceta ergo frequẽter dicat Deo intra se: Propter te, Domine, nolo illud videre, cum necesse nõ sit, vt ipsum videat: propter te nolo illud audire, nolo illud gustare, nolo illud loqui, nolo illud tangere. Ipse Deũ in fundo anime suæ perfecte sentire nõ poterit, nisi in eo moriatur

Cam. 4. 11.

1. Reg. 15. 3.

Blosij in lib. instit. spirit. c. 2.

Dorothei doctrina. 1.



quicquid inordinatum est.] Hactenus ille. Et re vera, ista verba sunt consideratione dignissima. Videntur enim primo aspectu studium istud modicarum abnegationum supra nimirum extollere, si tamen attentè inspiciantur, nihil asserunt, quod limites excedat veritatis. Mortuos enim suscitare, opus esse solet gratiæ cuiusdam gratis datæ propter vilitatem aliorum, quam mali, & qui audituri sunt: Non noui vos: Discedite à me operarij iniquitatis,] aliquando recipiunt. Se verò ipsum in minimis abnegare, solet ab animo pio, & perfectionis ac Dei amatore prouenire, qui hac abnegatione suum in Deum amorem testatur, & gratiæ, ac gloriæ maioris mercedem accumulatur. Qui florem ad non prohibitam delectationem, carpit, quoddam naturæ opus videtur facere, quo nimirum seipsum & suam oblectationem querit, cui operis facti, & in nullo alio fine ordinato, nullum præmium supernaturale respondet. At qui florem abnegationis propriæ gratiæ dimittit, opus meritorium, & Deo gratum facit, quod ipse, si ab homine iusto fiat, æterno præmio compensat. Si autem querat, quare tam grata sunt Domino ista modicæ abnegationis obsequia? Duplex nunc occurrit ratio: Altera ex parte hominis offerentis, altera verò ex parte Domini acceptantis. Hæc est: Quòd Deus iustos suos non tantum verissimè & fortissimè, sed etiam tenerrimè & dulcissimè amat. Vnde sicut pater libentissimè accipit pomum ab infante filio sibi oblatum, & quasi dono illo delectatus filium amplectitur, & osculatur, & pomum sibi nullius vtilitatis, ad testandum amorem suum statim aureo, vel gemma, vel dono alio maiori perfoluit: ita Dominus misericors iustorum pater, quasi amore suorum paruulorum victus, hæc minima obsequia gratissima reputat, & non semel amplexu, & osculo, & gemma, id est, post modicum data consolatione repensat. Illa verò est: quòd homo has paruulas abnegationes exercens, in modico se mortificans, in magnis occasionibus se fidelitatem habiturum ostendit: iuxta illud: Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est.] Et hæc modicæ abnegationes, animum pium, modestum, suam paruiter cognoscentem monstrant, qui se pauperem putat, & minimis etiam proficiendi occasionibus se indigere faretur. Hanc autem modestiam ac humilitatem, ille humilium amator, & humilitatis præceptor tum gratissimam habet, tum maiori præmio, quam nos putamus, cumulare decernit. Tu ergo vir Dei, qui perfectionis amore flagras, tepidorum & superborum opinionem ride, & licet illi paruas, & magnas abnegationes despiciant, & suum honorem, & commodum in omnibus querant; tu tamen minimas has abnegationes sectari non desinas. Semina sunt, quæ in optima terra humilis cordis reconditam copiosam segetem pollicentur. Initia sunt maiorum meritorum, quæ magnam perfectionem promittunt. Flores sunt, & illi quidem lectissimi, qui lectulum Sponsi, scilicet animam iustam, exornant, & suauissimo odore perfundunt. Quòd si licet iustorum elogium ad ipsorum actus transferre, audeo dicere, quòd [ minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam. ] Quia minimum actum, quo te abnegas, incomparabili præmio affectum videbis, & de paruularum abnegationum studio in perpetuas æternitates lætaberis.

Lucæ 16.  
10.

Isaia 60.  
22.

Quòd possit hominis mortificatio peruenire.

CAPVT XVII.



A C, qua diximus, abnegationis assiduitate mens ad magnam virtutem ascendet, & in spiritu puritatis supra id, quod tepidi cogitamus, diuina gratia aspirante, proficiet, nunquàm tamen in hac mortalitate posita ad omnimodam tranquillitatem perueniet. Semper enim vitia, licet penitus à viro perfecto victa, externis occasionibus emergentibus iterum ingredi, & dominari nitentur: & affectus, qui extinguì non possunt, rationis ordinem prætergredi, atque à debita mensura exorbitare curabunt, & internam serenitatem aliqua turbatio concutiet. Illud ergo spiritualis vir per studium mortificationis affectui cupiat, quòd perfecti sunt assequuti, nimirum vt passionibus suis, cum insurrexerint, censura distinctione compescat, at non putet se facere vt nunquam insurgant. Pugnet aduersus defectus suos viriliter atque constanter, non tamen pusillanimis fiat, dum vniuersos expugnare non valeat, quia id huius vitæ possibilitatem excedit. Neque enim conditio nostra fragilis naturæ fert, vt immoti stemus, & nunquam saltem in leuib; cadamus, nec voluntas Domini est, vt in acie positi semper à bello cessemus. An potest terra aquis irrigata nullam herbam, nullum tribulum, aut spinam progignere? An potest mare ventis agiturum quasi in malacia quiescere? An potest ignis, appositis fomentis, non crescere, & ac si combustibilia deessent, extingui? Sed cor nostrum terrenum rerum sensibilem aspectu & infusione rigatur, sed tentationibus, saltem ab externo principio suscitatis, veluti ventis impellitur, sed nouis fomentis eorum, quibus indigemus, aut necessaria putamus, circumdatur; quam ratione poterit sine villo profus concupiscentiæ odore manere, sine villo motu desideriorum quiescere, sine villo fructu sibi cognato alicuius affectus inordinati peritare? Esto tamen, quòd ex parte naturæ nostræ hæc causa non virgeat, quæ sanè maximè virget, & nos non posse omni tranquillatione vacuos esse, patefacit: at quis herus seruum suum desidiosum esse patietur? Quis pater, si viscera patris habeat, filium dilectissimum non erudiet? Quis magister neque initia disciplinæ suos discipulos docebit? Dominus igitur, qui herus est noster, & magister, & Pater à nobis desideriam procul abiget, & omnem ignorantiam ac cæcitatem depellet. Quo autem occupabimur, si nullus insurgit motus, qui nostram virtutem exerceat, & ad opem postulandam alliciat? Et quid discemus, si primas syllabas, id est, nos ipsos compescere, & comprimere motus passionum insurgentes ignoramus? Ergo ad patris amorem, & Domini ac magistri prouidentiam spectat, vt defectus aliquos, & affectus huius vitæ, quibuscum pugnemus, & ex quibus nostram infirmitatem discamus, derelinquat.

E Iam duæ istæ causæ paulo latius euoluendæ sunt, ob quas non possumus, quantumcumque adhibita abnegatione perfectam mentis tranquillitatem, & (vt quidam ex antiquis errantibus nominarunt,) impassibilitatem acquirere. Primò igitur obstat huic perpetuæ tranquillitati ipsa humana natura, quæ ex duabus portionibus dissidentibus coagmentata, fieri non potest, vt altera aduersus alteram aliquando non pugnet. Caro etiam, si caro est, carnis affectus & motus habet, quandiu in aliam naturam non transit, &

caro



Hier. e-  
pist. 9. ad  
Salustianū  
ca. 5.

caro mortalis esse non definit. Vnde Hieronymus: Difficile est, quin potius impossibile, perturbationis initium carere quempiam, quas significantius Græci *καταπαθείας* vocant: nos, vt verbum vertamus è verbo, antepassiones possumus dicere, eo quòd incentiuu vitiolorum, omnium titillent animos, & quasi in meditullio nostrum iudicium sit, vel abiicere cogitata, vel recipere. Vnde & naturæ Dominus in Euangelio loquebatur: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemias. Ex quo perspicuum est iuxta alterius libri testimonium, procliuus esse cor hominis à pueritia ad malum; & inter opera carnis & spiritus, quæ Apostolus enumerat, mediam animam fluctuare, nunc hæc, nunc illa cupientem. Nam sine vitiis nemo nascitur: optimus ille est, qui minimis vrgetur, veluti si egregio in dispersis reprehendas corpore natus. Hoc est, quod aliis verbis Propheta significat: Turbatus sum, & non sum loquutus. Et in eodem volumine: Itacimini, & nolite peccare. Hucusque ille, Et huius perpetuæ pugnae optimè quidem radicem attingit: ex qua sequitur manifestè nos aliquibus imperfectionibus frequenter pullari, & aliqua peccata leuia saltem habere. Quis enim in continuo & prolixo prælio, quod vsque ad mortem durat, ita se geret, vt ab infestissimo, & fortissimo hoste nec minimum vulnus recipiat? Verum sanè est quasdam in nobis esse imperfectiones, quas, quia in abnegatione minimè perseueramus, non vincimus. Nam & Ioas rex Israel iussus ab Eliseo percutere terram baculo, cæpit ille quidem percutere, sed ante tempus destitit, ideoque per increpationem dictum est illi: Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percutes eam. Sic & nos aliquando inchoamus imperfectionem quampiam baculo abnegationis ferire, eam tamen, quia cito cessamus, nequaquam vsque ad perfectam victoriam percutimus. Verum est etiam interdum imperfectionem non vinci, quia tempus à Domino destinatum victoriæ concedendæ non venit. In cuius signum dictum est Dauidi volenti pugnare aduersus Philistæos: Cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutias castra Philistim. Quousque enim sonitus Domini venientis in adiutorium, in iustorum mentibus audiat, id est, quousque eius auxilium eos roborat, atque confortet, non poterunt suos aduersarios, nempe vitia & imperfectiones, cuincere. Hæc ita sunt: at multoties nec in pugnando perseuerantia deest, nec in tempestiuè victoriam volumus, sed ideo non vincimus, quia aduersus naturam semper terrena appetentem, & suum commodum quærentem pugnamus. Et sicut illa nunquam sua naturalia perdit, quia si perderet, iam natura humana non esset; ita nunquam ex toto suas vilitates, & imperfectiones amittit.

4. Reg. 13.  
19.

2. Reg.  
5. 24.

Iob. 3. 9.

Gregor. 3.  
mor. cap.  
19.

Secundo perpetuæ paci obsistit (vt ita dicam) diuina voluntas. Aliqua enim sunt in vitis iustis leuissima delicta, & imperfectiones minimæ, quas procul dubio, diuina gratia iuuante, possent destrueri, quia magna vitia dissipant, sed Deo permittente, non destruant, ne ex nimia tranquillitate superbia, & sui cognitionem & contemptum amittant. In hoc sensu accepit Gregorius illud Iob: Obtenebrantur stellæ caligine eius. Stellæ, inquit, huius noctis caligine obtenebrantur, quando & hi, qui magnis iam virtutibus splendent, adhuc de obscuritate culpæ aliquid renitentes sustinent, vt etiam magna vita

**A** claritate luceant, & tamen adhuc noctis reliquias, nolentes trahant. Quod ad hoc agitur, vt mens proficiens ad virtutem iustitiæ, sua melius infirmitate roboretur, & inde veniens in bonis luceat, vnde eam etiam nolentem, parua reprehensibilia humiliter obsecrant. Illud etiam eiusdem sapientis: Constituiti terminos eius, qui præteriti non poterunt, ad idem propositum accommodat. Quia nonnunquam, inquit, virtutibus proficere conamur, & quedam dona percipimus, à quibusdam verò repulli in imis iacemus. Nemo enim est, qui tantum virtutis apprehendat, quantum desiderat: quia omnipotens Deus interiora discernens, ipsis spiritualibus profectibus modum ponit, vt ex hoc homo, quod apprehendere conatur, & nõ valet, in illis non se eleuet, quæ valet. Hæc ille. Elias vir fortis, & zelator maximus gloriæ Dei, Achab regem non timuit, immò acerrimè reprehendit, Iezabelem verò infirmam mulierem formidauit; minisque eius exterritus [timuit, & surgens abiit, quocumque eum ferebat voluntas.] Petrus Apostolus Domini, & Ecclesiæ caput, militum cohortem solus aggreditur, & post modicum, ancillæ voce deiicitur. Hæc diuinam dispositionem, iustorum humilitatem custodientem insinuant, cuius beneficio fit, vt magnas tentationes vincant, nec tamen minimas imperfectiones assidua mortificatione prosternant. Quia videlicet melius est, vt parua imperfectio perfectos humiliet, quàm vt nulla imperfectio in superbiam eleuet, & in barathrum malorum, demergat. Habitauit, ait scriptura, Chanaanus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributarius, & in medio mentis iusta, & eximia dona possidentis defectulus aliquis non mortuus inhabitat, cuius præsentia ab elatione ipsam mentem expurgat. Qui meritò tributum pendens inducitur, quia licet nunquam omnino deficiat, assiduis tamen gemitibus, & lacrymis, & cura perugili ipsum mortificandi, tenuatur. Ac denique non solum Dominus animalia munda, sed & aliqua immunda in arca à diluuiio seruauit. Ex omnibus, inquit, animantibus mundis tolle septena & septena, masculum & foeminam: de animantibus verò immundis duo & duo, masculum & foeminam. Seruantur, inquam, animalia munda, id est sancti, ac puri affectus, vt suo tempore multiplicentur, & crescant: & seruantur animalia immunda, id est, imperfectiones minimæ, quæ manere permittuntur, vt animam in humilitate contineant. A diuina ergo voluntate pendet, quòd aliqua leuia peccata in iustis non funditus pereant, non quia ipse, qui summè bonus est, ad malum cogat, sed quia hæc mala & minus iusta permittat: non quia ea velit aut approbet, sed quia patienter sustineat. Iudicari enim melius esse, in dilectis suis parua mala permittere, vt eos in modestia & humilitate contineat, quàm nihil leuiorum imperfectionum sustinere, ex quo illos superbiendi occasionem accipientes amittat.

**B** Quid ergo ex hac veritate amator perfectionis eliciet? Id quidem, vt licet nunquam se plenè vincere possit, & omnes protus imperfectiones delere, non tamen ideo crucem deponat. Nec studium assidua abnegationis abiiciat. Huius enim assiduitate fortassis veniet ad eam mentis tranquillitatem perfectis concessam, & à Dorotheo verbis supra adductis, enucleatam, quæ magna est, supra quàm in experti putant, & omni conatu expetenda, licet (vt diximus) minimè omnem imperfectionem, nec omnem motum appetitus aduersum rationem insurgentem, excludat. Sed aliud est, quasi latratus canis à longè sentire; aliud verò canis dentibus areri, & moribus cruentari. Ita aliud est passiones quasi mustitantes,

Iob. 14. 5.

Greg. 12.  
mor. c. 2.

3. Reg.  
19. 3.  
Iou. 13.

Iesue 16.  
10.

Gen. 7. 2.

**E**





aut à longè oblatrantes audire, aliud verò ipsarum passim furore discerpi. Hoc ego quotidie experior, & imperfecti, mei similes frequenter patiuntur: illud verò perfecti in seipsis aduertunt, qui diuina gratia preuenti & adiuti, atque assidua mortificatione domiti, raros, & lentos insultus sentiunt, & veluti muscarum punctiones, quas discretionis manu abigunt, & paruo, aut ferè nullo labore propellunt. Si autem nunquam tantam pacem fuerit assequutus, at saltem ad illum statum accedet, in quo demones illum timeant, & affectus nihil iam procaciter audeant, sed ad bellum necessitatis pretextu, & honestatis colore obuoluti procedant. Et cum ad apertum malum allegerint, veluti animæ dormitionem expectent, cum scilicet æternorum oblita, & à consideratione rationum spiritualium segregata in aliquod temporale, & caducum intendant. Quod si sibilo serpentis tacta è vestigio resurgat, & ad remedia prauum motum expellentia se applicet, prauis motus, ac sensualitatis insultus, quasi cum rubore diffugiant. Si ne hunc perfectionis gradum mens obtinuerit, sed alium minorem acquirat, qui tamen miseram sortem, quam imperfecti, & segnes sustinemus, excedat. Et ipse labor assidua abnegationis utilissimus est, qui paulatim vitia extenuat, affectus ligat, corpus domat, & præmium æternæ exultationis expectat. Sciat homo pro consolatione sua, quia dum graui peccata expulit, seque à prauis suggestionibus per mortificationem auerit, Dominum apud se habet, & eius sit præsentia cõtentus. Illos qui se assidua abnegatione cohibent, nunquam tamen videntur sæculi mores deponere, nec in virtute proficere, iumento comparat Bernardus, cui Hierosolymam ingrediens insidebat Dominus, vt hoc se solatio demulceant. Postquam enim eos hortatus est, vt nitantur de iumentis in homines commutari, qui læti Saluatorem excipiunt, hæc subiicit: Quod si non faciunt, obsecro, vt in eo quod sunt, permaneant, & patienter interim ferant quæ salubria sunt, & si minus suaui, donec placeat Domino respicere humilitatem eorum, & in melius aliquid eos promouere. Vultis autem vt aliquatenus consolemur iumentum nostrum? Scimus equidem quia cantare non nouit. Neque enim de eis est, qui dicere possit: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.] Attamen vnum est, quod nemini cæterorum tam propè est Dominus. Nam nec ipsi, qui hinc inde adherent, tam propè eum habent, vt iumentum, cui insidet. Et audi hoc ipsum à Propheta: Propè est Dominus his, qui tribulato sunt corde.] Nam & mater, quem agrorantem nouit filium, magis fouet, & sapius amplectitur eum.] Sic ille. Hoc igitur pro magno habeant, qui se assidue abnegant, quòd Domino placent, nec longè est ab vnoquoque eorum. Et licet semper aliquibus affectibus proterantur; non tamen ob id desperent, neque à mortificatione desistant. Erit fortasse tempus, cum illa verba Iahaziel, super quem factus est Spiritus Domini, aure mentis excipient: Nolite timere, nec pauereis hanc multitudinem; non est enim vestra pugna, sed Dei.] Et rursus: Tantummodo confidenter stete, & videbitis auxilium Domini super vos.] Hæc, inquam, audient, & quæ multo tempore non potuerunt euincere, vno momento victa, & prostrata respicient. Et licet aliquid præteritæ conuersationis, aduersus quod pugnant, non plene adhuc eliminatum inquietet, planè beati erunt, quos Dominus vsque ad horam mortis pro sua gloria pugnant, & laborantes inueniet. Tunc ipse semifacta complebit, nec dum plene purificata mundabit, & pacem, ac mentis puritatem optatam concedet.

Bern. ser. 2. in ramis pal.

Psal. 118. 54.

Psal. 33. 19.

2. Paral. 20. 15.

Ad Mortificationem adhortatio.

CAPVT XVIII.



**V**M ergo mortificatio necessaria nobis sit ad spiritalem vitam sectandam, siue omnino vincamus, siue tantum irruptioni affectionum oblitamur, manifestum est, vsque ad extremum vitæ diem nunquam esse deserendam. Atque adeò cuique esse dicendum, quod de se & sanctus Iob: Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.] Omnibus enim diebus militandum est, & omnibus expectandum, quando bello importuno pax concupita succedet. Nam qui in hac vita non militat, & cum suis peruersis voluntatibus malam pacem conciliat, nullam sui in melius mutationem, nullam vitiorum victoriam, nullam vitam pacem expectat. Quare si interna cogitatio à nobis interrogauerit, quando tam importuno bello desistendum est, quando propriis voluntatibus cõdescendum; respondeamus illi, quod respondit Iehu nuntio regis Ioram: Quid tibi & paci: Transi, & seque me.] Quid, inquam, nunc anima mea de pace cogitas? Quid de hora somni, & quietis interrogas, cum huic vitæ non pax, tranquillitasque conueniat, cum hæc mortalis conuersatio perpetuum quoddam bellum sit: Transi magis ex desideris pacis ad ardorem sacri belli, & me hostes meos, id est, voluntates meas, & affectus meos insecantem sequere, donec impiam Iezabelem, id est, carnis prauam concupiscentiam, dilacerem; & Ioram, id est, elatum superbiæ appetitum sagitta transfigam. Inueterasti adhuc in terra aliena, & tenuisti in cõuersatione terrena: coinquinataque es cum mortuis, ac prophanoorum hominum desideris scædata: & deputata es cum descendentibus in infernum, cum his scilicet, qui sola inferiora appetunt, & terrena concupiscunt. Absurdum est itaque, vt pacem clames, donec per tuimet victoriam, iugum prauarum concupiscentiarum excutias. Non venit Dominus tuus pacem mittere in terram, sed gladium. ] quando in terra es mortificationis gladium para, superflua amputa, praua & impura desideria seca, & in mansiones cœlestes pacem haud dubiè veram, & nunquam finiendam referua. Sic nostris cogitationibus pacem ante tempus poscentibus respondeamus, & erubescamus esse ex illis, qui contra dictum Domini: Nemo potest duobus dominis seruire, ] & ipsi Domini, & nostris vanis desiderijs famulari gestimus? Nonne risu digna fuit petitio Naaman principis militiæ regis Syriæ, qui sanatus à lepra, dixit ad Eliseum: Hoc solum est de quo deprecaberis Dominum pro seruo tuo, quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, vt adoret: Et illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Et Dominum in Deum habere, & simul idolum adorare, aut adorationem simulare volebat, & duo inter se valde contraria, veri scilicet Dei adorationem, & falsi reuerentiam miscere. Cui meritò dixit Eliseus: Vade in pace. Non quasi propositum approbans aut legem, quam non poterat, solum Deum adorandi relaxans, sed quasi orationem pollicens, & Deo preces efflagitantem commendans. Ita & nos iusta increpationi subiacemus, si à lepra sanati prophanæ conuersationis velimus & Deum adorare, & simul affectibus cordis nostri seruire. Hi nos furantur, & sæpe cœlestibus meditationibus occupatos à conspectu Domini subtrahunt, & illi inuisos nos faciunt.

Iob. 14. 14.

4. Reg. 9. 18.

Barnab. 3. 11.

Matth. 10. 34.

4. Reg. 2. 18.

Non



Ecclesi. 15. 22.

Non enim, ut est in Ecclesiastico, concupiscit multitudinem filiorum infidelium, & inutilium. Infideles autem sunt, qui suis cupiditatibus famulantur, cum Deo debitam fidelitatem, tãquam omnium regi, non seruent: & inutiles, quia dum Deo, & sibi met seruire volunt, nec Deo, nec sibi satisfaciunt, & cor nimis angustum in duo, quæ copulari non possunt, sibi inuicem aduersa disperunt.

5. Reg. 21. 3.

Illi verò filij viles & fideles sunt, qui se totos Deo consecrant, & vtili se perfecte tradant, ab omni immoderata cupiditate se ipsos auertunt. Libenter mundo moriuntur, vt Deo viuunt, quia probè sciunt, se non posse Deo viuere, & sæculi desiderijs famulari. Naboth Izrahælitus iustus scribitur, & de constantia viri laudatur, quod vineam suam regi Achab dare noluit, quia petebat eam [vt in hortum olertum] verteret, sapienter cogitans, vt Hugo meditatur, indignum esse, quòd labor excolenda, & mortificanda carnis verteretur in hortum voluptatis. Sic prorsus iusti sunt, & viri constantes, qui post conuersionem suam, malunt occumbere, quam vinum mortificationis pro delicijs commutare. Hos imitatur nos, & filij viles reputamur, si sensus, & affectus nostros abnegationis censurâ cohibemus. Nemo de victoria desperet, quia Domino, cuius præsidio superaturus est, nihil impossibile aut difficile reperitur. Imperauit ipse pisci, qui deglutiuit Ionam, & euomit Ionam in Aridam. Imperauit Petro vt surgeret, & statim ceciderunt catenæ de manibus eius. Ab ipsis inferni, & mortis faucibus Lazarus vna voce tantum eripuit. Quare non poterit vnico verbo de nostris cupiditatis victoriam concedere, & bestias passionum mortificatione frænare? Istud ergo mortificationis studium cordi nobis sit ab ipso conuersionis exordio: nam si arbutula tenelle facile dirigitur, ad proceritatem verò progressæ, volenti eas rectitudine emendare, non cedunt: si pueri, quorum blanda sunt organa sensuum, prouisi sunt ad discendum, at ætate grandæ, ui nihil nouum tenere possunt: si pulli bestiarum, hominum arte domantur, grandes verò facti nullis laboribus mansuescunt: si hæc, inquam, ita sunt, facilius erit, nos in initijs spiritualis vitæ componere, quam post multos dies ad debitum ordinem reuocare. Caro ergo (quo nomine corpus, & sensus, & affectus, & carnales voluntates intelligi volumus) statim in initio conuersionis nostræ cohibenda est, vt suauiter vitam ordinemus, & prius nos iugo mortificationis subiectos, quam homines aduertamus. Non sit illa consiliatrix in his, quæ sunt aut cauenda, aut actione præstanda, sed magis lex spiritus, quæ licet carni aduersa, nobis tamen conducibilia suggeret. Id enim fortè præcepit Dominus, cum ad rectam in omnibus intentionem adhortans, ait: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Nam dextera manus, inquit Chryostomus, est voluntas anime semper ad bonum contentens: sinistra autem voluntas carnis semper Deo contraria. Nesciat ergo carnis voluntas, quod facit voluntas anima. Nesciat, inquam, id est, ne eius consensum expectemus, ne quid sibi bonum sentiat, inquiramus, sed magis quod ipsa non probauerit, & durum putauerit, dextera manus, hoc est, voluntas spiritus actione perficiat. Terra quidem, si sensum haberet, vomere proficilla gerneret, dolorémq; sentiret; sed non ob id eam subigere cessaremus, ne sterilis, atque infæcunda perstaret. Sic caro nostra abnegationis aratro mouenda est, licet gemat, ne hoc beneficio orbata syluescat. Vnde Ambrosius exponens illud Davidis: Inhabita terram, & pascetis in diuitijs eius. ita inquit, Quæ est terra, quam suadet inhabitandam, nisi anima tua, quam bene debes excolere,

Hugo 2. de clau. sro. an. ma. c. 23.

Jonas 2. 11. Act. 12. 7. Ioan. 11. 43.

Matt. 6. 3. Chry. in imperf. sro. hom. 13.

Psal. 36. Ambros. ad inuicem psal.

A frequenter spiritalibus inarate vomeribus, ne longo inhorrescat situ? Bonus enim agricola quotidiana operatione, & peruigili sollicitudine exercet agrum suum, & propria rura custodit, ne deuaftet ea aper de sylua, & fructus maturos raptor eripiat. Ara ergo terram tuam, vt cum venerit qui seminat verbum, animam tuam intueniat præparatam, ne supra inculta cordis tui decidat semen, & ventant aues cæli, & diripiant, quod fuerit seminatum. Hanc terram à principio affuescamus excolere, quia in hoc à terra, quam pedibus calcamus, manifestè scernitur, quòd hæc frequenter culta seminataque lassescit, adeò vt oporteat, eam aliquo tempore sine cultura relinquere: illa verò quò magis colitur & exercetur, eò feracior ad fructum ferendum inuenitur.

B Si verò spiritualem vitam malè cœpimus, & ad multos annos sine mortificatione viximus, saltem nunc ad mentem redeamus. Non est omnino fera nostra in melius mutatio, cui præmium respondebit illorum, qui ab initio laborarunt. Quia & qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt, licet & alij, singulos denarios. Et nos similiter tandem aliquando incipientes, præmium eorum, qui ab initio se abnegarunt, recipiemus, si quod laboris nobis deest, humilitate suppleamus. Non erit insuavis abnegatio, etiam post multum tempus assumpta, quæ tepidæ conscientie afflictionem euacuat. Verè enim, qui tepidè viuunt, & se ipsos palpant, dum sui abnegationem fugiunt, cruciatu longè acerbiores conscientie mordentis incurrunt. Quod pulchre indicauit sanctus Iob, dicens: Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Et alio loco de impio ait: Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Et Isaias: Qui fugerit à facie formidinis, caderet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. Hæc omnia quid aliud indicant, nisi paruam insuauitatem abnegationis fugientes, acerbioribus doloribus excipi desideriorum, qui non sortiuntur effectum, & implacabili conscientie dente morderi? Melius itaque est, modicam carnis tristitiam ex mortificatione prouenientem cum fructu pati, quam edacissimos propriæ conscientie morsus sine fructu sentire. Nec denique hæc fera abnegatio erit inutilis, quæ licet non tam facilè, ac abnegatio tempestiuè accepta, nos indomitos non relinquet, nec fructu profectus nostri carebit. Diligens enim institutio gratie auxilio roborata, excitata, & adiuta vincit procul dubio, & emendat naturam, & quam sine abnegatione velut immanem bestiam sufferebamur, per abnegationem mitem, & diuinis mandatis obedientem experimus. Et sanè non deest nobis ad hoc astuendum, argumentum ex Ambrosio deceptum. Illa, inquit, quæ consortium nostræ substantiæ non habent, agnoscunt tamen nostræ vocis imperium, & cum suæ naturæ nullam rationem habeant, nostre naturæ rationem capessunt, & quodammodo transfusam acquirunt. Equos videmus popularibus incitari studiis, gaudere plausibus, blandimentis delectari magistris. Toros leones cernimus naturalem feritatem, imperata mutata mansuetudine, suam rubiem deponere, nostros mores sumere. Et cum sint ipsi terribiles, discunt timere. Cæditur canis, vt pascatur leo, & qui sua iniuria exasperatur, coërcetur aliena, alteriusque exemplo frangitur. Quoties parata præda, & cibo obuius, famem perpeti malunt, dum offensam magistris verentur? Quoties repentino impulsu motu aperta ad morsus ora iussi resoluunt? Ita dum nostræ voluntati obsequuntur, suæ obliuiscuntur. Ex quo infert beatissimus Doctor, quod nos persuadere contendimus, sensus, & affectus institutione domari, &

Matt. 20. 9.

Iob. 6. 16. Iob. 20. 24. Isaiæ 24. 18.

C Quare non poterit vnico verbo de nostris cupiditatis victoriam concedere, & bestias passionum mortificatione frænare? Istud ergo mortificationis studium cordi nobis sit ab ipso conuersionis exordio: nam si arbutula tenelle facile dirigitur, ad proceritatem verò progressæ, volenti eas rectitudine emendare, non cedunt: si pueri, quorum blanda sunt organa sensuum, prouisi sunt ad discendum, at ætate grandæ, ui nihil nouum tenere possunt: si pulli bestiarum, hominum arte domantur, grandes verò facti nullis laboribus mansuescunt: si hæc, inquam, ita sunt, facilius erit, nos in initijs spiritualis vitæ componere, quam post multos dies ad debitum ordinem reuocare. Caro ergo (quo nomine corpus, & sensus, & affectus, & carnales voluntates intelligi volumus) statim in initio conuersionis nostræ cohibenda est, vt suauiter vitam ordinemus, & prius nos iugo mortificationis subiectos, quam homines aduertamus. Non sit illa consiliatrix in his, quæ sunt aut cauenda, aut actione præstanda, sed magis lex spiritus, quæ licet carni aduersa, nobis tamen conducibilia suggeret. Id enim fortè præcepit Dominus, cum ad rectam in omnibus intentionem adhortans, ait: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Nam dextera manus, inquit Chryostomus, est voluntas anime semper ad bonum contentens: sinistra autem voluntas carnis semper Deo contraria. Nesciat ergo carnis voluntas, quod facit voluntas anima. Nesciat, inquam, id est, ne eius consensum expectemus, ne quid sibi bonum sentiat, inquiramus, sed magis quod ipsa non probauerit, & durum putauerit, dextera manus, hoc est, voluntas spiritus actione perficiat. Terra quidem, si sensum haberet, vomere proficilla gerneret, dolorémq; sentiret; sed non ob id eam subigere cessaremus, ne sterilis, atque infæcunda perstaret. Sic caro nostra abnegationis aratro mouenda est, licet gemat, ne hoc beneficio orbata syluescat. Vnde Ambrosius exponens illud Davidis: Inhabita terram, & pascetis in diuitijs eius. ita inquit, Quæ est terra, quam suadet inhabitandam, nisi anima tua, quam bene debes excolere,

D Diligens enim institutio gratie auxilio roborata, excitata, & adiuta vincit procul dubio, & emendat naturam, & quam sine abnegatione velut immanem bestiam sufferebamur, per abnegationem mitem, & diuinis mandatis obedientem experimus. Et sanè non deest nobis ad hoc astuendum, argumentum ex Ambrosio deceptum. Illa, inquit, quæ consortium nostræ substantiæ non habent, agnoscunt tamen nostræ vocis imperium, & cum suæ naturæ nullam rationem habeant, nostre naturæ rationem capessunt, & quodammodo transfusam acquirunt. Equos videmus popularibus incitari studiis, gaudere plausibus, blandimentis delectari magistris. Toros leones cernimus naturalem feritatem, imperata mutata mansuetudine, suam rubiem deponere, nostros mores sumere. Et cum sint ipsi terribiles, discunt timere. Cæditur canis, vt pascatur leo, & qui sua iniuria exasperatur, coërcetur aliena, alteriusque exemplo frangitur. Quoties parata præda, & cibo obuius, famem perpeti malunt, dum offensam magistris verentur? Quoties repentino impulsu motu aperta ad morsus ora iussi resoluunt? Ita dum nostræ voluntati obsequuntur, suæ obliuiscuntur. Ex quo infert beatissimus Doctor, quod nos persuadere contendimus, sensus, & affectus institutione domari, &

E Quoties parata præda, & cibo obuius, famem perpeti malunt, dum offensam magistris verentur? Quoties repentino impulsu motu aperta ad morsus ora iussi resoluunt? Ita dum nostræ voluntati obsequuntur, suæ obliuiscuntur. Ex quo infert beatissimus Doctor, quod nos persuadere contendimus, sensus, & affectus institutione domari, &

Ambros. lib. 2. de Cat. c. 1.

natura



naturalem ferietatem deponere. Si enim hæc institutio tantum valet, vt bestias contineat, & manufaciat, quidni naturam nostram doctrinæ capacem, & ad virtutem creatam instituat, atque componat? Non itaque contenti simus, quia sæculi exteriora reliquimus, nisi etiam nos ipsos relinquamus, & affectus carnis moderemur. Nam Paulus formam spirituum virorum induens, ait: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.] An ambigis inter has duas crucifixiones aliquid esse discernimus? Sed audi illud ex Dorotheo. Quid, inquit, differt crucifigere sibi ipsi mundum, & mundo crucifigi? Mundus homini crucifigitur, cum mundo abrenuntiat homo, & exinde solitarius fit, relictis parentibus, possessionibus, agris, negotiationibus, rerum copia. Crucifigitur enim illi mundus, quia deserit eum. Quo pacto crucifigitur homo mundo? Cum scilicet vbi ex mundi rebus excefferit, certat aduersus rerum concupiscentias, aduersus voluptates, aduersus propriam voluntatem, subigitque innatas passiones & vitia.] Hæc ille. Duo itaque viris spiritualibus necessaria sunt illa dupliti crucifixione signata: Alterum, vt mundi bona deserant; Alterum, vt se mortificatione cohibeant. Qui illud tantum præstant, mundum sibi crucifigunt. Sed quid prodest frater, crucifixisse mundum, si tu per immortalitatem solutus manes, qui illum ad mortem animæ tuæ, vt tibi viuat, aliquando dissolues? Postquam ergo illum in crucem egisti, crucifige etiam te ipsum, vt ligatis per mortificationem manibus tuis, nunquam illum, qui te valet decipere & interficere, ex supplicio, quod meretur, eripias.

Non sufficit ergo, per abrenunciationem rerum secularium crucifixisse mundum, nisi etiam per veram sensuum, & cupiditatum abnegationem crucifigamus nos ipsos. Quia illa externa crucifixio, qua diuitias sæculi, & vestem hominum mundo seruiendum abieciimus, huius est interioris crucifixionis indicium. Mendacij autem arguemur, si vestis religiosa, aut spirituali viro accommodata vnum indicet, & animus illa religionis ostensione contextus aliud. Veli si indumentum, mortificationem, & rerum visibilium contemptum prædicet, & mens res visibiles concupiscat, & omnem mortificationem exhorreat. Hanc verò mendacij notam fugiemus, si mundi crucifixioni, aut rerum secularium renunciationi nostram crucifixionem, id est, nostri mortificationem, adiciamus. Implebimusque illud Pauli: State ergo succincti lumbos vestros in veritate.] Iam lumbos succinximus, si per externam abrenunciationem mundana contempsimus, sed tantum in simulatione, & non in veritate, si sensus, & affectiones minime cohibebimus. Tunc autem stamus succincti lumbos in veritate, quando status, & mens, vestis & vita à cupiditatibus mundi aliena consentiunt. Non enim sufficit, inquit Origenes, te apud homines videri seruare veritatem. Possibile namque est fallere homines, & veracem videri, sed non ex eo in veritate succinctus es, nisi & in conspectu Domini seruaueris veritatem, id est, non solum qua voce homines audiunt, sed ea, qua in corde perspiciat Deus: vt nihil sit falsum in lingua, nihil sit in corde fucatum, secundum quod Propheta dicit de talibus: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.] Si ita viuamus, iam mendacij non arguemur, immò potius, tanquam veri Christi imitatores, qui crucem laborum portamus, & in ea cupiditates nostras clavis diuini timoris affigimus, laudem fidelium Christi imitatorum promerebimur. Sic vita nostra, vt purissimum holocaustum, coram Domino in odorem suauitatis ascendet. Neque enim illi more

hypocritarum solam pellem, id est, externas diuitias, & voluptates offerimus, sed carnem, & ossa, & sanguinem, & medullas, scilicet quicquid in nobis pretiosum est, sensus, affectiones, voluntatesque litamus. Sic tandem ad imitationem Pauli, duas nobis crucis paramus: Alteram, qua mundus nobis ludibrio sit; Alteram, qua vicissim nos illi ludibrio simus. Vel potius cum fidei Abraham ad nostram requiem non vnum tantum, sed duo sepulchra coëmimus. Si enim, vt inquit Hieronymus, bis hominem necesse est mori, & bis ei vita debetur, æquum est, vt pro duplici morte, & pro duplici parte sui, duo etiam sepulchra condantur. Et corpus quidem anima vacuum in terra reconditur, vt in die resurrectionis suæ resumptum ab anima, viuam exeat: anima verò à vita carnis auulsa, Deo tamen viuens, in sepulchro abnegationis occultatur, vt inde peccatorum, & vitiorum victoriæ asurgat. Qui autem vnico carnis sepulchro contentus, alterum suæ abnegationis pro mente non querit, & secundum desideria carnis viuit, is non ad vitam, sed ad mortem & damnationem resurget.

Per mortificationem itaque vitæ nostræ consulimus, & victoriam de vniuersis vitiis comparamus. In cuius signum filij Israel profecti de Mara, venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palma septuaginta: quia videlicet ex amaritudine abnegationis ad refrigerium progredimur, & victoriæ palmam obtinemus. Hæc victoriæ, ac præmium nobis ob abnegationem paratum, semper ante mentis oculos obuieretur, vt illud ad molestias sustinendas corroboraret. Mala enim vitæ præsentis, inquit Gregorius, tantò durius animus sentit, quantò pensare bonum, quod sequitur, negligit; & quia non vult præmia considerare, quæ restant, grauius æstumat esse, quæ tolerat. Vnde & contra flagelli ictum cogitatio caeca conqueritur, & quasi infinita calamitas creditur, quæ diebus cursu labentibus quotidie finitur. At si semel quisque ad æterna se erigat, atque in his, quæ incommutabiliter permanent, oculos cordis figat, propè nihil esse hoc conspiciet, quicquid ad finem currit. Præsentis vitæ aduersa tolerat, sed quasi nihil esse, omne quod labitur, pensat. Quò enim se internis gaudiis robustius inserit, eò minus externos dolores sentit.] Sic ille. Secundum hoc, præmia nobis parata meditemur, pacem, & tranquillitatem, ac mentis puritatem in præsentis vitæ mortificationis concessam, & alia abundantissimam gloriam contemplemur, & sic libentissimè abnegationis laborem amplectemur, quæ profectò via est, qua ad illam gloriam properamus.

Arcta via est castitas, inquit Cyprianus, trames strictus, humilitas, ieiunio affligi, & carnem in seruitutem redigere, serupulosa sunt leuita, sed ad patriam superiorem, non nisi per meatus difficiles armati milites reuertuntur. Angusta igitur semita nobis terenda sunt, vt in illam latitudinem admittamur, quam Dominus seruis fidelibus pro eo laborantibus præparauit. Nec nos harum viarum difficultas, vel abnegationis austeritas à cepta vitæ ratione deterreat, quia quò magis has vias trauerimus, eò illas faciliores & suauiores inueniemus. Assidua abnegationis studia aquæ sunt, tales verò, vt nos lauent, non vt obruant, atque demergant. Aquæ sunt, sed aquæ transuentes & decurrentes, quæ nos à sordibus mundos, lætisque relinquunt. Vix pertransient, cum earum obliuiscemur, præ gaudio, & exultatione, quam afferet adepta mundicia. Miseria quoque obliuisceris, inquit Iob, id est doloris & angustia, quam abnegatio attulit, & quasi aquarum, quæ pertransierunt, non recordaberis. Decurret aqua, & frater, & dolor partus in tui abnegatione repertus tran-

Galat. 6. 14.

Dorothei. doctr. ad medium.

Ephes. 6. 14.

Origen. hom. 5. in Iosue.

Gen. 23. 9. Hieron. epist. ad Gelasium. Genestii est 30. To. 9.

Num. 33. 9.

Greg. 10. mor. cap. 12.

Cypr. de stella & Magia.

Iob. 12. 10.

fiet, sed



psal. 69.

fiet, sed non te aridum atque immundum, sed res-  
cillatum ac purificatum relinquet. Tantisper ad ve-  
esperum huius vite demorabitur fletus, sed sustine-  
quia ad maritimum letitia. Fletus satis modicus, &  
temperatus est, tu ipse expectis, & vix lacrymulas ali-  
quas mens tristis exprimit, neque enim iudicat suos  
labores magno fletu dignos, at letitia, quae te manet,  
non est parua, sed supra omnem nostram cogitatio-  
nem eximia. Hanc nullus dolor, nulla tristitia interci-  
piet, illum verò fletum etiam in ipso ortu suo immi-  
sa menti letitia temperat: ita vt homo de nouitate  
operum diuinorum stupeat. Nam postquam ex ani-  
mo, abnegationi se tradit, sic opposita iuncta, & mi-  
sta considerat, vt & de gaudio mundi tristetur, & de

A tristitia sui corporis, aut sensuum vehementer exul-  
ter. Merito ergo, Domine, canit seruus tuus Dauid:  
Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant ter-  
minos à signis tuis: Exitus matutini, & vespere dele-  
ctabis. Stupebunt, inquam iusti, & timebunt pra-  
admiratione mirabilium tuorum, quia non solum  
exitus matutini, id est, praemij, quod sperant, delecta-  
tione perfundes, sed etiam exitus vespere, & ipsa  
mortificationis initia, in quibus demoratur fletus,  
exultatione complebis. Vt sic tuam plusquam pa-  
ternam benignitatem admiremur, qui nostrae im-  
becillitatis miseratus, medicamentum abnegatio-  
nis insuaue, melle dulcedinis & consolationis il-  
linis.

psal. 64.  
9.

## PARS SECVNDA

### De Mortificatione exterioris hominis.

**E**XPOSITA utcumque mortificationis tum naturá, tum praesentia, reliquum  
est, vt ex generali tractatione calamus ad particularia, & magis vtilia se conuertat.  
In his autem, quae mortificatione reformanda sunt, esse aliquam ordinis rationem,  
Ioannes Cassianus aperte docet: & à carnalibus seu exterioribus ad spiritualia, & interiora pro-  
cedendum esse definit. Quod & Pauli auctoritate confirmat. Ille enim primo castigat corpus, &  
in seruitutem redigit, postea verò aduersus principatus, & potestates colluctationem instruit. Et  
sic, vt ipse alio loco ait: Non prius, quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale:  
perspicuum est à parte animali, oculisque subiecta in propria abnegatione inchoandum esse, vt  
nostr labor prius fundamenta iaciat, & deinde adificationem erigat: Et à facilioribus, &  
crassioribus incipiens, ad difficiliora & subtiliora moderanda consurgat. Nunc ergo de morti-  
ficatione sensuum, & eorum, quae ad corpus pertinent, agemus, quibus cohibitis, melius de affe-  
ctuum interiorum ordinatione tractabimus.

Cassian.  
lib. 5. de  
spirit.  
Gastri.  
mar. c.  
18.  
1. Corin.  
9.  
Eghef. 6  
1. Corin.  
15. 45.

Mortificationem non coniunctim, sed quasi  
per partes esse accipiendam.

#### CAPVT I.



**P**ERA Hominum ita ab auctore na-  
tura, Deo, instituta sunt, vt non secun-  
dum omnes suas partes simul fiant, sed  
paulatim ex initiis ad media, & ex me-  
diis ad summa, extremaque procedant.  
Idque ipsa humana natura requirit, vt quoniam vir-  
tute operandi finita est, non sine limite in opus exeat,  
nec tam citò, ac res mente concipit, actione faciat,  
nec duo extrema, scilicet principium, & finem, nimis  
distantia, quasi vno impetu sui conatus attingat. Vo-  
luit autem Deus hunc modum operandi honore ma-  
ximo augere, dum illum sibi, non ad suam necessita-  
tem, sed ad nostram eruditionem assumpit. Poterat  
enim ille orbem vniuersum momento condere, & in  
puncto durationis omnia inuisibilia, & visibilia crea-  
re, noluit tamen, neque in hoc opus suum aequare  
potentia, sed illud sex diebus perfecit, & per inter-  
ualla temporis aptè distinxit, vt non solum rebus  
creatis naturam, ac perfectionem donaret, sed etiam  
de modo, ac ratione agendi mortales instrueret. Hu-  
ius rei ipsos quoque caelos voluit esse doctores, qui

Gmes. 1.

B quotidie hunc inferiorem mundum paulatim illu-  
minant, & primum minima luce, deinde maiori, ac  
tandem maxima, scilicet meridiana, perfundunt: qui  
segetes quasi per partes adulescere faciunt: qui tan-  
dem circulum suum, quo hominum vitam metiun-  
tur, viginti quatuor horarum mensuram perficiunt.  
Iam homo tum à Deo auctore suo, tum à nobilissimis  
creaturis edoctus, eam in operibus suis rationem tenet,  
vt vnum post aliud faciat, & in singulis eorum,  
vnam, post aliam partem, elaboreret, & sic omne opus  
absoluat atque perficiat. Terram ligone domat, aratro  
subigit, spinas euellit, semina spargit, aquis irrigat, &  
fructus non celeres, sed tardos, & sensum nascentes,  
crescentes, & maturescentes expectat. Artes ad vitam  
mortalem conseruandam inuentas paulatim capit,  
& ex rudibus quibusdam initijs ad maiora se promo-  
uet, & ex mediocribus ad earum perfectionem assur-  
git. Scientias, veritatis doctores, mentis ornamenta,  
& virtutis subsidia, lento quodam processu conse-  
quitur, & primum vniuersaliora principia intelligi,  
& postea ex illis nunc vnam conclusionem, & nunc  
aliam elicit, & post multum tempus insumptum, &  
magnum laborem adhibitum, perfectè scientiam  
addiscit. In his omnibus, & quibuscumque alijs ab  
homine praestitis curae partitio, laboris distributio, &  
eius quod fit, erga singulas partes exercitatio, opus  
mirabiliter promouet, ac perficit, conatus verò erga

omnia







exculta habitum alicuius virtutis acquirit, quo suauiter & facilliter per semitas virtutis ducitur, & ad id quod secundum rationem est, gratia aspirante, permouetur.

Hanc rationem perficiendi seipsum, quam sancti exemplo docuerunt, & Ecclesiasticus monuit, quisquis tenere debet, si vult non mediocres in virtute progressus habere. Seipsum igitur pictorem existimet, qui non in tabula cedri aut cupressi, sed in proprio corde & corpore imaginem Christi Saluatoris effingit. Et sicut pictor singulas partes imaginis format, quam penicillo elaborat: ita modestus oculorum Christi in oculis suis, & circumspeditionem aurium eius in auribus, & virtutes alias in reliquis animae viribus ad viuum exprimere & delineare contendat. Discat ex sponsa terreni hominis, quomodo mentem suam expolire debeat. Illa enim non simul se totam ornat, sed quasi per partes pulchram & decoram efficit. Primum faciem lauat, inde oculos stybio pingit, capillaturam crispat, aures in auribus, collum torque, & manus annulis, & dextrocheris excolit, & se totam incredibili diligentia comit. Sic omnino mens, quae Christi connubium ambit, non fit in sui ornatu minus diligens, ut tanto sponso placeat, sed singula, quae ad se pertinent, sigillatim exornet. Nihil habeat, quod non seorsum inspiciat, quod non ex professo componat, quod non separatim censura mortificationis emendet. Animam ita mundatam & emendatam sponsum de pulchritudine laudat, eiusque oculos, caput, collum, pedes, & ceteras partes magnificis verbis in cantico Canticorum commendat. Ac tandem sic omnem laudationem concludit: Quam pulchra es, & quam decora charissimam deliciis! Qua sententia, quae admirationem continet, aperte ostendit animae pulchritudinem non esse admirabilem, nisi ex omnium sensuum ac virium decore confurgat. Omniaque esse mundanda & polienda, ut anima non iam amica, sed amicissima & charissima nominetur, cui caelestes deliciae proueniant. Ad tantam pulchritudinem paulatim & per gradus ascenditur, & dum nunc exteriora, nunc interiora mundantur, perfecta pulchritudo ac mundities acquiritur. Si enim magister tenellum puerum paulatim erudit, & vnam veritatem post aliam animo eius ingerit. Si aedificator nunc vnum lapidem, nunc alium in aedificio ponit, & hac minuta lapidum substructione magnos parietes erigit, & arcem regiam ad vmbilicum perducit: Si corporalis salutis cupidus cibos sibi oblatos non simul glutit & deuorat, sed vnam buccellam post aliam in stomachum ingerit; quid faciet puritatis sectator nisi istos imitari; & virtutis doctrinam, non generaliter tantum, sed specialiter, & per partes addiscere? Seipsum igitur veluti egregius doctor minutatim erudiat, & suae menti sapientiam cupienti, sapientiae doctrinam insillat. Putet se aedificatorem esse palatii Regis aeterni, cuius nunc in suo corde vnam partem, nunc aliam aedificet. Nec tot simul cibos spirituales deglutiat, id est, tot vno tempore, moderanda & disponenda apprehendat, ut calor mentis ea minimè coquere, & in propria substantiam commutare sufficiat.

Si itaque virtus sic à vitis spiritualibus discenda est, ita etiam est à doctore tradenda, ut tantundem hic offerat, quantum discipulus colligit, & in omnibus doctrina disciplinam consentiant. Quare nos, qui artem nunc abnegationis tradendam aggredimur, ex qua praecipue omnis virtutis actio dependet, eam per singulas partes animae discutendo tractamus. Immo & in qualibet abnegatione, ad finem illius, coronidis loco, speciales actus, quibus se iustus

abnegare debeat, attingimus, ne quis vnquam ignorationi tribuat, quod non seipsum abnegauit, & parum in hoc sanctissimo studio profecit. Tu, Domine, qui omnium bonorum es auctor, & non solum sapientium, sed & ignorantium eruditor, styli rempera, verba dispone, & mentem pro te laborantem gratia tua visitationis illustra, ut seipsum possit simul cum aliis piis mentibus, quae ista legerint, incitare, & ad sanctam abnegationem, ac tui imitationem, permouere.

### De Mortificatione Oculorum.

#### CAPVT II.

**H**ec est hominis magna & luctuosa miseria, cui aditum per peccatum aperuit, quod dona preciosa de manu creatoris accepta in ipsius donantis offensam, ac in suam perniciem damnationemque conuertit. Id ita esse omnia creata, ab homine iniuria affecta, & vltionem de eo à communi creatore efflagitantia proclamant. Vniuersa namque quae Deus condidit, visibilia & inuisibilia, corporea & spiritualia dona homini concessa sunt, quae illi vel ad vitam spiritualem consequendam, vel promouendam, vel ad vitam naturalem seruandam seruiunt. Quid autem istorum est, quo homo aliquando non sit abusus? Quid est, quod non peccati instrumentum fecerit? Quid est, quod non tanquam telum in Dominum suum eiacularit? Terram facit domum iniquitatis; mare viam auaritia; aëra, & ventos vanitati seruire cogit; ignem, in ministerio crudelitatis & homicidiorum occupatum tenet: caelis & astris saepe ad superstitionem: Sole & Luna, & Angelis ad idololatriam est vsus: & nihil est tam sanctum, tam purum, tam reconditum, quod in malum vsum trahés, non interdum alicuius peccati malitia fedauerit. Ideo Iob, ut quasi summam omnium suarum virtutum faciat, & maximum suae innocentiae testimonium in medium proferat, ait: Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent: si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agriculturalum eius afflxi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Qua sententia indicat euidenter terram, & vniuersa alia hominum causa creata, aduersus peccatores clamare, & quasi praed desiderio vltionis deslere, cum se vident ad ministeria iniquitatis adaeta, & in materiam offensionis diuinae conuersa. Ne verò longius euagemur, hanc calamitatem nostram, non iam in foro, sed in domibus nostris, & intra nos ipsos inspiciamus. Nam quid rogo est in homine, siue ad mentem eius, siue ad corpus pertineat, quod non proprio hominis damno, & diuinae indignationi prouocandae subseruiat? Omittamus nunc intellectus errores, & caecitates, voluntatis odium ac peruersitatem, sensuum interiorum signenta, concupiscibilis vilitatem, irascibilis furor, & solum corpus, ac sensus externos contemplerur, in quibus innumerabilia videbimus, quae & Dei iram accendant, & nostram perniciem machinentur. Corpus quidem donum Dei est, quod animae in domicilium, in vehiculum, in instrumentum salutis dedit. Oculi dona Dei sunt homini data, ut per illos veluti per fenestras splendidissimas, atque pulcherrimas, solem & lunam, & reliqua corporea conspiceret, & ex illis tanquam ex veltigijs creatoris magnitudinem apprehederet. Aures, & olfaciendi, & gustandi vis, ac tactus per omnia membra diffusus, dona Dei sunt, quibus homo necessaria percipiat, & intelligibilem ac caelestem notioni se

Iob 31.  
38. 39.  
40.



committat. At quanta sint corporis sensuumque peccata, quam foeda, quam nefanda, quam detestabilia, quibus aduersus Dominum rebellamus, quis explicare sufficiat? Haec silentio tegenda sunt, & lacrymis ac gemitibus relinquenda, ne aut ore prolata, aut stylo detecta, castas legentium aures obtundat. Solum dicamus per sensus quaeque; vilia & noxia in mentem irumpere, quae ipsam inquinant: & ipsam mentem quasi per portas exire, vt se omnium peccatorum, ac ipsius mortis infectione contaminet. Vtrumque expressit Gregorius, dicens: Visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus quasi quaedam viae mentis sunt, quibus foras veniat, & ea, quae extra eius sunt substantiam, concupiscat. Per hos etenim corporis sensus, quasi per fenestras quasdam exteriora quaeque; anima respicit, respiciens concupiscit. Hinc etenim Ieremias ait: Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. Moyses quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum intrat mentis. Haec ille. Vna ergo pars vitae spiritualis est, & illa quidem magni momenti, hoc malum corporis & sensuum mortificatione depellere, & tam illud quam istos ad creatoris obedientiam reuocare. Haec enim parte crassiori nostrae naturae composita, mirum in modum aperitur via ad partem aliam sublimiorem Deo subiiciendam, & a peccatorum ac vitiorum sordibus vindicandam.

Primum igitur bellum aduersus oculos petulantiam suscipiendum est, vt sensus manifestior, & ad casum procliuor in ipso exordio pugna vincatur. Cuius oblectationem audacter debemus contemnere: Quae, vt inquit Ricardus de sancto Victore, infirma, & infirma est: & quia angusta est, maxima non comprehendit: & quia hebes est, minima non discernit: & quia pigra est, non attingit remota: & quia perspicax non est, non penetrat occulta. Quae nihil denique mystica significationis continet, sed tantummodo corporei sensus motum & actionem habet. Quis pro re tam vili pericula salutis aeternae, aut profectus animae subbeat, & momentaneam voluptatem non spernat? Si autem vilitas haec aspectus corporei ad eius curiositatem retundendam non sufficit, sufficiant tamen immedicabilia damna, quae ex incauto aspectu proueniunt, quorum non semel scripturae sanctae recordantur. Dina egreditur vt videat mulieres regionis illius: vidit, & oculos curiosè patuit, sed curiositate sua pudoris & famae amissione perfoluit. Fortissimus Samson vidit mulierem de filiabus Philistinum; vidit, & adamauit, & uxorem accepit; & in praemium visionis, aut in vltionem vanae curiositatis, vires & libertatem, & vitam amisit. Robustissimus Dauid [vidit mulierem se lauantem,] quam fortassis nunquam viderat: vidit, sed qui Philistaeum vicit, ab impura fuit voluptate deuictus, & in maximas poenas, quae ex peccato ortum habuerunt, calamitatesque, coniectus. Quid plura? [Vidit mulier,] illa scilicet, quae nostrae fuit perditionis origo, [quod bonum esset lignum ad vescendum:] vidit, sed & ipsa deliquit, & virum decepit, & Deum ad iram & vindictam protocauit, cuius adhuc remanent tristitia vestigia, & omne genus humanum ineuitabili morti subiecit. O igitur quanta mala ex curiosa & incircumspecta visione nascuntur! O quanti dolores ex breuissima voluptate oculorum oriuntur! O quantae calamitates ex luminum immortificatione generantur! Quam verè dixit Ieremias: Oculus meus deprædatus est animam meam, quia vna tantum minus prouida ac circumspecta visio solet bona animae deprædari, & lucem oculorum mentis diripere. Et vt ait ad eundem locum Beda, qui & ex Gregorio desumpsit, semel

A species formae cordi per oculos alligata, vix magnitudinis manu soluitur. Et ne quadam lubrica in cogitatione versemus, prouidendum nobis est, quia intruere non debet, quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur a lasciuia voluptatis suae, depressendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Expertus est id ipsum Salomon, qui de se fatetur: Omnia, quae desiderauerunt oculi mei, non negaui eis. Quid autem inde sit consequutum, attentata est meditatione noscendum. Nam mulieres alienigenas vidit, visas concupiuit, concupitas possedit, possessas cordi suo dominari permisit. Satis magnus malum est hoc, vt mulier ad seruendum data homini, & regi, & sapientissimo dominetur. At miseria Salomonis longius se protraxit, quia causa mulierum, quas viderat, idolis phana construxit, deos falsos [qui non sunt dii] insipienter adorauit, & a Deo, id est, ab omni bono discessit. Quo intelligimus quam sit Domini Iesu salubre consilium: Si oculus tuus simplex fuerit, etiam totum corpus tuum lucidum erit. Dum namque Salomon oculos suos in simplicitate custodiuit, vitam innocentem tenuit, ex quo verò oculorum aciem in alienas formas effudit, ab innocentia ad turpissima flagitia declinauit.

C In quibus ergo oculi moderandi, & comprimendi sunt, ne per illos animus ad culpam exeat, & culpa ad animi mortem ingreditur? Primum quidem in hoc, quod iam explicare cepimus, vt omnem feminaram aspectum fugiamus, & ita eas pro bono charitatis ad colloquium nece saluari admittamus, vt tamen nostrae salutis & tranquillitatis consulentes, earum visionem declinemus. Facilis enim est transitus ab aspectu ad concupiscentiam: aut saltè in corde iustimago mulieris ingesta, si non consensum extorqueat, at tentationes, & ineptas recordationes exulcerat. Quod innocens Iob probè cognoscens, ait: Pependi sœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Rem pernecessariam non leuiter attingendam, sed pacto cum oculis inito, id est, firmissimo quodam proposito assumentem exultinat, vt scilicet oculos ad aspectum virginis claudat, ne intus in animam semen alicuius minus honeste cogitationis iniiciat. Aspectus quippe mulieris quasi manus est, femina malarum cogitationum in corde ferens, vel potius ipse aspectus est semè, quod in oculis satum, ipicam mularum cogitationum malarum, veluti ex multis granis cõpacta, in corde progignit. Granum enim tritici intra terram absconditur, sed extra terram, & in aere supra stante fructum emittit. Ita incautus aspectus in oculo quidem efficitur, sed in superiori animae vi, nempe in cogitatione, phantasmata castitati aduersantia fructificat. Si autem nemo scire potest, quid ex visione pulchrae mulieris in animo suo euenturum sit (nam & incautus aspectus [vt vidimus] sapientibus etiã & sanctis solet illudere, illisq; ad consensum iniquitatis pertrahere) qua fronte audet quis, si Dei timorem habeat, oculos in mulierem conicere, & non casu tantum, sed ex professo formam ad malum allicientem spectare? Certè Dominus optimus imbecillitatis humanae cogitor, ab aspectu quoque voluit retrahere, cum dixit: Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Licet enim his verbis internam concupiscentiam veterit, tamè & incautum oculorum aspectum compescit, qui parès est lasciuiae concupis-

E centiae.

Greg. 21. mor. c. 2.

Ierem. 9. 21.

Ricard. li. 1. in Apo cal. c. 1.

Gen. 34. 2.

Iudic. 14. 1.

2. Reg. 11. 2.

Genes. 3. 6.

Thren. 3. 51.

Beda 2. in Thren. habet inter opera Hieronymi. Greg. 21. mor. c. 2. Eccl. 2. 10.

Matth. 18. 9.

Matth. 6. 22.

Iob 31. 1.

Matth. 5. 28.



centia. Idque sapienter calluit Saluianus Massiliensis Episcopus, & hac elegantissima oratione perfecit. Hinc intelligere plane possumus, quam castos nos esse Saluator iusserit, qui etiam licentia vitionis abscedit. Sciens enim fenestras quodammodo esse nostrarum mentium, lumen oculorum: & omnes improbas cupiditates, in cor, per oculos, quasi per naturales cuniculos, introire, extinguere eas penitus foris voluit, ne intus oriretur, & lethaliter crescentibus sibi, cōualesceret fortasse in animo, si germinassent in visu. Idcirco itaq; ait Dominus, petulosos impudicorum hominum intuitus noxa adulterij nō carere, scilicet, vt qui bona fide fugeret adulterij, custodiret aspectum. ] Hæc ille. Et ad idem Hugo Victorinus ait: Quia per illicitū vīsum cōcupiscētia oritur, per quā integritas mētis violatur: necesse est vt semper seruus Dei vīsum suū reprimat, ne per cōcupiscētiā, & per immunditiā cordis, Deū offendat. ] Ista sunt Hugonis verba. Et itaq; fœminarū aspectus veluti agro rationis iniitiū, qua mens impudicitia titillatione cōficiatur: est status, quo ignis turpis cogitationis, & cōsensus accenditur: est primus ictus hostis, quo animū ferire conatur. Atque adeo solerter fugiendus est ab eo, qui vult nō perire, & castitatem, quam in sponsam accepit, purā inuolatamq; seruare.

Nemo de senectute, de canis, ac de frigido sanguine confidat, nemo se de adepta sanctitate securū reddat; nemo de seruata per multos annos castitate sibi metipsum blādiatur, quia vniuersa hæc vnus incircūspectus mulieris aspectus solet continere, & senes, & sanctos, & castos debellare. Iudices illi Israēlis senes erāt, atq; grandaui, de quibus tamen in Daniele scriptum est: Videbāt eam (nempe Susannā) senes quotidie ingredientem, & deambulantē, & exarserunt in concupiscētia eius. ] Dauid sanctus erat, & Iob castissimus per totam vitā extiterat, quorū ille, quia fœminā aspexit, sanctitatem perdidit, & hic ne perderet, aspectum incautum formidauit. Et Ecclesiasticus non ad iuuenes tantum, non ad peccatores tantum, non ad lasciuos tantum, sed ad omnes in vniuersū loquitur, cum ait: Ne respicias mulierē multiuolā, id est, ad multorum concupiscētia euolantē, ne fortē incidas in laqueos illius. Virginē ne conspicias, ne fortē scandalizeris in decore illius. Auerte faciē tuā a muliere compta, & ne circūspicias speciē alienā: propter speciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscētia, quasi ignis exarsit. ] Hæc, in quā, omnia senibus etiam, & sanctis, & castis dicta sunt, quoniam magna esse solet oculorum, & aliorū sensuum coniunctio, & nec audire, nec odorari, nec gustare, nec contrectare pigebit, quod voluptati erit cōspicere. Immo & his præcipue dicuntur, quos visio fœminarum incauta solet magis afficere. Nam experientia esse compertū audiuius, quod prophani homines lasciuus aspectibus assueti, ferē nullā ex illis in quietudinem patiuntur; ad Deum verō cōuersi, & a fœminis sequestrati, ex leuissimo aspectu prauis cogitationibus molestatur. Quod & naturale est; nam si ab assuetis (vt dicitur) non sit passio, certē ab insuetis procedit. Vnde Basilus virginem castissimā instituens, hæc ait: Nam cum haustē luminibus formæ obrutus passiuē defixerit, atque in anima voluptate mollita cœca instat, cōspectæ speciē imaginē presserit, quamuis ille abeat, seorsumq; sit, qui huiusmodi formas impresserit insignita animo cōspecti species, quod suum est, semper operatur: animamque imaginibus ludit. Idcirco virgini principio quidem summo opere cauendū est, ne cuiquā infigat obrutus: vel certē si defixisse cōgerit, figuras animo altius infigi molientes a se contraria virtute reiciat, ac penitus arceat: vt nullā corporis speciē diuturnis consuetudinis obiectaculis formet. Quod si fortē cnotingar clam

**A** anime corporeas inprimi formas, eas perpetua rerum honestarū memoria omni studio in seipsa delere contendat: corporeas quidem illas veluti cœca inscriptas animi, ad meliora ac diuina conuersione abolendo, sanctarūque rerum imagines elaboratis meditationibus ac speculationibus illarum vice inscribendo. ] Huc vsque Basilus. Quæ virgini, & cuiuscumque vitam spiritualem sectanti dicta sunt. Non enim poterit internam pacem, mentisque puritatem retinere, nisi oculos carnis formis illicentibus claudat, & ab his, quæ turbare possunt, se subducatur.

Vt autem hæc verissima esse clariū appareat, cuiusdam senis, & sancti, & casti subiiciamus exemplum, in quo omnes cuiuscumque sint status aut conditionis, addiscant, qualem habere debeant oculorum custodiā. Is est sanctus Hugo Gratia nopolitanus Episcopus; cuius historiam texens Guigo vir venerabilis, & quintus magnæ Carthusiæ prior, quadā dicit de eius circūspicione valde admiranda, idēq; ad verbum referenda, quoniam vtilissimā animabus doctrinam continent. Porro, inquit, mulierū confessiones non minus cautē quā benignē suscipiebat. Non enim in angulis, aut obscuris, aut secretis locis, eas audire solitus erat, sed potius vbi à pluribus conspici posset. Et aurem quidē satis familiariter applicabat: oculorum autem in alteram partem vertebat aspectū, auditum solum, propter insidias diaboli, huiusmodi negotiis asserens applicandum. Quam videlicet oculorum custodiā incredibilem semper, & vbiq; circūspicione seruabat, ita vt cum potentes ac nobiles mulieres, iuxta illud Apostoli, Cui honorē honorē, ] ad colloquium honorificē hilariterq; frequenter susciperet, multa corā se, diūq; tractantium facies penitus non videret. Dicebat enim cogitationes illicitas difficillimē posse vitari, nisi quis corporis sensus vigilantia multa cōprefferit: intrare autē, secundum Prophetam, mortē per has quasi fenestras, & ingredi domos nostras. ] Hæc sanē oculorum custodia mirabilis est, sed etiam imitabilis, quam duos ex nostris viros puritate conspicuos per totā vitam, cum tamen frequentissimē primarias fœminas adirent, seruasse cognouimus. Sed consultō in his lucubrationibus ab exemplis nostrorum temperamus, (quæ alius fortasse ad modum dialogorum Gregorij in vnum volumen congeret) quia ad omnia scribenda non sufficimus.

**D** At Beatus Hugo adhuc inuētus est in hac re cautiō: Qui constanter affirmabat, non à mulierum tantum, sed à virorum quoq; vultibus religiose mentis auertendum intuitū, asserens quod experientia sua potest quisq; conuicere, per communionē humanæ mutabilitatis, atq; compassionē fieri, vt affectiones conspecti frequenter ad conspicientem inestimabili velocitate pertranseant, &, verbi gratia, de irato iratis, & de tristi tristis, & de lasciuente fiat lasciuies; quas passiones, satis esse, habere quemquam proprias, non in se transcribere taliter alienas. Nullius de totius Episcopatus sui mulieris, præter vnus, ita faciē aspexisse, vt ex consideratione vultus, si occurreret, quanam esset, posset cognoscere. ] Hactenus Guigo. Nos verō huius sanctissimi viri tum sensum, tum actum suscipiamus, & memores illius dicti Domini per Ezechielem: Vnusquisque offensiones suorum oculorum abiiciat: ] fœminarum formas, quæ nos offendere ac polluere queunt, demissis modestē oculis refutemus. Qui enim, vt inquit Isaias, claudit oculos suos, ne videat malum: Ille in excelsis habitabit: munita saxorum, sublimitas eius. ] Forma mulieris de se mala non est, at homini ob suam imbecillitatem, mala, id est, noxia, & periculosa est. Quare claudendi sunt oculi, aut certē dissimulanter demittendi,

Saluia. lib. 3. de prouident. post modum.

Hugo in regulam c. 6

Daniel. 13. 8.

Ecclesi. 9. 3. 8.

Basilus.

Scripta in April. Tv. 2.

Rom. 13.

Ierem. 9.

Ezech. 10. 7.

Isaia 33. 15.





ne sibi noxia videant, & à celsitudine vitæ, & à loco tuto, in quo morabatur, miserabiliter decidat.

Nec solus fœminarum aspectus fugiendus est, ad oculorum nostrorum effractionem reprimeandam, sed multa alia vitanda sunt, quæ possunt mentem distrahere, & à tranquillitate aut puritate dimouere. Spirituales ergo viri, spectaculis rerum prophanarum, aut in quibus homines prophani, & impuri se histriones exhibent, & comœdias tragœdiâsq; repræsentant, nequaquã intendat. Non dico, ne lubens & volûtarius loca istorum spectaculorũ adeat, quis enim id de spectatore perfectionis credat, quod nec Christianũ decet, & in homine seculari damnatur: sed ne, si necesse est aliqua comœdiis vel tragœdiis adfuerit, eorum delicia & vanitates aduertat. Neq; enim difficile est, corpus in loco, vbi hæc geruntur, habere, & oculis sine

Aug. in Psal. 119. in illud: Sagitta potentis eye.

Cypria. lib. de spectac.

Psal. 118. 37.

Cypria. lib. de spectac.

1. Reg.

Marci. 6. Eccl. 9. 4.

Profectò Augustinus secularẽ eouersum ad Dominũ in hunc modũ dicit ab aspicientibus collaudari: Ego, dicit vnus eorũ, illũ noui, quãmbetiosus fuit, quãmbetiosus sceleratus, qualis amator circi, aut amphitheatri, qualis fraudator: quomodo Deo seruit, quãmbetiosus factus est. Quãmbetiosus & miserandũ esset, perfectionis amatorem & vitæ religiosæ cultorẽ, de eo, quod assistat histrionibus aspiciẽdis, à secularibus vituperari? Fugieda sunt ista Christianis fidelibus, inquit Cyprianus, tam vana, tam perniciofa, tam factilega spectacula, & oculi nostri sunt & aures custodiendæ: citò in hoc assuecimus, quod audimus, scelere. Nam cum mens hominis ad vitia ipsa ducatur, sibi quid faciet, si habuerit exẽpla naturæ corporis lubricæ? Quæ sponte cornuet, quid faciet, si fuerit impulsã? Auocandus est animus ab istis. Si hæc dicit sanctus doctor Christianis, cui alij sancti Patres consentiunt, quid diceret religioso, aut spiritualis vitæ cultori, nisi quod ignominiosissimum esset illi, tale genus oblectationis cogitare? Atque ad eò, si aliquando, cogente necessitate (quod vix eueniet,) spectaculo assistendũ est, puritatis cupidus lumina corporis sui, infestissima vanitate non pascat, ne mentis oculos perdat. Immo cantantibus & conclamãtibus histrionibus, ipse Domino in corde suo cantet, & dicat: Auerte oculos meos, ne videam vanitatem; in via tua viuifica me.] Idem omnino esto iudicium multorum aliorum, quibus seculares homines oblectantur. Cuiusmodi sunt choreæ, saltationes, equorum cursus, taurorum agitationes, torneamenta, & alia similia, quæ ad ludos theatrales pertinent. A loco, vbi ista fiunt, spiritualis vir se constantissimẽ separet; si non possit omnino, oculos suos prudenter, & sine alicuius offensione aliò diuertat. Cypriani tempore aliqui fideles non verebantur his ludis assistere, qui & sacris litteris se protegebant, in quibus choreæ, & ludi narrãtur, nec prohibentur. In hos meritò sanctissimus Doctor inuehitur: Melius, inquit, fuisset istis nullas litteras nosse, quãmbetios sic litteras legere. Verba enim & exempla, quæ ad exhortationem Euangelicæ virtutis posita sunt, ad vitiorum patrocinia transferuntur: quoniam non vt spectarentur, ista scripta sunt, sed vt animis nostris instantia maior excitaretur in rebus profuturis, dum tanta est apud Ethnicos in rebus non profuturis. Argumentum est ergo excitandæ virtutis, non permissio, siue libertas spectandi gentilis erroris. Sic ille. Fugiat itaq; iustus tripudiorũ & saltationum aspectum, in quibus Saul inuidia & odio succenditur, in quorum præmium Baprista Præcursor occiditur, quibus etiam idololatriæ crimẽ admiscetur. Audiat Ecclesiasticum dicentem: Cum saltatrice ne assiduas sis: nec audias illam, ne fortẽ pereas in efficacia illius. Nec minoris putet detrimenti, saltatorem quãmbetios saltatricem aspi-

A cere: quoniam viri etiam subsiliens motus ad impudicitiam mouent, & (esto quòd ad tantũ malum non excitarent aliquem) saltem cor ab eo, quod feruum est rectũque, diuellunt. Quam autem mentis grauitatem, quam compunctionem habebit, qui leuissimis stultorum motibus delectatur, & in risum, in cachinnos, & in Dei obliuionem abire compellitur?

Ad hanc etiam oculorum abnegationem spectat, lectionem librorum curiosorum & prophanorum omnino reicere, quam viro religioso & spirituali indignissimam esse iam diximus. Ad ipsa enim vitæ spiritualis exordia pertinere certum est, horũ librorum vsum omittere. Vnde in Actis Apostolorum legitur: Multi ex his, qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus. Quos nam libros? Eos sanẽ, qui curiosa, & magica, & noxia tractabant. Nec in animum induxerunt, eos vendere, sed comburere maluerunt, ne doctrina pestilens emptoribus obesset, sed potius flammis dignissima omnino periret. Sed quãmbetiosum est neglectis sanctarum scripturarum, & Patrum factorum voluminibus animum ad nescio quæ curiosa, & faceta, & compra legenda oculos applicare? Et verè dum hæc leguntur, sacra scripta negliguntur, non solum quia his debuit tempus lectione occupandum surripitur, verum etiam quia illa impura & vana, his purissimis & solidissimis admiscere, non sine horum iniuria præstat. Ad hoc facit memorabile exemplum Hermanni Steiueldensis Canonici, ex ordine Præmonstratensũ, quem eximia sanctitas, & singularis erga Beatam Virginem deuotio mirabiliter sublimauit.

Lib. s. c. tom. 1.

Astrum 10. 19.

B De illo ergo hæc ad verbum narrat eius historia: Quoties more puerorum fabulas poetarum vel discere iubebatur, vel legere, non tulit patienter immò & ipsos se docentes, super quos iam intus spirituali vnctione docente profecerat, reprehendit, asserens, quòd Deo vero contumeliam irrogarent, falsorum deorũ nomina in poetarũ libris etiã recitando. Solebatq; nobis postmodũ de quibusdam magistris suis, qui ceteros religione antea videbãtur, narrare, se nõ sufficere admirari, q; viri religiosi in scriptis possent poetis delectari, cum tanta sint scripta veritate subnixa, per quæ ad Dei possit notitiam perueniri. Quis enim, nisi stultus, quærat liliũ inter spinas, vnde sine punctationibus non possit abstrahi, quod facilius & vtilius sine lesione possit acquiri? Hæc ibi. Et meritò sanẽ vir hic sanctus mirabatur, & harũ rerum lectionem aut auditionem, Dei reputabat iniuriã. Nam si vir nobilis iniuriæ ascribit, quòd sutorẽ, aut fabrũ simul cum illo ad mensam inuites; cur spiritus Dei, auctor sacrarum litterarũ, & patres Ecclesiæ eodem spiritu pleni iniuriæ nõ tribuent, quòd in eodẽ armario memorię suas sententias grauissimas, & ocioforũ librorum dicta recondas? Basilus quendã Episcopum reprehendit, quòd sepositis ad tempus sacris libris, poetas legerit, monetq; eum, vt resipiscat, & ad se ipsum redeat: nam re vera, qui in manibus libris euoluẽdis intendit, à se ipso, & à viri spiritualis dignitate discedit. Hanc verò lectionẽ prætextu vtilitatis excusare, quæ ad sacras cõciones ex illa decerpitur, ridicula & stultares est. Ex his enim libris vanis, quæ possunt, nisi vana aut curiosa desumi, quæ sanctæ prædicationis acrimoniam & grauitatem subuertant? Corporis incolumitatẽ medicaminibus quærere licitũ est; at ex maleficiis & incantationibus petere, iniquum est. Itãquẽ est ex Sacris libris & sanctis Patribus eloquentissimis, & ex modernis auctoribus, qui dignè & religiosè sacra tractant, ad cõciones sales accipere: at malum est, & stultum, & hominum spiritum Christi nescientium proprium, in libris vanis & impuris sa-

Basil. epist. 97.



les & acuta dicta quaritare. Abnegationis ergo studi-  
ofus feria & vitia legat, libros vero Latinos, &  
multo magis vulgates, vana & amatoria tractantes,  
vt omnis virtutis pestes, explodat.

Deniq; (vt omnia, quæ huius abnegationis sunt,  
vno verbo comprehendam) oculis quæcumq; inania,  
quæcumque in utilia neganda sunt, ne mentis tran-  
quillitatem & orationis puritatem impediunt. Ad  
quid enim imagines prophanorum hominum con-  
siderabis, gemmas, & lapillos pretiosos, ac vasa argē-  
tea siue aurea diuitum aspicias; ædificia magna, & su-  
perba videbis: ad quid, quicquid occurrerit, lustrare  
cupies, nisi vt animum distractum & immundū sem-  
per habeas, & nunquam putas manus ad Deum le-  
nare consuefcas? Expēde qualibus verbis Dorotheus  
hanc oculorum custodiam commendat. Confue-  
fce, inquit, non circumferre oculos ad aliena & vana,  
hæc enim deperire faciunt labores omnes mona-  
sticos. ] O rem tremendam, cunctos virtutis labores  
dilapidare, ac destruere. Sed hanc ex fœderentia huius  
patris per incautum aspectum interdū incurrimus.  
Ideo perfectionis auidi semper fuerunt diligentif-  
simi oculorum custodes, & minimos quoq; in hac  
parte defectus non parua censura castigant. In quo  
Magnus Eusebius apud Theodoretum mirabile reli-  
quit virtutis documentum: Is enim, cū semel ab  
auditione lectionis Euangelicæ, aspectu quorūdam  
agricolarum distraheretur, qui in subiecto cāpo ter-  
ram excolebant, ita se ipsum puniuit, vt per quadra-  
ginta annos, & eo amplius, quibus postea vixit, nec  
agrum illum aspiceret, nec in cælum & ætra oculos  
attolleret, sed semper, iniecto in collū collati ferreo,  
inclinatus incederet. Interrogatus autem quam ob  
causam se tam seueriter ob modicum defectulū cas-  
tigaret, respondit dignam sanctissimo viro sententiam:  
Ne, dixit, aduersarius de rebus magnis bellum  
gerat, conor illum ad hæc parua traducere. Nā si me  
aliquando ab hoc proposito dimouerit, & agrum  
aut cælum conspiciat fecerit, in te tantum parui mo-  
menti me vincet. Nec minus mirandum est, quod  
narrat Marcellus de quadam sanctissima Abbatisa,  
nomine Sara, quæ cū in monasterio prope ripam  
fluminis posito per sexaginta annos habitasset, haud  
sustinuit per fenestram vel leuiter labētes aquas, aut  
prati adiacētis amœnitatem aspiceret, ne ex eo aspe-  
ctū aliquid caperet voluptatis. Sic viri perfecti solent  
oculos corporis custodire, & feris abnegationis oc-  
cludere, ne dum per exteriora vltra necessitatem di-  
uagantur, contemplationi rerum cælestium obstitāt.  
Sic & tu, o lector, qui fastigium virtutis cupis, oc-  
los debes à rebus inutilibus ac vanis abducere. Co-  
gita tuos oculos esse non tuos, quos hostis tuus sæpe  
victoriarum suarum instrumenta fecit, quos mens  
tua aduersus se rebellare cognouit, quos mors ali-  
quando videndi facultate priuabit. Habe eos, vt non  
tuos, & in omnibus, quæ potueris, tanquam oculos  
ad te non pertinentes abnega, vt ipsos abnegatione  
recuperes, & in æternum ad gaudia possideas. Si ita  
feceris, oculis tuis considerabis, & tributionem  
peccatorum videbis. Erit enim tempus, cum oculi  
quibus te quo ad superfluum vltum propter deside-  
rium perfectionis obtasti, iurauerunt, & tibi restituen-  
tur; ipsiq; aduersariorum tuorum ad malum te  
oculis prouocantium vltionem aspicias. Quin &  
oculis tuis videbis iucunditatem & exultationem,  
quæ venient tibi à Deo tuo, iam non dices: Cre-  
do videre bona Domini in terra viuentium; quia fi-  
des abibit, & visio clara illorum ineffabilem bono-  
rum adueniet. Immo dices: Sicut audiuimus, sic  
vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei

Dorotheus doctr. 2. i. interrog. 3.

Theodoretus in historia sctor. in Eusebio. 4.

Marcellus lib. 3. c. 10. ad finem.

Psal. 90. 8.

Psal. 26. 13.

1. 47.

A nostri. ] Quia in ea Sanctorum pulchritudinem affa-  
tim videndam in mercedem abnegationis accipies.  
Iam audi summam eorum, in quibus debes oculos  
reformare.

*Vsus Mortificationis oculorum.*

- I. **F**œminas iuuenes, præcipuè formosas & cō-  
ptas, absque manifesta necessitate ne videas.
  - II. Comœdias, tragœdias, & alia similia specta-  
cula à prophanis hominibus data, ne aspicias.
  - III. Choreis, tripodis, equorum curribus, tauro-  
rum agitationibus, hastiludiis, torneamentis, & aliis  
ludis theatralibus ne te spectatorem præbeas.
  - IV. Libros impuros, aut vanos, vel ad solam cu-  
riositatem editos, præsertim vulgares, ne legas.
  - V. Diuitum gazas, vasa aurea & argentea, gemas,  
& lapides pretiosos, sæcularium ornamentis & vti-  
bus applicatos, ne oculis contempleris.
  - VI. Hominum nulla præcipua virtute insignium  
imagines, ad vanitatem ac superbiam effictas, ne  
consideres.
  - VII. Palatia, ædificia superba, quæ Christus videri  
contempserit, amœnos hortos, & pulchra virida-  
ria, & alia huiusmodi ad fastum & oblectationem  
potentum elaborata, ne tuis luminibus offeras.
  - VIII. Cellam fratris aut conclauæ alicuius alteri-  
us ingressus, quæ sunt in mensa, aut in alio loco, ne  
curiosè scruteris.
  - IX. Cū aliquò pergis, siue domi, siue foris, post  
te venientes, & hæc seu illac transeuntes, leuiter, &  
sine aliqua necessitate ne aspicias.
  - X. Oculos tibi solū ad necessaria & vitia vi-  
denda concessos, solū in res necessarias vel vtilis  
videndas intende.
- Ea igitur videas, quæ necessaria sunt, quæ vitia,  
quæ mentem ad contemptum visibilium excitabūt,  
& ad desideria cælestium attollent. Sic facies oculos  
tuos, instrumenta virtutum, & habebis fenestras lu-  
ci diuinæ seruentes, non ad distractionem & vana-  
tatem iuuantes. Miraberis fortasse, optime lector,  
quòd aliqua ex his legenda spiritualibus viris pro-  
ponam, & quasi illis necessaria ingeram, à quibus sæ-  
culares homines aliquantulum timorati solent ab-  
stinere. Tibi congratulor, quòd talis sis, vt his non  
egeas. Nos verò, qui multorum mores vidimus, &  
maria tranauimus, certissimè nouimus nonnullos  
spirituales viros his omnibus documentis indigere.

Marth. 24.

*De Mortificatione Aurium.*

CAPVT III.

**S** ECVNDVS. Sensus ordine dignita-  
tis à Philosophis numeratur. Auditus,  
qui etiam magna abnegatione opus ha-  
bet, ne mens pro viliibus noxia & per-  
niciem afferentia percipiat. Audium  
enim sapientes vocarunt sensum discipline, quòd  
per eum, veluti per ianuam, notio veritatis &  
omnis sapientia in mentem introeat. Hæc autem  
inua abnegationis, & circumspectionis cura soli-  
cite custodienda est, ne pro veritate mendacium  
pro sapientia stultitia, & pro his quæ profunt, ea quæ  
officiant, in penetralia cordis irumpant. Nam & de  
porta, per quam ingressum est verbum veritatis, di-  
citur in Ezechiele: Porta hæc clausa est: non  
aperietur, & vir non transibit per eam: quo-  
nam Dominus Deus Israël ingressus est per eam. ]  
Simile quiddam & nos de porta nostra, vel de au-  
ribus nostris, per quas ingreditur huius verbi do-

Ezech. 44.





Ambr. li. de Noë. c. 7.

Ierem. 6. 10.

Act. 7. 51.

Theodor. in illud Ierem.

Genes. 3. 17.

Petr. Chrysol. ser. 79.

2. Reg. 11. 4.

ctrina, dicamus. Vt scilicet, quoniam auribus verba nostri Saluatoris excipimus, & Evangelij doctrinam audimus, eas clausas, & bene obsecratas doctrinis vanis, & verbis ociosis ac inutilibus, teneamus. Neque enim decet, portam, per quam rex ingreditur, hosti patere, & aditum veritatis vanitatibus & scurrilitatibus aperiri. Habemus verò huius abnegationis ipsas aures magistras, quæ ita factæ sūt, vt sui ipsarum fabrica nos circumspectionis & abnegationis admoneant. Hanc Ambrosius pulchrè depingit: In auribus, inquit, ita laborauit opus suum natura, vt ipsi anfractus cauernarum mira prudentia sinuati, plurimum utilitatis afferant, ne repentè feriat secreta capitis sonus. Denique sæpe multos improuiso clangore consternari videmus, & attonitos, aut vocis alicuius aut tumultus sono expandere. Sordes ipsæ, quæ inter eisdem gignuntur anfractus, velut quodam glutino auditum ligant. Simul si vehementior pulvis fuerit alicuius, sonus infringitur, ac retardatur, vt prænunciatus potius mulceat, quàm improuisus interna concutiat. Vermiculi quoque (si aurem penetrare tentauerint) quodam sordium visco tenentur. Hæc ille. Aures itaque nostræ, anfractus & sinus abnegationis habeant, in quibus verba inutilia & perniciosa, quasi in ingressu arcis teneantur, & veluti nunciij mortis ad mentem penetrare nullomodo sinantur, sed cum indignatione refutentur. Habeant etiam & circumspectionis viscum, in quo bestiolæ, id est, fallitates & scurrilitates, quas nobis ociosus quisque & tepidus dicere volet, inhærescant. Nam certè non minùs contra bonos mores, quàm contra naturam est, aures vniuersis vanitatibus peruisas & explicatas habere. Qui autem eas ab his custodire contemnunt, solent, cum audiunt verba diuina, rædio affici, nec ipsorum efficacia permoueri. In eosque clamare possumus illud Ieremiæ: Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt: Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Item & illud Stephani ad persecutores suos: Incircumcisus cordibus, & auribus vos semper spiritui sancto resististis. Nam si aures incircumcisæ sunt, vt putat Theodoretus, quæ sine discrimine excipiunt omnia, tales profecto gestant, qui nouitates, detractiones, mendacia, nugas, & alia huius farinae libenter auscultant.

Scriptura sacra pericula aurium incircumcisarum non tacuit, immò satis tempestiuè manifestèque detexit. Nam si Euæ peccatum ab intemperantia oculorum inchoauit (vt vidimus) crimen Adæ maius, & noxius ab incircumcisione aurium, seu à negligentia custodiendi auditum, incepit. Indicauit hoc Domini inceptatio dicentis: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Si ille non audisset verba mulieris, si suasionibus eius aures oclussisset, nunquam peccasset, nec nos in voraginem tantorum malorum coniecisset. Sed citò cecidit, inquit Petrus Chrysologus, dum citò credidit, & dum faciliè dat aures ad mulieris auditum, se subòque pessimo addixit inimico. Ira multi hodie, in eo, quod non oportet, pessimum sequentes genitoris exemplum, verba vana & perniciosa audiunt, quæ si non semper innocentiam perdunt, at mentis quietem ac puritatem surripiunt. Quos nec naturalis prudentia, aut scientia, ac virtus acquisita protegit, quoniam affectus ad malum pronus faciliè post verba seductoria currit, & ab æquo & bono discedit. Lego de Salomone, quod sanè magnum timorem incutit: Cùmque iam

A esset senex, inquit Scriptura, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo. Quoniam modo cor eius per mulieres ad idololatram deuolutum est? Annon poterat frui impuris amplexibus, nisi ante idòla procumberet, & factos deos adoraret? Poterat quidem. Sed amore feminarum alienigenarum exarsit, amor verò aures eius ad suasionem & importunitates earum patefecit, & per aures consensus in delictum horrendum intrauit. Vnde Augustinus: Nec Salomonem credibile est errore putasse idòlis esse seruiendum, sed blanditijs fœmineis ad illa sacilegia fuisse compulsum. Quis igitur hæc legens, & tales strages ab incircumcisione aurium prouidentes aspiciens, aures suas non custodiat, & feris circumspectionis non occludat? Certè Ecclesiasticus non iam aures portis & feris oberandas, sed spinis sepiendas existimat. Sepi, ait, aures tuas spinis, linguam nequam noli audire. Quo loco aures nostras vineæ selectissimæ, & verba inania bellius videtur comparare. Et meritò: quoniam ex auribus in torcular cordis nostri, quasi mustum sanctorum eloquiorum exprimimus, quod meditatione coctum atque digestum, animam roborat, atque lætificat. Inanes verò sermones in hac vinea aurium nostrarum sancta eloquia depascunt, nõsque vino sapientiæ vacuos relinquunt. Circumsepianitur igitur aures spinis sollicitæ circumspectionis & grauis seueritatis, quæ bestias ineptorum verborum intrare non sinant. Ita quidem verba, quæ haud dubiè aduersarius puritatis perora tepidorum loquuntur, à sancto Iob flammæ ignis similia esse dicuntur: Halitus, inquit, eius, id est, dæmonis, prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Halitus eius est praua suggestio, sed flamma de ore eius egrediens, est verbum ineptum; quia (vt ait optimè Gregorius) quicquid per se, quicquid per prædicatores suos loquitur, ignis est, quo infructuosa ligna concremantur. Si autem tanta sollicitudine flammam accedentem fugimus, æquum est, vt eadem immò & maiori, audire verba inepta, caueamus. Malus enim, vt ait Sapiens, obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus: quare iustus, vt iustitiam seruet, & iniquus non fiat, aures custodiat, ne iniquos & mendaces sermones audiat, quorum auditione ad obedientiam iniquitatis se præparat. Meritò igitur Bernardus, vt ad atrium custodiam nos incitet, ait: Faciliè lingua labitur, nec minùs faciliè illabitur cordi, ita vt multis inter loquendum minùs profuerit, quòd propriam cohiberint, dum non cauerint alienam. Vtilis est frater, qui tibi loquitur, sapiens est religiosus, ac timens Deum, plus dico, Angelus est & Angelus lucis: etiam sic caue tibi, ne audias vnde lædatis. Nec personam tibi velim suspectam esse, sed linguam, præsertim in sermocinatione communi. Hæc ille.

B  
C  
D  
E  
Multa autem sunt verborum genera, quibus mortificationis sepimento obtandum est. Nos autem, qui virorum spiritualium aures mundare nitimur, ne eas verborum obscænorum commemoratione inquinemus. Certum est enim, quæ seculares honesti audire horrent, à virtutis sectatoribus nullo modo admitti, immò, si quid casu incidit, quod vel à longè tantillum impuritatis oleat, eos, ad instar castissimæ cuiusdam virginis, erubescere. Et meritò quidem: quoniam talibus verbis non minima iniuria virtus castitatis afficitur. Optimeque Gregorius Neocæsariensis Episcopus, cognomento Thaumaturgus, verba minùs honesta somniorum

Aug. 14. de ciuit. c. 11.

Eccle. 18. 28.

Iob. 41. 12.

Greg. 33. mor. c. 18.

Prover. 17. 4.

Bern. ser. de triplic. custodia, manus, lingua, & cordis.

Greg. 1. ha. in Eccles. c. 5. Ha. ber. To. 1. in lict. Sancti. n.





ludificationibus comparat: vt sicut ista interdum mentem & corpus faciunt; ita illa mentes & corpora caliditate amatorum inquietent. Et vitam tantum inquietarent, sed solent etiam caliditate naufragium afferre. Nam sicut per modicum foramen magna copia aquae in nauim ingreditur, quae eam vnicuique nauigantes mergat: ita prorsus per verbum minus pudicum, quali per paruum foramen magna vis tentationis irruit, quae nauem cordis in periculum submersionis adducat. Non oblitiscuntur proinde spirituales viri illius sententiae Ecclesiastici: Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur: bonum & malum, vita & mors. Quae comminatione percussit, ab auditione verbi minus casti, non minus quam a serpente cauent, ne huiusmodi verbum cor eorum a bono in malum immutet, & pro virtute iniquitatem, ac pro vita, virtutis praemio, mortem, iniquitatis poenam, infundat.

Hunc ergo defectum aurium omitamus; a quo certissimum est, viros spirituales quam longissimè abesse, & alios leuitores, aut honestiores colore habentes numeremus. Ac illud statim se offert admonendum, vt hi, qui virtutem & puritatem amant, carmina amatoria aut prophana, & saeculares cantilenas, quae aures mulcent, cor verò emolliunt, & ab amore seueritatis auerunt, audire detrectent. Licet enim consilium sit Ecclesiastici: Non impedias musicam, quo dicto cantus & musicam commendatam tamen laudari compertum est, quae laudes Dei continens, mentem ad caelestia contemplanda & desideranda sustollit, non quae prophana ac ridicula emulgans, aut minus graues, & puras, aut saltem vanas cogitationes ingerit. Nam istam in Amos improbatam reperimus, cuius ore dixit Dominus: Aufer a me tumultum carminum tuorum; & cantica lyrae tuae non audiam. Ac si diceret: Non possum huiusmodi cantica probare, quae, quod ego in corde facio, destruunt, quod ego purifico, ipsa irreuerenter inficiunt. Grauius sane Chrysostomus, & verè ista cantica animae sordes existimat. Vt igitur, inquit, pauperibus domus nostrae, & Apostolis aures pateant, omnem sordicem ab auribus animi expurgemus. Nam quemadmodum sordes & limus aures corporis obstruere solent sic meretricij cantus, huius saeculi fabulae, debitorum onus, creditorumque ac faenorum ratio, aures mentis solent obstruere, acque immundas facere: quasi enim sterces auribus vestris immittunt huiusmodi colloquia: & quod Barbarus ille minabatur, dicens: Comeditis sterces vestrum, id nunc multi non verbo, sed re in vobis faciunt, immò verò etiam multo peius ac foedius. Nam fornicarij cantus multo magis quam stercorea sunt abominabiles. Hæc ille. Meretricij verò cantus non solum dicuntur, qui a meretricibus leonibusque cantantur, sed illi quoque qui lasciuia sunt & prophani, licet ab honestis hominibus modulerentur. Idem namque later in vitroque cantico lasciuia venenum, nisi quòd illud ex vase spurcissimo, istud ex mundiori vase profertur. Iusti igitur similes cantiones nulla ratione audiant, nec animi laxandi gratia, quibus & se ipsos turbent, & auditione diuinæ inspirationis indignos faciant, vocemque Domini, aures mundas cupientem abiciant.

In eodem gradu vitanda sunt nugæ, scurrilitates, omnèque narrationes risum excitantes, quae si inter iuvenes saeculares locum habent, nullo tamen modo viros spirituales, & perfectionis amatores decent. Sicut enim hæc dicere, leuis est animi,

ita eadem audire libenter, distracta & leuis est mentis, quae verba Dei aure interna non excipit, & a debita virtutis seueritate deflexit. Nugæ, si incedant, dicebat Bernardus, interdum ferenda fortassis, referenda nunquam. Prorumpendum sanè in serium quid, quod non modò vtiliter, sed & libenter audiat, vt superfedant otiosis. Et alio loco: Verbum scurrile ab ore procul sit, & procul ab aure relegandum est. Foedè enim ad cachinnos moueris, sed foediùs alios moues. Non verò propterea quòd minus in auditione scurrillum, quam in loquela foeditatis insit, audendum est auribus excipere, quod non audimus, ore proferte: quoniam non solum maiora mala, sed etià minora fugienda sunt, si volumus ad mètis puritatem festinare. Et licet minus malu sit, ridicula & vana audire, quam loqui, non verò minoris detrimeti solet esse causa; quoniam loquutio ridicula ab omni compunctione, & spirituali dulcedine mentis loquentis euacuat, auditio nugarum risum mouentium, vanam latitiam & amaram distractionem infundit. Diligenter ergo seruandum est præceptum Pauli, vt scilicet non nomine turpitudinis, aut stultiloquij, aut scurrilitatis, quae ad rem non pertinet. Si enim illud verbum: Nec nomine turpitudinis, in vobis, significat, auctore Chrysostomo, vt hæc omnino inter nos non appareant, non tantum ex parte loquentis interdiciuntur, sed ex parte quoque audientis prohibentur, vt quisque nimirum erubescat audire, quod erubesceret sermonibus explicare.

Custodienda sunt etià aures a rumoribus saecularibus, qui certè ad viros spirituales non pertinet, cum ipsi vitam virtutis ingressi, saeculo & eius negotijs renuntiauerint. Successus saeculae Ecclesiae siue prosperos, siue aduersos audire, vile reputamus, & nullo modo perfectioni contrarium: qualia sunt creatio noui Pontificis, Christi in terris Vicarij, victoria de Hæreticis aut aliis fidei hostibus parta: recens infidelium conuersio, & alia prospera huius generis, aut aduersa, quae, exigentibus peccatis nostris, solent Ecclesiam impetere. Nos enim, qui sumus eiusdem Ecclesiae filij, debemus hæc nosse, vt de bonis sanctae matris nostrae gaudeamus, & de malis atque aduersis tristemur; vt etiam oratio nostra pro donis gratias agat, & flagella ac aduersitates auertat. At prophana interrogare & audire, magna demerita est, qui scilicet apud potentes huius saeculi valeant, qui per ambitionem primas sedes obtineant, qui nobiles matrimonio iungantur, quibus luscibus iuuenes illustres curiam regis exhilarent, & alia huius generis, quae nullam in se ædificationem continent. Qui hæc narrat, qui his epistolas ad alios missas implent, qui talia libenter audiunt, nunquam spiritum orationis accipient, nec viri perfecti & spirituales euadent. Atheniensibus vitio datu est, quòd essent rumorum audiendorum amatores, de quibus in Actis Apostolorum scribitur: Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Si id in saecularibus & infidelibus vitium erat, qui nec veram virtutem nouerant, nec fidem a limine salutauerant, quam vitiosum erit in his, qui saeculo, & popis suis nuntij remiserunt, & se Deo ac virtuti consecrarunt. His euenit quod filiis Dan, terram habitationis quaerentibus, qui venientes in domum Michæ, inuenerunt ibi [Ephod, & Sculpile, atque confasile.] Sic & isti inuenerunt vstem Deo sacratam, id est, habitum religiosum, quo se tegetet, & cum eo, sua culpa, inuenerunt sculpile peruersi operis, & confasile vanæ confabulationis. Confasile enim hoc modo fit: Metallum in ignem mittitur, & follibus aërem

A ita eadem audire libenter, distracta & leuis est mentis, quae verba Dei aure interna non excipit, & a debita virtutis seueritate deflexit. Nugæ, si incedant, dicebat Bernardus, interdum ferenda fortassis, referenda nunquam. Prorumpendum sanè in serium quid, quod non modò vtiliter, sed & libenter audiat, vt superfedant otiosis. Et alio loco: Verbum scurrile ab ore procul sit, & procul ab aure relegandum est. Foedè enim ad cachinnos moueris, sed foediùs alios moues. Non verò propterea quòd minus in auditione scurrillum, quam in loquela foeditatis insit, audendum est auribus excipere, quod non audimus, ore proferte: quoniam non solum maiora mala, sed etià minora fugienda sunt, si volumus ad mètis puritatem festinare. Et licet minus malu sit, ridicula & vana audire, quam loqui, non verò minoris detrimeti solet esse causa; quoniam loquutio ridicula ab omni compunctione, & spirituali dulcedine mentis loquentis euacuat, auditio nugarum risum mouentium, vanam latitiam & amaram distractionem infundit. Diligenter ergo seruandum est præceptum Pauli, vt scilicet non nomine turpitudinis, aut stultiloquij, aut scurrilitatis, quae ad rem non pertinet. Si enim illud verbum: Nec nomine turpitudinis, in vobis, significat, auctore Chrysostomo, vt hæc omnino inter nos non appareant, non tantum ex parte loquentis interdiciuntur, sed ex parte quoque audientis prohibentur, vt quisque nimirum erubescat audire, quod erubesceret sermonibus explicare.

Custodienda sunt etià aures a rumoribus saecularibus, qui certè ad viros spirituales non pertinet, cum ipsi vitam virtutis ingressi, saeculo & eius negotijs renuntiauerint. Successus saeculae Ecclesiae siue prosperos, siue aduersos audire, vile reputamus, & nullo modo perfectioni contrarium: qualia sunt creatio noui Pontificis, Christi in terris Vicarij, victoria de Hæreticis aut aliis fidei hostibus parta: recens infidelium conuersio, & alia prospera huius generis, aut aduersa, quae, exigentibus peccatis nostris, solent Ecclesiam impetere. Nos enim, qui sumus eiusdem Ecclesiae filij, debemus hæc nosse, vt de bonis sanctae matris nostrae gaudeamus, & de malis atque aduersis tristemur; vt etiam oratio nostra pro donis gratias agat, & flagella ac aduersitates auertat. At prophana interrogare & audire, magna demerita est, qui scilicet apud potentes huius saeculi valeant, qui per ambitionem primas sedes obtineant, qui nobiles matrimonio iungantur, quibus luscibus iuuenes illustres curiam regis exhilarent, & alia huius generis, quae nullam in se ædificationem continent. Qui hæc narrat, qui his epistolas ad alios missas implent, qui talia libenter audiunt, nunquam spiritum orationis accipient, nec viri perfecti & spirituales euadent. Atheniensibus vitio datu est, quòd essent rumorum audiendorum amatores, de quibus in Actis Apostolorum scribitur: Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Si id in saecularibus & infidelibus vitium erat, qui nec veram virtutem nouerant, nec fidem a limine salutauerant, quam vitiosum erit in his, qui saeculo, & popis suis nuntij remiserunt, & se Deo ac virtuti consecrarunt. His euenit quod filiis Dan, terram habitationis quaerentibus, qui venientes in domum Michæ, inuenerunt ibi [Ephod, & Sculpile, atque confasile.] Sic & isti inuenerunt vstem Deo sacratam, id est, habitum religiosum, quo se tegetet, & cum eo, sua culpa, inuenerunt sculpile peruersi operis, & confasile vanæ confabulationis. Confasile enim hoc modo fit: Metallum in ignem mittitur, & follibus aërem

Custodienda sunt etià aures a rumoribus saecularibus, qui certè ad viros spirituales non pertinet, cum ipsi vitam virtutis ingressi, saeculo & eius negotijs renuntiauerint. Successus saeculae Ecclesiae siue prosperos, siue aduersos audire, vile reputamus, & nullo modo perfectioni contrarium: qualia sunt creatio noui Pontificis, Christi in terris Vicarij, victoria de Hæreticis aut aliis fidei hostibus parta: recens infidelium conuersio, & alia prospera huius generis, aut aduersa, quae, exigentibus peccatis nostris, solent Ecclesiam impetere. Nos enim, qui sumus eiusdem Ecclesiae filij, debemus hæc nosse, vt de bonis sanctae matris nostrae gaudeamus, & de malis atque aduersis tristemur; vt etiam oratio nostra pro donis gratias agat, & flagella ac aduersitates auertat. At prophana interrogare & audire, magna demerita est, qui scilicet apud potentes huius saeculi valeant, qui per ambitionem primas sedes obtineant, qui nobiles matrimonio iungantur, quibus luscibus iuuenes illustres curiam regis exhilarent, & alia huius generis, quae nullam in se ædificationem continent. Qui hæc narrat, qui his epistolas ad alios missas implent, qui talia libenter audiunt, nunquam spiritum orationis accipient, nec viri perfecti & spirituales euadent. Atheniensibus vitio datu est, quòd essent rumorum audiendorum amatores, de quibus in Actis Apostolorum scribitur: Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Si id in saecularibus & infidelibus vitium erat, qui nec veram virtutem nouerant, nec fidem a limine salutauerant, quam vitiosum erit in his, qui saeculo, & popis suis nuntij remiserunt, & se Deo ac virtuti consecrarunt. His euenit quod filiis Dan, terram habitationis quaerentibus, qui venientes in domum Michæ, inuenerunt ibi [Ephod, & Sculpile, atque confasile.] Sic & isti inuenerunt vstem Deo sacratam, id est, habitum religiosum, quo se tegetet, & cum eo, sua culpa, inuenerunt sculpile peruersi operis, & confasile vanæ confabulationis. Confasile enim hoc modo fit: Metallum in ignem mittitur, & follibus aërem

E ita eadem audire libenter, distracta & leuis est mentis, quae verba Dei aure interna non excipit, & a debita virtutis seueritate deflexit. Nugæ, si incedant, dicebat Bernardus, interdum ferenda fortassis, referenda nunquam. Prorumpendum sanè in serium quid, quod non modò vtiliter, sed & libenter audiat, vt superfedant otiosis. Et alio loco: Verbum scurrile ab ore procul sit, & procul ab aure relegandum est. Foedè enim ad cachinnos moueris, sed foediùs alios moues. Non verò propterea quòd minus in auditione scurrillum, quam in loquela foeditatis insit, audendum est auribus excipere, quod non audimus, ore proferte: quoniam non solum maiora mala, sed etià minora fugienda sunt, si volumus ad mètis puritatem festinare. Et licet minus malu sit, ridicula & vana audire, quam loqui, non verò minoris detrimeti solet esse causa; quoniam loquutio ridicula ab omni compunctione, & spirituali dulcedine mentis loquentis euacuat, auditio nugarum risum mouentium, vanam latitiam & amaram distractionem infundit. Diligenter ergo seruandum est præceptum Pauli, vt scilicet non nomine turpitudinis, aut stultiloquij, aut scurrilitatis, quae ad rem non pertinet. Si enim illud verbum: Nec nomine turpitudinis, in vobis, significat, auctore Chrysostomo, vt hæc omnino inter nos non appareant, non tantum ex parte loquentis interdiciuntur, sed ex parte quoque audientis prohibentur, vt quisque nimirum erubescat audire, quod erubesceret sermonibus explicare.

Custodienda sunt etià aures a rumoribus saecularibus, qui certè ad viros spirituales non pertinet, cum ipsi vitam virtutis ingressi, saeculo & eius negotijs renuntiauerint. Successus saeculae Ecclesiae siue prosperos, siue aduersos audire, vile reputamus, & nullo modo perfectioni contrarium: qualia sunt creatio noui Pontificis, Christi in terris Vicarij, victoria de Hæreticis aut aliis fidei hostibus parta: recens infidelium conuersio, & alia prospera huius generis, aut aduersa, quae, exigentibus peccatis nostris, solent Ecclesiam impetere. Nos enim, qui sumus eiusdem Ecclesiae filij, debemus hæc nosse, vt de bonis sanctae matris nostrae gaudeamus, & de malis atque aduersis tristemur; vt etiam oratio nostra pro donis gratias agat, & flagella ac aduersitates auertat. At prophana interrogare & audire, magna demerita est, qui scilicet apud potentes huius saeculi valeant, qui per ambitionem primas sedes obtineant, qui nobiles matrimonio iungantur, quibus luscibus iuuenes illustres curiam regis exhilarent, & alia huius generis, quae nullam in se ædificationem continent. Qui hæc narrat, qui his epistolas ad alios missas implent, qui talia libenter audiunt, nunquam spiritum orationis accipient, nec viri perfecti & spirituales euadent. Atheniensibus vitio datu est, quòd essent rumorum audiendorum amatores, de quibus in Actis Apostolorum scribitur: Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Si id in saecularibus & infidelibus vitium erat, qui nec veram virtutem nouerant, nec fidem a limine salutauerant, quam vitiosum erit in his, qui saeculo, & popis suis nuntij remiserunt, & se Deo ac virtuti consecrarunt. His euenit quod filiis Dan, terram habitationis quaerentibus, qui venientes in domum Michæ, inuenerunt ibi [Ephod, & Sculpile, atque confasile.] Sic & isti inuenerunt vstem Deo sacratam, id est, habitum religiosum, quo se tegetet, & cum eo, sua culpa, inuenerunt sculpile peruersi operis, & confasile vanæ confabulationis. Confasile enim hoc modo fit: Metallum in ignem mittitur, & follibus aërem

Bern. lib. 3. vita, c. 3.

Chrysost. hom. in epist. ad Ephesios. 4.

Chrysost. hom. in epist. ad Ephesios.

Athor. 17. 21.

Judic. 18. 14.

Ecl. 37. 21.

Ecl. 32. 5.

Amos 5. 23.

Chrysost. hom. 38. in Matth.

Loquitur de Rab. 1. 36.





atrahentibus ac emittentibus flamma succenditur; sic dura mater liquefit, & formam ab artifice intentam suscipit. Ita profus inter imperfectos euenit: Ponit in medio metallum, id est, seculares nouitates prophanosque rumores, aer attrahitur & emittitur, cum res ridicula, aut uana dicitur, & auditur. Quid ex hac fornace exiet, nisi conflagrante distracta mentis, quae se ad uana & inutilia componat? Et uinam solam uanitatis formam indueret, forte non tam acriter loqueremur, sed saepe ex uanitate se ad procacitatem & lasciuiam extendit. Nam & Aaron petiuit à filiis Israël in aures aureas filiorum & filiarum suarum, & ex illis vitulum conflagrante, quem sequerentur, effecit. In aures sunt rumores, quia sicut in auris imponitur auris, sic rumor auditui. Ex rumoribus autem conflagratur vitulus petulantiae, qui puritatem mentis aufert, & quietem orationis turbat. Sic profecto Hugo Victorinus haec, quae diximus, ad auditores rumorum accommodat, qui & alio loco ait, hoc vitium esse proprium ociosorum: qui post delicatiorum ciborum diuersa ferula, cum in claustris sedent, non lectioni & silentio, sed rumoribus & curiositati vacant; qui locum, & tempus loquendi & tacendi nunquam & nunquam seruant, sed instabiles & ociosi, nunc hos nunc illos ad colloquium uocant. Erubescant iustus, talibus, nempe ociosis ac imperfectis, annumerari, & seculares rumores audire non querat. Non tantum non querat, sed & à personis & à locis, in quibus ociosae nouitates narrantur, fugiat, ut se à distractionibus, & inanibus cogitationibus, & ab impuris desiderijs, quae ex his cogitationibus generantur, mundum custodiat. Si non potuerit fugere, at quantum ualuerit, sine alicuius nota, ad ea, quae dicuntur, non attendat. Turpia enim uerba, inquit Prosper, (& eadem de uerbis ociosis & uanis est ratio) per aures ingressa, quid praualent, (id est, nihil praualent), si non fuerint arbitrio mentis admissa? Faciat quod Bernardus, qui ad homines pro negotijs Ecclesiae exiens, & ea solertissime tractans, si inter aliquid minus pertinens diceretur, colligebat se ipsum, & illa, quae iactabantur inutilia, contemnens, ad aliquid caeleste considerandum, animum applicabat. Faciat saltem, aut praestare nitatur, quod Machus Abbas, de quo narrat Cassianus, quod si quis detractionis uerbum vel ociosum tentasset inferre, in somnum protinus concidebat, nec usque ad aurium quidem eius pollutione uirus obloquij poterat peruenire. Nec praetermittimus de eodem senescrptam historiam, quae satis quidem potens est, ut quemque ab audicione rumorum secularium abducatur. Hic idem senex, inquit Cassianus, ociosarum fabularum diabolus esse fauctorem, ac spiritualium collationum impugnatorem semper existere, his declarauit indicijs. Nam cum fratribus quibusdam de rebus necessarijs ac spiritualibus cum disputaret, eosque uideret letho quodam sopore demergi, nec posse ab oculis suis pondus somni depellere, ociosam repente fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilasse confestim, atque erectas aures suas habere uidisset, ingemiscens ait: Nunc usque de spiritualibus loquebamur, & omnium uestrum oculi lethali dormitatione deprimebantur: at cum ociosa fabula intromissa est, omnes expergefati torporem somni dominantis excussimus. Vel ex hoc ergo perpendite, quisnam collationis illius spiritualis fuerit impugnator, aut quis huius infructuose atque carnalis insinuator existat. Ille etenim esse manifestissime deprehenditur, qui malis adgaudens, vel istam fouere, vel illam impugnare non desinit. Haec Abbas ille dixit. Et satis patet factum est ociosorum ru-

morum detrimentum, qui, diabolo suadente & instigante, inter uiros perfectionis studiosos admittuntur, ut ipsi uerba Dei ablegent, & aridi semper ac distracti perflant.

Licet autem isti, qui audiendis uanis rumoribus uacant, satis sint sui profectus incuriosi, longè tamen damnabiliores sunt, qui defectus, licet modicos, fratrum audiunt, & detractionibus aures aperiant. Nunc nihil de illis dicimus, qui sine ulla necessitate, (qualis intercedit, cum fratris remedium exquiritur,) occulta crimina aliorum auscultant, quos scimus sepiissime grauer peccare; sed illos solum taxamus, qui leues defectus fratrum audire non timent. Hi non modicum praeferrunt suae imperfectiois indicium. Nam sicut murmurator culpatum leuium, facile, si culpas graues nosset, canino dente corroderet; ita auscultator defectuum leuiorum, graues etiam, si sibi narrantur, audiret. Sed non audit, quia non adest, qui grauia crimina fratrum enaret. Aures ergo detractionibus sunt obtundendae, quarum uenenum mentem turbat, charitatem exterminat, & fratris, quem in magno pretio habere debemus, contemptum importat. Noli esse in conuiujs potatorum, inquit Salomon, nec in comestationibus eorum, qui carnes ad uescendum conferunt: quia uacantes potibus & dantes symbola consumuntur. Quinam sunt, secundum interpretationem Bedae, qui carnes ad uescendum conferunt, nisi qui in colloquutione derogationis proximorum uitia dicunt? Et qui sunt, qui potibus uacant, nisi qui de opprobrio alienae uitae se inebriant? Illis ergo & istis consumptio praedicatur, ut intelligamus, quod quos eadem poena punit, similis etiam culpa constringit. Si autem formidamus aliorum defectus ore proferre, aequum est, ut & aures excipere timeamus, ut detractorum supplicium euitemus. Si quis enim, inquit Beatus Ephraem, uel iure in regem peccantem inuehatur, qui praesentes sunt, ea quae aduersus regem dicuntur, audire renuant: Si quis autem adesse pergat, & audire, iam idem in uerumque supplicium constituitur: unusque propter uitium linguae, alter propter auditum damnatur. Narrat aliquid oblectator, & tu illi praebes aurem, & quam ille suo ore inferre studet necem, tu eam aurium tuarum sinu excipis, acerbissimumque mendacij fermentum in animo tuo committes. Unde mors principium habuit? Nonne per aures Euae, dum eam serpens alloqueretur, aditum sibi patefecit? Potest enim improbus demon per os loquentis tacentem occidere: & quem proprio laedere nequit ore, per auditum interficit. His ille probat eandem esse detrahentis ac detractionem audientis poenam. Infra uero optime exponit, quam sit uitium audiendi detractores abominandum. Nam cum dixisset Saluatorem nostrum ore acetum cum felle gustasse, aures uero demonis uerba excipere recuulisse, haec subiicit: Melius autem fuit, si odorem pariter & gustum ueneni euitaueris. Cur fumum celerrime fugis, mendacem autem cum uoluptate ac sedulitate auscultas? A foetore abhorres, & apud maledicum sedes? Si unum è membris tuis ualeat, & aliud langueat, totus laboras uno membro laborante. Exemplum à militibus cape: Nonne totum corpus militis ferro, thorace munitur? Accidit autem & illud ob laxiorem constitutionem laedi: nam si per tenuem aliquam simulam telo aditus patefiat, strenuo militi mortem affert; Quanto magis per apertas aurium

Exod. 32.  
4.

Hugo 3.  
de clau-  
stro ani-  
mae c. 9.  
cap. lib. 2.  
c. 20.

Prosper. lib.  
3. de ui-  
ta con-  
tem. c. 6.

Cassian.  
lib. 5. c.  
20.

Cap. 31.

Prover.  
23. 20.

Bedae. lib.  
2. in Pro-  
uer. ad c.  
23.

Ex bram  
de morbo  
linguae.

Gmef. 3.

fores



fores morti ingressus dabitur; Magna liquidè est auris fenestra, quippe per quam mors in mundum ingressa, cunctas deuorauit gentes ac nationes. & infatiabilis adhuc remanet. Setis igitur ac vectibus obstruendæ sunt tibi aurium fores, ne maledicentia, & obrectatio subintrare possit. Hactenus Ephraim. Ex cuius sententia satis claret, nec minimus defectus aliorum esse libenter audiendos, sed potius aut aperta contradictione, si id obloquentis qualitas ferat, vel saltem tristitia vultus repellendos, ne parua detractio audita mentem audientis polluat, & ad magnam detractio- nem audiendam, atque adeò ad mortem animæ incutendam disponat.

Non solum autem aliorum defectus procul ab auribus abiiciendi sunt, verum & laudationes nostræ verissima humilitate repudiandæ. Valde namque mirum est, quòd viri sapientia ac virtute præstantes ab hominibus laudari velint, & suas conciones, sua scripta, sua dicta, vel facta coram se extolli & commen- dari sustineant. Immo fœdius est & stultius, quòd præsentem, quid de suis dictis aut gestis sentiant, in- terrogent, eo solum fine, vt ab illis oblata aut ingesta occasione laudentur. Qui hoc vitio fati pernicioso sordent, se ad contemnendas adulatorum laudes ex- citabunt, si considerent se ab adulatoribus decipi, & ad superbiam impelli. Verissimum enim est illud Isaia: Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. ] Hoc enim est, vias nostras dissipari, in superbiam, ob quam deiciamur, & à Domino relinquamur, extolli. Per- pendant etiam hanc propriarum laudum admissio- nem à Salomone fuisse prohibitam. Cum te, inquit, lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. ] Verè enim peccatores sunt, qui inepè laudando delinquant, & audientem ad superbiam, & inanis gloriæ peccatum inclinant. Hi propriæ excellentiæ audios lactant, dum verbis laudationis melle illinitis, quibus super- bo animo nihil dulcius, inescant. Monet verò Sa- piens, ne acquiescamus eis, id est, ne eorum verba au- dire patiamur, quorum veneno immoderati nostra- rum rerum amatores & æstimatores efficiunt. Ad- uertant deinde, quid sanctus Dauid de vanis laudi- bus, Spiritus sancti scientia illuminatus edicat.

Oleum, inquit, peccatoris non impinguet caput meum. ] Et rursum: Molliti sunt sermones eius, sci- licet adulatoris, super oleum, & ipsi sunt iacula. ] Peccatoris ergo oleum, est vana laus, quæ non ad charitatem, sed ad vanitatem impinguat. Est etiam instar iaculi, quod cor audientis vulnere vanæ gloriæ transfigit. Tandem seipos proprio motu sui cor- dis edoceant. Si enim, vt ait Sapiens: Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odien- tis; dum vulnera, id est, increpationes, diligentium respuunt, quia palato cordis superbia infecto insulse videntur: quare non discunt oscula odientium, id est, adulationes reicere, quæ puritati virtutis officiant. Nec modica umbra, cum sol est in meridie, nos de- primit, nec magna, cum sol oritur, vel occidit, ex cor- pore nostro retulans extollit. Sic nec detractio- nibus maleuolorum viliores, nec laudibus adulatorum me- liores euadimus. Quid igitur ea audimus, quæ ma- gnitudini nostræ non seruiunt, quin & dum magnifi- cant, meritum bonæ actionis tollunt? Dicamus pro- inde cum Iob: Ecce in cælo testis meus, & conscius meus in excelis. Verbofi amici mei; ad Deum stillat oculus meus. ] Dominum testem, ac laudatorem no- strorum operum requiramus: homines verò, nec vitu- peratores timeamus, nec laudatores aufcultemus.

Si quis laudem ingesserit, aut ex manifesta increpa- tione, aut vultus teueritate cognoscat, nos vento

A non pasci, nec ad instar puerorum, inepis laudibus delectari.

Alij non iam inuidia aut inani gloria, sicut audito- res detractio- num & laudum, ferent, sed vana qua- dam curiositate ducuntur, dum arcana aliorum au- dire concupiscunt. Non vocati ad concilium acce- dunt; quid verbis tractetur, interrogant: immò & in tantum se ab hoc vitio pessundati sustinent, vt vnde non videantur, quæ in occulto ab aliquibus confe- runtur, aufcultent. Istos sic monet Basilus: Aures tuas ab audiendis mundanis narrationibus absti- cito, quatum potes, ne cæni respectione animam obli- nas tuam. Ne labores, vt audias, quæ ab aliis dicun- tur: nec immiseris caput tuum in mediū colloquen- tium: ne & tu sublaneris, & illos detractores effi- cias. ] Hæc ille. Vana itaque curiositas cohibenda est, quia dum aliorum facta audimus, euenit vt nos ipsos ignoremus. Sæpe quoque aut excipimus quod mentem perturbet, & mille suspicionibus ac timori- bus impleat. Negotia, quæ tractabantur, non bene cognita, aliter quam sint, non semel concipimus, lo- quentes vel illos, de quibus loquebantur, temerariè iudicamus: Si audita aliis narremus, multorum men- daciorem auctores sumus, & non leuibus scrupulis conscientiam nostram vrgemus. Quæ omnia vnica aurium custodia prædicuntur, quæ, ad nos non perti- nentia, audire contemnimus.

His tandem aurium defectibus cohibendis alius postremus adiungendus est, qui opposito modo pro- cedat. Nam qui noxia & vana libenter audiunt, tepe ad doctrinam cælestem audiendam obsurdescunt. Sacras cõciones tanquam ad solos seculares habitas, fugiunt, spirituales exhortationes auertantur, colla- tionibus de rebus diuinis, altare contemnunt. Fictas etiam aut veras occupationes inueniunt, quibus se à rerum diuinarum auditione sequestrent. Alij assiltu, quidem, sed ac si non assisterent: distracti pigri, osci- tantes, aut saltem curiosi, & eorum, quæ dicuntur, fa- cti censores, qui aridi veniunt, & aridi, ac minimè cõ- puncti discedunt. Sed hi, sicut aures debent à vanis & curiosis abducere, ita debent ad spiritualia ac diuina arrigere, & seipos ad fructum aliquem colligendum permouere. Si Dei sunt, verba Dei audiant, & sciant improbis Phariseis dictum esse: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. ] Nec solum audiant, verum & sinu mentis excipiant. Nam Isaias ait: Audite cæli, & auribus percipe terra; vt indicet spi- rituales esse & cælestes, qui vt homines audiunt, ter- renos verò & carnales, qui aures rebus diuina perci- piunt. Nihil dicitur etiam secularibus, quod spiri- tualis vit non possit in suum vsum attrahere, & suo statui aut necessitati accommodare. Scriptura enim facta, & omnis doctrina ex illa collecta, est velut gle- ba auræ, ex qua & vas in vsum diuitis ignobilis, & in vsum principis vel regis efficitur. Et sicut Cassia- nus ait: Pro qualitate legentis vel audientis, quo- dammodo in eadem littera sentus scripturæ succe- scit. Omnes igitur possunt ex concionibus ad sacu- lares, vel ex exhortationibus ad minus prouectos ha- bitis, aliquid ad suam vtilitatem conuertere, modò humiliter ac deuotè audiant, & in eo, qui loquitur, (quicumque ille sit, modò catholicè loquatur,) Chri- stum loquentem agnoscat, & modeiti discipuli, non superbi censores assistant. Legimus quidem de san- ctis præteritis, & in viris perfectis præsentibus non se- mel notauimus, vtrosque magno audiendi verbi Dei desiderio teneri, & nunquam ob imperitiam loquen- tis de rebus spiritualibus, à consortio communis po- puli audientis auerti.

B C

D E

Vsus

Basil. ser. de abdi- catione rerum.

Ioan. 8. 47.

Isa. 1. 1.

Cassian. col. 14. c. 11.

Isa. 3. 12.

Prov. 3. 10.

Psal. 140. 5. Psal. 54. 21.

Prov. 27. 6.

Iob 16. 20.



## Vsus mortificationis aurium.

**H**is ergo, virtutis amator, (vt omnia breuiter colligam) aures tuas ab omni labe mundabis.

I. Si coram te aliquid obscenum, aut impudicum, aut minus honestum, vel certè quod quàm longissimè aliquam impuritatem oleat, proferre aliquis attenter, tu maximam tui status, ac personæ Deo consecrata: iniuriam reputa.

II. Qui talia loqui audent, non tantùm fuge, & detestare, sed eos etiam viles, fatuos, & infames existima.

III. Amatoria carmina, versus aliquid impuritatis habentes, licet scitè compositos, & cantilenas sæculares à quocumque occinantur, penitus reice.

IV. Nugas, scurrilitates, verba ioculatoria, & narrationes ridiculas, & alia risum & cachinnos prouocantia non audias, nec vbi hæc dicuntur, assistas.

V. Rumoribus sæcularium rerum, & inutilibus nouitatibus, quæ ad tuum statum non pertinent, nequaquam intendas.

VI. Detractionibus & obmurmurationibus fratrum, etiam si leuissimè tantùm eorum defectus dicantur, nullo modo aures tuas præbeas.

VII. Laudationes tuas, & omne genus adulationis, quod te, & tua efferat, audire contemne.

VIII. Quæ occulta sunt, & ab alijs, te non ad consiliū vocato, tractantur, non auscultes, nec te confortio secretè loquentium ingeras.

IX. Nihil audire aueas, si non necessitati, aut utilitati, aut charitati aliquomodo seruiat.

X. Verba Dei, à quocumque dicantur, frequenter & humiliter audi, deuotè mentis sinu reconde, & in animæ tuæ profectum conuerte.

Ac tandem aures tuas, pretiosas fistulas esse considera, per quas in piscinam cordis tui purissima aqua doctrinæ celestis ingreditur, & ne eas sædi liquoris, id est, verborum inutilium admisione contamines, Sicut enim cor ad capiendam, ac opere compleendam doctrinam celestem, purum illibarumque seruatur; ita æquum est, vt auris pro reuerentia eiusdem doctrinæ ab omni (quantum fieri possit) impuritate mundetur.

## De mortificatione odoratus.

## CAPVT IV.



**L**EFACTVS, inter sensus carnis, tertium obtinet locum, qui & post visum, & auditum cohibendus est, ne bonus corporis odor, sit mali odoris interioris indicium. Compertum est enim, suauium odoramentorum curam propriam esse mulierularum, quæ simul cum carnis integritate timorem quoque & verecundiam perdidit. Vnde Salomon viuis coloribus meretricem depingens, inter alia eius verba, quæ refert, hæc etiam scribit: Aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo: Quæ cum postremò proponat stulto adolescenti, antequam illis verbis, Veni, inebriemur vberibus, ad flagitium inuitet, satis ostendit esse ad excitandam libidinem efficacissima. Has autem imitantur homines effœminati, qui eodem morbo ægri, similia circumferunt signa luxuriæ. Fortassis id faciunt, vt grauem odorem vitiorum suorum bonis odoribus contegant, cum tamen eo ipso, quod amomo & musco condiuntur, plus forteant. Nam & regem Asa, vita fun-

Prou 7.  
16.

2. Paral.  
16. 14.

A Etum posuerunt super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis pigmentorum arte confectis, quæ cum non vita donabant, sed magis vbiaceret defunctus, ostendebant. Ita prorsus odorum suauitas non animum effœminatam operit, sed quas habeat cogitationes, & affectiones ostendit.

Egregiè profectò id fateatur Chrysostomus, ita scribens: Miles es spiritualis. Talis autem miles non dormit in lecto eburneo, sed humi. Non oblitur vnguentis. Nam ista cura est meretriciis amotibus implicatorum, ac perditorum, scenicorum mētisque deploratæ hominum. Te verò non oportet olere vnguentum, sed spirare virtutem. Nihil immundius anima, quoties corpus talem habet fragrantiam.

B Corporis enim, ac vestium fragrantia arguit intus latere animam graueolentem, & immundum. Quum enim diabolus aggressus deliciis euitauerit animam, omnique vitiorum genere compleuerit, tum & in corpore suæ corruptionis lectum oblitur vnguentis. Nec secus atque hi, qui pituita nasi, catarrhòque perpetuo laborat, & vestes, & manus, & faciem contaminant, eo quod subinde narium profluuium abstergunt, anima quoque istius prauis profluuii malitiam in corpus abstergit.

C Quis enim præclarum aliquid aut bonæ frugis opinabitur de eo qui spirat vnguentum? Hæc omnia ille. Quæ cum ita sint, suaves corporis ac vestimentorum odores respiciendi sunt, ne, dum bene olemus, (vt nescio quis dixit) grauius oleamus. Hos enim odores abiicere mentis est verè pœnitentis, & ad nouam ac spiritualem vitam à pristina vanitate conuersæ.

Quare ] peccatrix illa mulier, ] quæ tam citò è tam obscuris tenebris in tantam claritatem emerit, statim atque voluntatem melioris vitæ concepit, ] attulit ] ad Dominum ] alabastrum vnguenti, ] quo suauius odoramenta recondebat. Et illa non iam corpori suo adiungenda, sed pedibus Saluatoris conculcanda proiecit. Idem omnino spiritualibus viris faciendum est, qui vt se veros sæculi defertores exhibeant, debent ista carnis oblectamenta, & vitiorum iritamenta, respicere. Nec se Augustini defendant exemplo, asserentis: De illecebra odorum non satago nimis. Cum absunt, non requiro, cum adsunt, non respuo, paratus etiam eis semper carere. Cum enim doctor sanctissimus, & vir moderatissimus ait: Cum adsint, non respuo, de ea odorum suauitate loquebatur, non quam ipse sponte accersebat, sed quam ex rebus oblati, aut coram positus, quas non poterat euitare, captabat.

D Defectus sensus olfactus in viris spiritualibus pauci sunt, sed tamen aliquos animaduerti, quos necesse est breuiter aperire. Quidam enim ex his, qui perfectionem cupiunt, quodam spiritu (vt ita dicam) condescendentis ducti, solent à pijs personis linteola ad emungendas nares, immò & interulas aquis odoriferis illitas acceptare, & sine villo scrupulo ad proprium vsum deferre. Quod (vt ego credo) aut ex nonnulla pusillanimitate, qua timent offerentes contristare, vel (quod verius est) ex quadam inaduerentia procedit. Sed rogo illos, ne in re ad mentis suæ candorem, & ad aliorum edificationem pertinet & aliquam inaduerentiam admittant. Nam quo pacto Dominus per cellas seruatorum suorum inuicibiliter transiens, eum sua consolatione, & interna suauitate dignabitur, quem videt squiritari, & oblectationi suorum sensuum addictum? Aut quomodo Angelus custodiæ hominis deputatus eum non horrebit, quem inuenit sub habitu religiosi, & spiritualis viri olere, non militem Christi strenuum, sed adolescentulum delicatum, ne dicam impudicum? Aut qua ratione sæcularis, pro remedio suorum scelerum ad spiritua-

Chrys. 88.  
4. de La-  
2. 40. 10.  
2.

Enc. 7. 17

Aug. 10.  
consp. 4.  
32.



lem virum accedēs, cum venerabitur, quem ex odore, non corporis domitorum, nec vitiorum hostem, sed moribus alicum, sed sui blandum palpatorem, sed deliciarum huius sæculi sectatorem sentit? Aut quod erit discrimen inter lincolum religiosi, & adolescentuli sæcularis, & compiti, si vtrumque ex bysso, aut ex alio lino delicatissimo eodem profus odore perfuso conficitur? Hæc nos sæcularibus contempribiles faciunt; hæc firmitudinem nostri status eneruant, hæc sine dubio multis miserationibus Domini ianuam intercludunt; nam dum sæculares delicatos olemus, à Domino secularium more tractamur. Fugiat ergo Dei seruis hæc oblectamenta damnanda, & nec importunè oblata apud se habere sustineat. Et qui, iuxta dictam Pauli, Christi bonus odor est Deo, ad oblectationem diaboli se huius sæculi odorem esse vereatur. Res enim, vt inquit Ambrosius, cum non videantur, per odorem tamen cognoscuntur: quòd si tu sæculares non serios & graues, sed delicatos & dissolutos oles, quid mirum si quamuis sub habitu virtutis lateas, sæculi amator videaris, & minus cautus iudicaris?

Alij honestiori prætexitu reuerentiæ permoti, quas secum in thecis affabre elaboratis, decenter reconditas sanctorum reliquias gestant, musco & aliis odoribus circumdant, vt se sanctorum illorum veneratores esse restentur. Sanctorum quidem pignora, quemque secum deferre pium est & salutare, quod perpetua Ecclesiæ traditio approbat, quod viri non solum virtute, sed & sapientia præstantes fecerunt, & faciunt; quod multis vtilitatibus plenum esse cognoscitur: Dominator enim Christus, vt inquit Damascenus, fontes nobis salutare præbuit sanctorum reliquias, quæ multis modis beneficia scaruunt. Per ipsos sanctos, demones abiguntur, morbi effugantur, infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes mærorumque soluuntur, omne donum bonum à patre laminum per eos his, qui indubitata fide petunt, descendit. Hæc ille. Longum autem esset, & satis extra nostrum propositum, omnia ista exemplis illustrare. Sed licet hoc ita sit, nolunt tamen sancti, quorum pignora non in Ecclesia recondimus, sed nobiscum circumferimus, odorum istorum suauitate venerari. Neque enim illos delectat nostra mollities, qua prætexitu reuerentiæ ipsorum, non Christi pugiles, sed sponso de thalamo progredientes redolemus. Nec placet indiscreta curiositas, qua sæculares ad nos ventitantes scandali mucrone percellimus. Illi quippe nos sentiunt mulierularum odore perfusos, nesciunt autem an ille odor homini mortificato, & mundi contemptori non congruens, à nostris vestibus manet, an à sanctorum reliquiis procedat. Et esto, quòd scitent, non id religioni sanctorumque venerationi, sed vanæ curiositati tribuerent. Christus Saluator noster, cum dignatus est conuersari nobiscum, in stabulo non bene olente natus, & in monte ossibus facinorosorum olido mortuus est. Ita sancti, cum nos comitantur, libentissimè ferunt, sine his odoribus apud nos manere, & quasi duces in prælio, & ductores in deserto, & magistri in schola penitentiae sine suauitatibus, quibus non indigent, honorari. Sanctorum igitur sacra pignora decenter custodita gestemus, precibus oris, & affectibus cordis veneremur, & conuersatione imitemur, non tamen velamen nostræ immortificationis faciamus.

Nonnulli necessitatis colore bonos secum odores, & vana pigmenta gestare non metuunt. Pariuntur namque quasdam angustias, & pressuras cordis ex atra bili profectas, quibus ex consilio medico-

A rum, odorum fragrantia medendum existimant. Iam hic mitius loquendum est, ne molesti reprehenses videamur. Inquirant ergo hi, & secum meditentur, an ista sit vera, & magna necessitas, & an alio remedio religiosiori cordis aut cerebri incommodo possit occurrere. Primum, inquam, expendant, an necessitas sit vera. Nam si ficta est, & non carnis infirmitati, sed imaginationi subnixæ, seipsos certè fallent, non verò Deum istarum in suis seruis deliciarum osorem, nec homines prudentes decipient. Deinde videant, an necessitas magna sit, quia videlicet ægritudo corporis maius periculum minuitur, vel magni obsequij diuini occupationes impedit. Si namque incommoditas parua est, non decet eam tanto nostræ grauitatis ac seueritatis impendio remouere. Et multo melius, Deoque acceptius erit modicam inuacuitudinem patienter sustinere, quam remedio minus religioso, & mulierularum curiositatem redolente, propullare. Quid? quòd vir Deo consecratus, secundum exteriorem speciem bene valens, & quotidie Sacrum faciens, & conuenientibus temporibus ad populum conciones habens, confessiones excipiens, & in similia opera pietatis incumbens, ab omnibus minus cautus, minusq; mundi contemptor iudicabitur, si cum odoramenta prophanorum hominum deferre percipiant? Quo certè obstaculum doctrinæ à se prædicatæ ponet, putabuntque auditores, eum non operari, sed loqui, & ministeria Euangelica exterius quidem tractare, minime tamen, quæ dicit, actione complere. Hæc parua corporis molestia, & cordis imbecillitates ad omnium notitiam non veniunt: eorum verò, qui eas audiunt, multi non credunt, immò velamen esse vanæ curiositatis, & delicatæ prophanitatis sibi persuadent. Quare consultius est, parui momenti incommoda dissimulare, quæ solent feruore curari, quam pigmentis & odoribus delinire. At ex conscientie propria testimonio, & ex medicorum sententia grauis virget infirmitas, quam dissimulare non licet, cui ab ipsa natura data sunt bonorum odorum remedia? Tun c medicum ab eo, qui sui victoriam cupit, hortandi sunt, vt alia medicamenta (si fieri possit) adhibeant. Nescio enim an sit aliqua corporis ægritudo, cuius extinctio ita ab odoramentorum suauitate dependeat, vt nequeat alia ratione curari. Et si talis inuenitur, illa erit satis singularis, quam homines non passim incurrent. Existentibus verò aliis medicaminibus, quæ valeant morbum depellere, muscus, & zibethus, & ambra, & alia similia respnenda sunt, ne corpora nostra in fetorem delitura, delicatioribus, quam noster status fert, medicaminibus foueantur. Sed si omnino hæc remedia sunt necessaria, tunc cum debita modestia admitrenda sunt, seruato interim in mente eorum carenti desiderio, & amata præ omnibus disciplinæ censura. Sciant tamen omnes, qui nos inuisunt, nos non pro voluptate, sed pro necessitate pigmentis, & odoramentorum vti suauitate, quam, cum primum potuerimus, pro reuerentia Domini, qui nos vitam asperam docuit, & ab omni carnis voluptate alienam, abiciamus. Hæc autem de odoribus illis dicta sunt, quæ communiter mulierularum, & adolescentes compiti in deliciis habent. Nam rosas, & floribus, & amomo, & croco, & balsamo, & aliis huiusmodi, quæ apud pharmacopolas veniunt, vt licet, dum quis ægritudine alicuius momenti pressus, lecto decumbit. Hæc enim non la sciuam redolent, vt muscus & alia, sed necessitate prætendunt, cui viri spirituales, & Deo dicati non minus quam reliqui subiacer: possuntq; illi sine vilo virtutis detrimento per remedia naturalia subuenire.



Illi tandem per hunc sensum grauius peccant, qui non ob aliquam necessitatem, sed ob solam curiositatem, & corporis oblectationem, odorum suauitatem se mulcent. Qui secum suauia odoramenta deferunt, & per vicos & compita sua non iam immortificationis tantum, sed & impudicitiae indicia diffundunt. Quia in cellis seu cubiculis desident, aromaticis suffimentis fragrantibus, vt se corporis proprii cultores, non virtutis amatores ostendant. Res quidem sacras, & Dei, ac sanctorum Basilicas variis suauissimorum odorum replere generibus, optimum est, quæ nostram internam reuerentiam, & animum verè pium deuotumque designent. Et cum eas adimus, puros illos odores percipere, salubre est, vt mentem ad cœlestia contemplanda efferant, & nostrum torporem exfuficient. Sed sine hoc fine odoribus cingi, & cellas suffimentis opplere, & oblectationes impudicorum assumere, valde est reprehensibile, quod vir Deo dicatur fugere debet omnino, vt huius sensus abnegationem arripiat. Vestes Esau, quas Iacob ad surripiendam eius benedictionem accepit, odoribus erat aspersæ. Vnde dicitur de Isaac, quod vt sensu vestimentorum illius fragrantiam, ipsi benedictionem impertit. At vestes illæ sacerdotales erant, vt inquit Hieronymus, quas diuini honoris ergo primogeniti odoribus perfundere consueuerant. Vestes verò communes prophani hominis non credimus, his deliciis fuisse perfusas. Ne ergo, qui de virtute gloriantur, indulgentia erga seiplos hominem prophanum excedant, quin & odorifera indumenta Esau in causa fuerint, vt ipse benedictione careret. Ita sanè, ô frater, hæc lasciuia tuorum vestimentorum, aliarumve rerum mollietis, te interna benedictione priuabit. Et merito interna benedictione orbatum dico, quem vilissimis hisce consolationibus carnis illigatum spiritus consolatio deseruit. Merito benedictione vacuum dico, quem Lactantius censet esse omnino virtutis expertem. Dicamus, inquit, turpe esse sapienti ac bono, si ventri & gula seruiat, si vnguentis oblitus, ac floribus coronatus incedat: quod qui facit, vtique insipiens, ineptus, & nihil est, & quem ne odor quidem virtutis attigerit. [At de indumentis sponsæ cœlestis dictum est: Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.] Volo igitur sponsam imitari, quia ad hoc eius virtus exprimitur, vt eam conuersatione sequamur, & vestibus redolere. Bene res habet; indumenta tua sponsæ odoribus fragrent, & similem vestibus animæ perfectæ suauitatem effundant. Sed scito vestimentorum sponsæ nomine bona opera designari, odorum verò typo vel bonam eius famam, vt Anselmus putat, vel iuge studium orationis, vt vult Gregorius, vel vt alij interpretantur, vniuersarum virtutum perfectiones exprimi. Opera ergo tua virtutes oleant, oratione in cœlum ascendant, & bonam ex se famam effundant, & sic corpus tuum durrer tractabis, & odorum suauitates spernes.

Hæc in fugillationem eorum dicta sunt, qui in vestibus, aut in aliquo, quod secum gestant, suaves odores admittunt. Sed non sunt minus reprehensione digni, qui cellas, & cubicula sua suffibus curiosè perfundant. Cella namque locus est orationis, locus gemituum & fletuum, locus lectionis ac meditationis, in qua non sunt admittenda quæ distrahant, aut mulceant, sed quæ compunctionem accendant. Cella carcer est corporis, in quo corpus detinemus, vt mente & spiritu in cœlestia surgamus: vt quid in carcere hostem nostrum, vt mentem ascendentem impediatur, odorum suauitate mulcemus: Cella iter est cœli, sed hoc iter nunquam legimus,

Gen. 27.  
27.

Hierony.  
trad. Hebraicis in  
Genesim.

Lactant.  
6. inst. c.  
22.

Cant. 4.  
11.

Anselm.  
& Greg.  
ibid.

A floribus, & rosas, & odoribus esse conspersum, sed tribulis & spinis, id est, laboribus, & tribulationibus satis opplerum. Non enim lata, hoc est, suavis, sed arcta, id est, dura, & difficilis vocatur via, quæ ducit ad vitam, adeo vt pauci sint, qui intrant per eam. De loco, in quo manebat Magnus Arsenius, hæc legimus: Aqua, qua palmarum ramos madefaciebat, vt fierent molliores, quæ nunquam ab illo mutabatur, sed sic diu manebat, corrupteque olebat, & tetra erat aspectu: adeo vt quidam ex patribus senè rogaret, cur hoc faceret, & ei exprobrarent fœcordiam. Is verò, cum, inquit, suauolentia, & aromatis prius sim vsus, odoratus damnum modo corrigo contrariis. Idem de Beato Patre nostro Francisco Borgia memini me legisse, qui aromatum suauitatem, qua, cum esset clarissimus Gandiæ Dux, fuerat vsus, grauius aliquando odorum tolerantia repensabat. Hæc & similia de viris perfectis memoria proditum est, de quibus tamen nunquam narratur, quod cellas odoribus suffuerint, aut se hoc genere suauitatis oblectauerint.

Non sufficit autem ad abnegationem odoratus, si quis odorum suauitates cõtemnat, nisi etiam, cum opus est, graueolentiam libenter, aut saltem patienter toleret. Nam multa sunt pietatis opera, quæ sine hac mortificatione explere non possumus. Longa ac molesta nauigatione ad infideles transmigrandum est: Sed nauis oneraria nauigantibus & mercibus plena, non solet esse minus referta malis odoribus. Triremes adeunda sunt, vt remigum confessiones audiamus, illisque spiritualem opem feramus: Sed in triremibus non parum est mali odoris tolerandum. Carceres, & xenodochia inuisenda sunt, vt compediti & infirmi nostro ministerio non careant: Sed ibi teret odor, qui ingredienti ex cruciat, sine vlla intermissione defedit. In tuguriis miserorum Indorum & in domunculis Æthiopum, aut aliorum pauperulorum, vt eis agritudine detentis subueniamus, ingrediendum est: Sed ibi olida, & molestiam huic sensui afferentia non desunt. Ita ergo Dei, & fratrum amator, ac virtutis cultor, odoratum dominetur, vt propter hanc graueolentiam ista opera charitatis magna non deserat, & ingressum horum locorum immundorum, vt immundos mundet, mûdus ipse non fugiat. Haud dubiè inter istos terros odores Christus animæ ipsum scienti optime oler: ibi seipsum detegit, ibi mentes suorum ministrorum illustrans, quantum sibi placeat opus charitatis pauperulis impensum, indicis non obscuris ostendit. Denique in vilissima casa pauperuli, quam propter Dei amorem, & animæ salutem, intramus, non semel fetor in odorem, & obscuritas in splendorem, ac in saporem amaritudo conuertitur.

Vsus mortificationis odoratus.

V T igitur omnia, quæ dicta sunt, summam perstringam, hæc tibi obseruanda sunt, vt sensum odoratus componas.

I. Linteola, interulas, & alia similia à secularibus oblata, si minus religiosa sint, odoribusque perfusa, aut non admittas, aut saltem in tuum vsum non assumes.

II. Reliquaria, quæ tecum gestas, ob prætextum venerationis sanctorum, odorum suauitate non repleas, sed odoramentis pro sanctorum reliquiis, quæ in Ecclesia, vel Sacello asseruantur, omittis, quas ad tutamen è collo appendis, decenter collocatas, sine vllis tamen odoribus, tecum deferas.

III. Modicas cordis aut cerebri imbecillitates assidua bonorum odorum gestatione non cures, sed

Matth. 7.  
14.

Scriptis in  
Inst. die.  
19.



alios remedijs, que minimè lasciviam redoleant, & faculares non offendant, tuæ necessitati provideas.

IV. Multo minùs curiositatis aut oblectationis gratia vestes tuæ, aut locus in quo habitas, aliquid suave redoleant, ne te minùs pudicum, aut saltem minùs cautum esse prodant.

V. Cùm necesse fuerit ad animarum salutem, aut ad aliquod pium opus gerendum graueolentiam suscinere, eam fortiter perferas, nec propter hanc molestiam ministeria charitatis omittas.

Sic hanc corpoream odoramentorum suavitate abiiciens, spiritualem ac cœlestem Christi odorem mentis tuæ sensu percipies: cuius indicibili suavitate delectatus, dices cum sponsa: In odorem vnguentorum tuorum eurremus: & post illum per vniuersas virtutis vias mirabili seruis celeritate discurre. Hæ te certissimè in æternam patriam ducent, in qua, vt optimè dixit Marulus, Non est Engadi vicus balsami ferax, non Sabæa regio thuris abundans, non pretiosum vnguentorum mater Arabia, sed quod his longè redolentius ac suauius habetur, diuinæ præsentæ indicibile odoramentum, & cunctis animæ sensibus nunquam defutura dulcedo.

De Mortificatione Gustus.

CAPVT V.



AM ad quartum sensum, nempe ad Gustum, transeamus, cuius abnegatio apprimè necessaria est, quoniam solet potentissimè hominum mentibus dominari. Hic est veluti interuentus famiporum, & ventris, ac gula & ebrietatis incensor, qui inter carnem nostram cibòsque discurret, vt sine debita moderatione iuncti, in obscena etiam flagitia profiliant. Necesse est autem hunc sensum à spiritali viro acriter cohiberi, tum vt ipse, qui statim & conuersione purus est, purum & moderatum gustum habeat, tum, vt qui bellator est, aduersus vitia bellum istud gloriosum incipiat. Non enim decet viri iusti gustum iniustum esse, qui seipsum contra præscriptum mentis dominatricis immoderatè suauitatibus tradat, eiusque libertatem præcipiat. Virginem namque esse, & gustum virginis conuenit, inquit Basilius, nullique gula suauiter oblectanti illecebre peruium. Integram se, & in hac parte, atque inuolabilem sancta virgo cautè seruabit: copulque, vt seruire queat animæ in his, quæ sunt necessaria victui, moderabitur prudenter, ac reget. Quomodo verò ab huius sensus victoria, cui gula cognata est, bella sint spiritalia inchoanda, tradit Hugo Victorinus in hunc modum. Neque ad conflictum spiritualis certaminis allurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus gula, videlicet appetitus, edomatur: quia si non prius ea, quæ nobis viciniora sunt, prosternimus, inaniter ad ea quæ longè sunt impugnanda transimus. Sic ille, & verè. Nam sicut gustum vincere, nos ad alia bella vincenda coapat, ita ab illo vinci, atque prosterni, in innumerable peccata sæpe disturbat. Gustus vini Noe generis nostri in stauratorem subiciens, eius pudenda detexit. Gustus Lot duarum filiarum stauratorem effecit. Gustus ab Esau ius primogenituræ præcipuit. Gustus Israelitas in Deserto magna ex parte repentina morte sustulit. Gustus filios Heli sacerdotis Ophi, & Phinees gladio Philistinorum confodit. Gustus Ela gladio Zambri interficiendum obiecit. Gustus per magnum mulieris caput Holofernis abscidit. Gustus Simonem Machabæum in conuiuio, & fi-

Can. 7.

Marul. in Eman. gelistario li. 4. c. 22.

Basil. lib. de virginitate.

Hugo in regula c. 5.

Gen. 9. 21. Gen. 19. 12. Gen. 25. 21. Num. 11. 33. 1. Reg. 4. 11. 3. Reg. 16. 10. Iudith 13. 10. Machab. 16. 16.

lios eius & seruos occidit. Hic tandem innumeros alios animo & corpore exterminauit. Nam ex desidio saporis in saturitatem, & saturitate in obscenitates se distulit, & ex his in maximas calamitates deiecit, & indignationi Domini tradidit dissipandos. Atque ideo ipse Dominus ait: Saturauit eos, & meretrici u sunt, & in domo meretricis luxurabantur. Nunc quid super his non visitabo, & in genere tali non uiscetur anima mea: Hæc autem omnia illis etiam metum incutiant, & ad gustus abnegatione accendant, qui in rebus, non adeo magis, cum sibi dominati dissimulant. Certum est enim, quod ex paruis venitur ad magna; & si Dominus tantis eladibus notabiles huius sensus excessus punit, minores quoque, licet non tam graui pœna, mulctabit, neque eos sine condigna castigatione relinquet. Nec minùs certum est, gustum carnis, gustum mentis excludere: & eos, qui dulcedine saporum explentur, nequaquam à Domino interna suauitate satiari. Quamobrem sensus iste, ceu puer, compescendus est, & abnegatione, quasi virga, plectendus, ne eius voluptas fratris maioris, spiritus scilicet, delicias tollat, & per eum caro aduersus mentem insoleat.

Jerem. 7.

Ad plenam gustus abnegationem exponendam, omnia illa accersenda essent, quæ supra ad extinctionem vitij gulae conscripimus, nisi cuperemus nihil reperere, & noua semper vitæ spiritualis documenta, prout Dominus donare dignatur, explicare. Illa ergo legenda sunt, aut in memoriam reuocanda, vnde discemus, quid, quantum, quale, quomodo, & vbi cibum sumere debeamus. Hoc verò loco solum adducemus ea, quæ illis documentis iam expositis, & huius sensus mortificationi subseruiant. Ac primò summptionem cibi oratio intenta, ac feruens, & intentionis directio præcedat, qua à Domino postulemus, & apud nos ipsos statuamus, cibos non ad voluptatem, sed ad necessitatem, accipere; & solum ad explendam Domini voluntatem, qui nos huic curæ subiecit, & ad sustentandam naturam, manducare. Quæ intentio in ipso refectionis decursu repetenda est, ita vt voluptatem faciat fugere, & tantum necessitati seruire. In Euangelio enim legimus, Christum Dominum sæpe ab oratione refectionem corporis inchoasse, vt nos ad fundendam orationem ante cibi summptionem instrueret. Quid autem oratione in hoc tempore sua petendum est, nisi quod communiter petimus, vt scilicet Dominus tum nos, tum sumenda benedicat. His autem bene imprecamur, vt accepta illa, corpora reficiant, & roborent; nobis autem postulamus, vt secundum Domini beneplacitum, non pro vili voluptate, sed pro sustentatione nature alimentis sustentemur. Hac præuia oratione vsus est Augustinus, vt ipse de se fatetur in confessionibus suis. Enumeratis enim variis tentationum laqueis, qui in summptione ciborum animæ insidiantur, ait: His tentationibus quotidie conor resistere, & inuoco Domine, dexteram tuam ad salutem meam, & ad te refero ætus meos, quia consilium mihi de hac re nondum stat. Hæc ille.

Lib. 6. p. 2. c. 3. 4.

Deinde corporis valetudine fruente nihil speciale ad manducandum petamus, sed quæ benigna providentia Prælati omnibus in commune ministrauerit, cum gratiarum actione gustemus. Horum verò, quæ magis vilia, quæ minùs suauia, minùsque appetitum illicitentia, liberiori sumenda sunt, vt ipsa alimenterum discretio minime necessaria gustus oblectatione reiciat. O quantū inter sapientiam spiritus, sapientiamque carnis inueniat, quarum hæc stultitiam putaret, inuicibus insuauia fecula, & pretiosis vili præferret. Illa verò insipientiam putat, insuauibus suauia

Aug. 10. confessio. c. 31.





& vilius meliora proponere. Huius autem huius nec  
 cato, nec spiritus, quia litigant, iudicis partes agant,  
 sed media ratio sit iudex, quae arbitra sedens, horum  
 litigantium rationes audiat, & equam sententiam fe-  
 rat. Sapientia carnis dicit: Meliora & suaviora su-  
 menda sunt, quia melius corpus impinguant, quia  
 gustum magis delectant, quia licet homines nobiles, &  
 plebeij, sapientes & insipientes faciant, & oppositum  
 iudicium iudicarent. Sapientia spiritus dicit: Tua exi-  
 stimatio vera non est, immo viliora & insuaviora ac-  
 cipienda sunt, quia corpus solidius & fortius ad la-  
 bores reddunt; quia gustum ad comedendum ultra  
 necessitatem non incant: quia effraenes motus car-  
 nis comprimunt; quia praeterita peccata castigant;  
 quia ad obtinendam spiritualem suavitatem dispo-  
 nunt; quia sic tandem viri sancti fecerunt, & faciunt,  
 & oppositum puerile & noxium existimant, quo-  
 rum auctoritas sensui omnium mundanorum prae-  
 ponenda est: sicut in omni bene gubernata republi-  
 ca, paucorum nobilium sapientiumque sententia,  
 viliis plebeculae, & vulgarij multitudinis sententiae  
 praeponeitur. Ratio auditis partibus ius dicit, &  
 constanter affirmat carnis sapientiam despere, sa-  
 pientiam vero spiritus non errare. Caro appellat Do-  
 minum, & rationis iudicium iniquum clamat; spiritus  
 in prouocatione consentit. Dominus, qui errare non  
 potest, rationis confirmat sententiam. Nam & ego,  
 inquit, Rex regum vitam mortalem agens. cum pos-  
 sem, non suavia, & magnis apparata sumptibus, sed  
 vilia & communia manducaui; hominibus in pri-  
 ma illa aetate ante diluuium, non nisi poma, & ole-  
 ra, & fruges apposui: dilectum populum meum  
 Manna cibo simplici in deserto pavi. Semel per ser-  
 uum meum Eliseum, & iterum per me ipsum ma-  
 gnam turbam hominum hordeaceis panibus inui-  
 tauj. Danieli, & socijs eius mensam regiam con-  
 temnere, & leguminibus vesci praecipit: Et Apo-  
 stolos, & Apostolicos viros, insuavia & vilia esculenta  
 manducare volui, & nunquam illis gulae delicias  
 ministravi, quos ad sempiternas delicias elegi. Quid  
 miris sapientia carnis? Quid murmuras? Annon  
 ram euidenter conuicta erubescas? Audi igitur ser-  
 uos post Dominum, non omnes, qui hac de re locu-  
 ti sunt, sed vnum, aut alterum, vt amplius confun-  
 daris. Vincentius Ferracienfis ait: Si panem di-  
 uersum, durum, mollem, album, aut aliter factum  
 ante te habeas, illum comedas, qui est vicinior, & li-  
 bentius comedas illum, ad quem minus sensualitas  
 inclinatur. Et Bernardus: Est autem vniuersum  
 praesentis poenitentiae tempus, vigilia quaedam so-  
 lemnitatis magni & aeterni sabbathi, quod praetola-  
 mur. Nec cauitaberis vigiliam longiorem, si aeternita-  
 tem festiuitatis attendas. Si vero tempus hoc vigiliae  
 est, ei delicata, & suauia non congruunt, quae nisi ve-  
 limus nos ipsos cludere, ab abstinentiae ac ieiunio-  
 rum temporibus reiciuntur. Et Hugo Victorinus:  
 Observatio, inquit, in eo, quid sumat, id est, vt nec ni-  
 mis pretiosa & delicata exoptat, nec nimis rara & in-  
 solita requirat, nec nimis lauta, & accuratè praeparata  
 concupiscat. His manifestum sit, alimenta suauia,  
 quoad fieri possit, esse vitanda, illaque gustui con-  
 cedenda, quae ille quidem non horreat, & humanam  
 fragilitatem sustentent, non onerent, & ad spiritualia  
 munera agiliores efficiant. Nec durum est hominem  
 sanum, ac roburatum nihil omnino petere, & solis sibi  
 oblati alimentis esse contentum, cum nouerimus  
 aliquos aegrotantes praeter mortificationis desiderio  
 oblata solum accipere, licet minus sibi grata, & nihil  
 omnino postulare.  
 Ad hoc pertinet, vt ab aliquibus cibis delicatissi-

mis quos saeculares homines in delicijs habent, peni-  
 tus pro amore Domini toto vitae tempore abstinen-  
 dum sit, si absque singularitatis nota possumus, vt ali-  
 menta nostra ab statu poenitentiae, quem profitemur,  
 non dissonent. Certum est enim, plurimos pauperes  
 nunquam suauissima aliqua esculenta gustasse, & nos  
 pauperiores sumus, immo, veram, & Euangelicam  
 paupertatem spontam accepimus: quid magnum si  
 quod illi inuiti faciunt, nos ad carnem domandam  
 libenter faciamus? Cibi isti boni sunt, non imus in-  
 ficias. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil re-  
 iiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.]  
 At saepe bona meliorum causa deseruimus, & multo  
 melius est, ab his, propter mortificationem abstinere,  
 quam ea sine necessitate gustare. Paulus quidem re-  
 prehendit eos, qui iubent abstinere à cibis, quos Deus  
 creauit ad percipiendum cum gratiarum actione: sed  
 illos tantum, vt docet Irenaeus, & Epiphanius, &  
 alij patres, qui hanc abstinentiam propter ciborum  
 immundiciam suadebant, non vero illos, qui ad mo-  
 deratam corporis contritionem aliquos cibos repu-  
 diabant. Si autem multi ex sanctis viris, qui praeces-  
 serunt nos, vino & carnibus perpetuo abstinerunt,  
 quid magnum erit, si nos non iam à carnibus, & à  
 viro, sed à quibusdam delicatissimis abstineamus,  
 quae non necessitas exigit, sed sola ingluuijs, & de-  
 standi mollicies inuenit? Haec quantorum soleat esse  
 causa malorum, in his praefertim, qui ea intemperan-  
 tius, & cum aliorum scandalo sumunt, Laurentius Iu-  
 stinianus sic exponit: Non parum corporum & ani-  
 marum aduersatur saluti effrenata exquisitorum  
 ciborum voluptas, quotidianisque eorundem vsus,  
 quem comitantur frequenter languores crebri, con-  
 temptus abstinentiae, immoderata delectatio gulae,  
 ventris repletio, iugis crapula, carnales motus, cogi-  
 tiones impudicae, morosa delectationes, libidinosi  
 consensus, pollutiones nocturnae, colloquia inhone-  
 sta, & alia quamplurima vitia, quae à religiosis viris, ac  
 morum grauitate decoratis, omnino debent esse alie-  
 na. Haeccille. Seruus itaque Dei, cuius saporis sint  
 ista delicatissima fercula, quae mundanis apponun-  
 tur, penitus nesciat, non quia per se mala, sed quia sa-  
 no homini superflua, quia viro religioso minime  
 conuenientia, quia studij orationis & abnegationis  
 non congrua, quibus volumus corpus eiusque appeti-  
 tiones comprimere, & mentem virtutibus, & calo-  
 stibus donis signare.  
 Alimenta communia non vsque ad satietatem acci-  
 pienda sunt, sed ita moderanda, vt è mensa surgen-  
 tes aliquantulum esuriamus. Quod & corpori &  
 animae saluberrimum inuenitur. Corpori quidem (in  
 quo vniuersa medicinae ars consentit) quoniam sto-  
 machus aut ventriculus melius ingesta complecti-  
 tur, facilius digerit, & malis humoribus & crudita-  
 tibus non repletur. Animae vero, quia minus gra-  
 uata cibis, citius se à colloquijs, & occupationibus  
 minus seruis expedit, vt meditatione se pascat, & af-  
 fectibus deuotis pinguescat. Tanta sit, inquit Hie-  
 ronymus, in sumendo sobrietas, tanta tali que par-  
 citas, vt venter potius conqueratur, quam gaudeat.  
 Non egeat in digerendo stomachus medicinis, ru-  
 ctum potius vacuatio, quam nimia repletio inducat.  
 Idem monet Ecclesiastes, frugalitatis bona, & saturi-  
 tatis mala vno verbo comprehendens. Dalcis, in-  
 quit, est somnus operanti, siue parum, siue multum  
 comedat, saturitas autem diuitis non finit eum dor-  
 mire. Ille enim, qui ad depellendam paupertatem la-  
 borat, siue multum, id est, necessarium, siue parum, id est,  
 minus quam necessarium est, comedat, quietè dormit,  
 iste vero cibis distentus, & bellum tor ferculorum inter

Hier. lib. 1. contra Iouinian. Amb. e. pist. 82. Num. 11. 4. Reg. 4. Ioan. 6. Daniel.

Vincent. tract. de vita spir. c. 3. 5. de modo standi in mensa. Bern. ser. in vigil. S. Andreae.

Hugo lib. de inst. no. 11. c. 19.

1. Tim. 4. 4.

ibid. n. 3.

Irena. li. 1. c. 3. Epiph. ha. ref. 43.

Iust. h. de perfectio- nis gradi bus c. 4.

Hiero. ad virginis c. 37.

Ecl. 5. 11.





se pugnantium intra stomachum sentiens, nunquam sine tormēto & moleſtia quieſcit. Vnde Auguſtinus ait: Hoc me docuiſti, Domine, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam: quo diſcimus, in alimentis tenendam meſuram. Nam quemadmodum medicamenta non accipiuntur ad ſatietatem, ſed ad ſalutem corporis, ita alimenta non ad ſatietatem, ſed ad euſdem corporis ſuſtentationem ſumuntur. Idque ſeruabat Edmundus, ſanctiſſimus Cantuarienſis Archiepiſcopus, cui (vt in eius vita legitur) nunquam cura fuit, vt paſceret corpus, ſed vt ſuſtenteret. Qui autem propter Dominum carni ſuæ dabat panem arctum, & aquam breuem, meruit pane vitæ & intellectus reſici, cum fuerit ſapientia clarus, & ſui temporis doctor eximius.

Portio cibi, quæ nobis apponitur, non omnis ſumenda eſt, ſed aliquiſd modicum relinquendum, vt abnegationis amatores exiſtamus. Huius documenti habemus aſſertorem Bernardum: Sed Chriſtianus, inquit, homo comedit vt viuatur, non viuatur vt comedat, ſicut quidam ait, idque & illud bene de inuſitibus & voracibus ait,

*Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.*  
Chriſtianus autem non ſic, ſed ſemper ita furgat de menſa, vt adhuc habeat appetitum plura ſumendi: & eum, qui adhuc eſſet implendus cibariis, Domino Ieſu pro grato munere conferat appetitum, qui pro ſalute noſtra ſapius eſurire voluit & ſitire. Hæc ille. Ad hoc abnegationis genus, & modicum Domino obſequium offerendum, incitare nos debet, quod optimos imitamur. Sicut enim reges & diuites ſæculi, nunquam omnia ſibi apoſſita deuorant, ſed multa ſeruis accipienda relinquunt; ſic & nos, qui in curia Domini dominorum principatum ambimus, in hoc debemus more magnatorum comedere, quod ex rebus nobis oblatiſ parum aliquid relinquamus. Eſt etiam id gratæ mentis iudicium, quæ opere ipſo dicit, ſetanta ad corporis ſuſtentationem accipere, & tam abundanter ſibi pro hac mortalitate prouideri, vt poſſit alios inuitare. Si autem aliquando cogitatio importunius ſuaſerit, omnia quæ apponuntur, eſſe ſumenda, nihilque vel modicum omitendum, dicat quique ſibi quod ſanctus Dauid: Propitiuſ ſit mihi Dominus, ne faciam hoc. Immo de eo quod mente propoſui, implere fideliter, vt in hiſ modicis diſcam appetitum cohibere.

Ita etiam accipitur eſus, vt mens non ad alimentorum ſauitatem, quam non querit, ſed ad aliquid audiendum aut conſiderandum attendat. Sic corpus reſicitur, & guſtus delectatio reprimitur, & meti propriis quoque eſus ingeritur. Audi hoc ex Bernardo, qui ſic ait: Cum manducas, nequaquam totus manduces, ſed corpore tuo ſuam refectionem procurante, mens ſuam non negligat, ſed de memoria ſauitatis Domini, vel ſcripturarum aliquid, quod eam paſcat, meditando, vel ſaltem memorando ſecum ruminet, & digerat. Et Baſilius: Inter epulandum hoc cauere conuenit, ne helluantium ſpectem præbeamus, ſed & conſtantiam & manſuetudinem ubique retineamus, atque in percipiendis voluptatibus æquabilem continentiam; ne tum quidem porro ita animis eſſe feriat ſi nos oportet, vt commentatione rerum diuinarum vacemus. Quippe qui alimentorum naturam, corporiſque aliti opificium, argumentum habeamus diuinas laudes exordiendi, vtique cum in mentem nobis venit, quomodo varia cibi genera corporum qualitati accommodata, ab eo ſunt inuenta, qui omnia moderatur, & regit. Hæc ille. Quibus verbis non tantum docemur, tempore refectionis corporaliſ quid facto opus ſit; ſed etiam abundans materia meditando ac

**A** laudandi Dominum nobis adminiſtratur.

Manducantibus nobis, quæ & iam conſuetam refectionem ſumentibus, videtur noua fames ac noua comedendi auiditas excitari, & importuna quadam voluntas exdiri, quæ nobis iam refectionem corporis perficientibus ſuggerit, vt quaſi de nouo incipiamus, & vitæ quam neceſſarium ſit, & animo ſtatuertamus, guſtemus. Sed cum iſtam auiditatem ac voluptatem, non fames nec cibi neceſſitas, ſed tentatio ingerat; alimenta penitus linquenda ſunt, a menſaque ſurgendum, ne in gula ſcopulū illidamur. Huius tentationis meminit Gregorius hiſ verbis: Sæpe autem in ipſa edendi via furtiue adiuncta voluptas ſubſequitur: nonnunquam verò impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem eſt deprehendere, cum voluptas eius neceſſitatem præuenit: ſed valde eſt difficile diſcernere, cum in ipſo eſu neceſſario ſe occulta ſubiungit. Nam quia præuenientem naturæ appetitum ſequitur: quaſi à tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore, quo neceſſitati debitum ſoluatur, quia per eſum voluptas neceſſitati miſceatur, quid neceſſitas petat, & quid, ſicut dictum eſt, voluptas ſuppetat, ignoratur. Sæpe verò diſcernimus: & quia vitæ que per experientiam ſibi coniuſctam nouimus, in hoc quod extra metas rapimur, liberè reſiciendo fallimur; & dum ſibi mens ex neceſſitate blanditur, & voluntate decipitur. Meminit & Auguſtinus; ſic enim ait: Et cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pedit ſequa periculofa incunditas, & plerumque præire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertū ſit, vt quum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Bernardus verò non tantum hanc fallam concupiſcentiam detegit, ſed & remedium ſubiungit, quod ſuprà à nobis tactum eſt. Frequenter, inquit, ſolet accidere, quod eſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam furgat noua delectatio, quæ facit hominem improuidum, & inſidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tâto ſtudio inhære, tanquam nihil antè comederit, vel intra multos dies, poſt hoc nil ſit ſumpturus ciborum. Et quia gula ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo, huic ſi eſe poſſent reſiſtere, quia impetus eius non longius durat, quam dum à menſa furgatur, & illius, quod tanto ſtudio deſideratur, memoria ſubducatur. Sic loquuti ſunt hi patres ſanctiſſimi pariter ac ſapientiſſimi, quos conſulto latè retulimus, vt lectores videant, quæ modica ſancti in ſemetiſſis conſiderabant & corripiebant, nec ea ſuis lubricationibus indigna cenſuerunt, ſed potiùs litteris conſignarunt. Huius ergo belli victoria, in quo guſtus aduerſus rationem inſurgit, ſubita alimentorum reſtione conquiritur, quibus dimiſſis è veſtigio ea neſcit illa fallæ fames, quæ nos ad excedendum incitabat.

**B** Manducantibus nobis, quæ & iam conſuetam refectionem ſumentibus, videtur noua fames ac noua comedendi auiditas excitari, & importuna quadam voluntas exdiri, quæ nobis iam refectionem corporis perficientibus ſuggerit, vt quaſi de nouo incipiamus, & vitæ quam neceſſarium ſit, & animo ſtatuertamus, guſtemus. Sed cum iſtam auiditatem ac voluptatem, non fames nec cibi neceſſitas, ſed tentatio ingerat; alimenta penitus linquenda ſunt, a menſaque ſurgendum, ne in gula ſcopulū illidamur. Huius tentationis meminit Gregorius hiſ verbis: Sæpe autem in ipſa edendi via furtiue adiuncta voluptas ſubſequitur: nonnunquam verò impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem eſt deprehendere, cum voluptas eius neceſſitatem præuenit: ſed valde eſt difficile diſcernere, cum in ipſo eſu neceſſario ſe occulta ſubiungit. Nam quia præuenientem naturæ appetitum ſequitur: quaſi à tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore, quo neceſſitati debitum ſoluatur, quia per eſum voluptas neceſſitati miſceatur, quid neceſſitas petat, & quid, ſicut dictum eſt, voluptas ſuppetat, ignoratur. Sæpe verò diſcernimus: & quia vitæ que per experientiam ſibi coniuſctam nouimus, in hoc quod extra metas rapimur, liberè reſiciendo fallimur; & dum ſibi mens ex neceſſitate blanditur, & voluntate decipitur. Meminit & Auguſtinus; ſic enim ait: Et cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pedit ſequa periculofa incunditas, & plerumque præire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertū ſit, vt quum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Bernardus verò non tantum hanc fallam concupiſcentiam detegit, ſed & remedium ſubiungit, quod ſuprà à nobis tactum eſt. Frequenter, inquit, ſolet accidere, quod eſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam furgat noua delectatio, quæ facit hominem improuidum, & inſidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tâto ſtudio inhære, tanquam nihil antè comederit, vel intra multos dies, poſt hoc nil ſit ſumpturus ciborum. Et quia gula ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo, huic ſi eſe poſſent reſiſtere, quia impetus eius non longius durat, quam dum à menſa furgatur, & illius, quod tanto ſtudio deſideratur, memoria ſubducatur. Sic loquuti ſunt hi patres ſanctiſſimi pariter ac ſapientiſſimi, quos conſulto latè retulimus, vt lectores videant, quæ modica ſancti in ſemetiſſis conſiderabant & corripiebant, nec ea ſuis lubricationibus indigna cenſuerunt, ſed potiùs litteris conſignarunt. Huius ergo belli victoria, in quo guſtus aduerſus rationem inſurgit, ſubita alimentorum reſtione conquiritur, quibus dimiſſis è veſtigio ea neſcit illa fallæ fames, quæ nos ad excedendum incitabat.

**C** Manducantibus nobis, quæ & iam conſuetam refectionem ſumentibus, videtur noua fames ac noua comedendi auiditas excitari, & importuna quadam voluntas exdiri, quæ nobis iam refectionem corporis perficientibus ſuggerit, vt quaſi de nouo incipiamus, & vitæ quam neceſſarium ſit, & animo ſtatuertamus, guſtemus. Sed cum iſtam auiditatem ac voluptatem, non fames nec cibi neceſſitas, ſed tentatio ingerat; alimenta penitus linquenda ſunt, a menſaque ſurgendum, ne in gula ſcopulū illidamur. Huius tentationis meminit Gregorius hiſ verbis: Sæpe autem in ipſa edendi via furtiue adiuncta voluptas ſubſequitur: nonnunquam verò impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem eſt deprehendere, cum voluptas eius neceſſitatem præuenit: ſed valde eſt difficile diſcernere, cum in ipſo eſu neceſſario ſe occulta ſubiungit. Nam quia præuenientem naturæ appetitum ſequitur: quaſi à tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore, quo neceſſitati debitum ſoluatur, quia per eſum voluptas neceſſitati miſceatur, quid neceſſitas petat, & quid, ſicut dictum eſt, voluptas ſuppetat, ignoratur. Sæpe verò diſcernimus: & quia vitæ que per experientiam ſibi coniuſctam nouimus, in hoc quod extra metas rapimur, liberè reſiciendo fallimur; & dum ſibi mens ex neceſſitate blanditur, & voluntate decipitur. Meminit & Auguſtinus; ſic enim ait: Et cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pedit ſequa periculofa incunditas, & plerumque præire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertū ſit, vt quum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Bernardus verò non tantum hanc fallam concupiſcentiam detegit, ſed & remedium ſubiungit, quod ſuprà à nobis tactum eſt. Frequenter, inquit, ſolet accidere, quod eſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam furgat noua delectatio, quæ facit hominem improuidum, & inſidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tâto ſtudio inhære, tanquam nihil antè comederit, vel intra multos dies, poſt hoc nil ſit ſumpturus ciborum. Et quia gula ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo, huic ſi eſe poſſent reſiſtere, quia impetus eius non longius durat, quam dum à menſa furgatur, & illius, quod tanto ſtudio deſideratur, memoria ſubducatur. Sic loquuti ſunt hi patres ſanctiſſimi pariter ac ſapientiſſimi, quos conſulto latè retulimus, vt lectores videant, quæ modica ſancti in ſemetiſſis conſiderabant & corripiebant, nec ea ſuis lubricationibus indigna cenſuerunt, ſed potiùs litteris conſignarunt. Huius ergo belli victoria, in quo guſtus aduerſus rationem inſurgit, ſubita alimentorum reſtione conquiritur, quibus dimiſſis è veſtigio ea neſcit illa fallæ fames, quæ nos ad excedendum incitabat.

**D** Manducantibus nobis, quæ & iam conſuetam refectionem ſumentibus, videtur noua fames ac noua comedendi auiditas excitari, & importuna quadam voluntas exdiri, quæ nobis iam refectionem corporis perficientibus ſuggerit, vt quaſi de nouo incipiamus, & vitæ quam neceſſarium ſit, & animo ſtatuertamus, guſtemus. Sed cum iſtam auiditatem ac voluptatem, non fames nec cibi neceſſitas, ſed tentatio ingerat; alimenta penitus linquenda ſunt, a menſaque ſurgendum, ne in gula ſcopulū illidamur. Huius tentationis meminit Gregorius hiſ verbis: Sæpe autem in ipſa edendi via furtiue adiuncta voluptas ſubſequitur: nonnunquam verò impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem eſt deprehendere, cum voluptas eius neceſſitatem præuenit: ſed valde eſt difficile diſcernere, cum in ipſo eſu neceſſario ſe occulta ſubiungit. Nam quia præuenientem naturæ appetitum ſequitur: quaſi à tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore, quo neceſſitati debitum ſoluatur, quia per eſum voluptas neceſſitati miſceatur, quid neceſſitas petat, & quid, ſicut dictum eſt, voluptas ſuppetat, ignoratur. Sæpe verò diſcernimus: & quia vitæ que per experientiam ſibi coniuſctam nouimus, in hoc quod extra metas rapimur, liberè reſiciendo fallimur; & dum ſibi mens ex neceſſitate blanditur, & voluntate decipitur. Meminit & Auguſtinus; ſic enim ait: Et cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pedit ſequa periculofa incunditas, & plerumque præire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertū ſit, vt quum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Bernardus verò non tantum hanc fallam concupiſcentiam detegit, ſed & remedium ſubiungit, quod ſuprà à nobis tactum eſt. Frequenter, inquit, ſolet accidere, quod eſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam furgat noua delectatio, quæ facit hominem improuidum, & inſidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tâto ſtudio inhære, tanquam nihil antè comederit, vel intra multos dies, poſt hoc nil ſit ſumpturus ciborum. Et quia gula ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo, huic ſi eſe poſſent reſiſtere, quia impetus eius non longius durat, quam dum à menſa furgatur, & illius, quod tanto ſtudio deſideratur, memoria ſubducatur. Sic loquuti ſunt hi patres ſanctiſſimi pariter ac ſapientiſſimi, quos conſulto latè retulimus, vt lectores videant, quæ modica ſancti in ſemetiſſis conſiderabant & corripiebant, nec ea ſuis lubricationibus indigna cenſuerunt, ſed potiùs litteris conſignarunt. Huius ergo belli victoria, in quo guſtus aduerſus rationem inſurgit, ſubita alimentorum reſtione conquiritur, quibus dimiſſis è veſtigio ea neſcit illa fallæ fames, quæ nos ad excedendum incitabat.

**E** Manducantibus nobis, quæ & iam conſuetam refectionem ſumentibus, videtur noua fames ac noua comedendi auiditas excitari, & importuna quadam voluntas exdiri, quæ nobis iam refectionem corporis perficientibus ſuggerit, vt quaſi de nouo incipiamus, & vitæ quam neceſſarium ſit, & animo ſtatuertamus, guſtemus. Sed cum iſtam auiditatem ac voluptatem, non fames nec cibi neceſſitas, ſed tentatio ingerat; alimenta penitus linquenda ſunt, a menſaque ſurgendum, ne in gula ſcopulū illidamur. Huius tentationis meminit Gregorius hiſ verbis: Sæpe autem in ipſa edendi via furtiue adiuncta voluptas ſubſequitur: nonnunquam verò impudenter libera etiam præire conatur. Facile autem eſt deprehendere, cum voluptas eius neceſſitatem præuenit: ſed valde eſt difficile diſcernere, cum in ipſo eſu neceſſario ſe occulta ſubiungit. Nam quia præuenientem naturæ appetitum ſequitur: quaſi à tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore, quo neceſſitati debitum ſoluatur, quia per eſum voluptas neceſſitati miſceatur, quid neceſſitas petat, & quid, ſicut dictum eſt, voluptas ſuppetat, ignoratur. Sæpe verò diſcernimus: & quia vitæ que per experientiam ſibi coniuſctam nouimus, in hoc quod extra metas rapimur, liberè reſiciendo fallimur; & dum ſibi mens ex neceſſitate blanditur, & voluntate decipitur. Meminit & Auguſtinus; ſic enim ait: Et cum ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pedit ſequa periculofa incunditas, & plerumque præire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico, vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertū ſit, vt quum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Bernardus verò non tantum hanc fallam concupiſcentiam detegit, ſed & remedium ſubiungit, quod ſuprà à nobis tactum eſt. Frequenter, inquit, ſolet accidere, quod eſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam furgat noua delectatio, quæ facit hominem improuidum, & inſidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tâto ſtudio inhære, tanquam nihil antè comederit, vel intra multos dies, poſt hoc nil ſit ſumpturus ciborum. Et quia gula ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo, huic ſi eſe poſſent reſiſtere, quia impetus eius non longius durat, quam dum à menſa furgatur, & illius, quod tanto ſtudio deſideratur, memoria ſubducatur. Sic loquuti ſunt hi patres ſanctiſſimi pariter ac ſapientiſſimi, quos conſulto latè retulimus, vt lectores videant, quæ modica ſancti in ſemetiſſis conſiderabant & corripiebant, nec ea ſuis lubricationibus indigna cenſuerunt, ſed potiùs litteris conſignarunt. Huius ergo belli victoria, in quo guſtus aduerſus rationem inſurgit, ſubita alimentorum reſtione conquiritur, quibus dimiſſis è veſtigio ea neſcit illa fallæ fames, quæ nos ad excedendum incitabat.

Aug. 10. confef. c. 31.

Serius To. 6.

Bern. ſer. de paſſione Domini c. 42.

2. Reg. 13. 17.

Bern. ad Fratres de monte Dei.

Baſil. epiſt. 11.

Greg. 30. 14.

Aug. 10. confef. c. 31.

Bern. ſer. de paſſione Domini c. 42.

Ecl. 2. 3.

Num. 6. 2.



Daniel.  
10.3.

Basil. lib.  
de virg.  
Hieron.  
epist. ad  
Euseb.

à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt. Et Daniel à vino abstinens mysteriorum caelestium reuelationem assequitur. Ioannisque Baptistæ sanctitas, ex vini ac sicera abstinentia monstratur. Hæc autem omnia in iuuenibus copulantur, qui debent sanctitatis desiderio præluere; primitias vitæ Domino consecrare, & sapientiam, rerumque caelestium cognitionem inquirere. His ergo Basilii, & Hieronymus optimo iure vino interdicitur: cuius vsum sanè deberent relinquere, & saltem vsque ad maturiorem ætatem differre. Alij verò ætate iam, & necessitate poscente, vino vtuntur, quod illis nullo modo prohibemus, si teneant sobrietatis mensuram. Hæc autem est, si vinum bene lymphatum bibant, nec nimis pretiosum exquisitumue requirant. Si insuper, nihil penitus de eo, quod sibi propinatur, vel in bonum vel in malum loquantur. Nam apposita vina laudare, aut vnum alteri gustu, aut sermone præferre, & è quibus regionibus vina pretiosiora aduehantur disputare, sermones sunt eorum, qui ventri deseruiunt, non illorum, qui solius necessitatis gratia cibum & potum accipiunt. Vidimus etiam in ipso aquæ potu apud aliquos, quod non est inuoluendum silentio. Nam aquam delicatissimam & optimam querunt, & inueniunt, & cum aliam propè habeant, ex loco satis distito sibi afferri curant: eam non nisi lapidibus ad hoc arte elaboratis distillatam refutant, & adiuncta niue, aut gelu, vt suauius bibatur, instringunt. Vniuersa hæc aulicorum sunt, & eorum, qui curam carnis faciunt in desideriis. At amatoribus perfectionis, qui gustatui suo non seruiunt, sed imperare volunt, satis est, (si non vrgens aliqua, & manifesta necessitas subfit) communis aqua, quam reliqui bibunt, à fratre, è puteo vel fonte haurita, nec maiori labore, ac diligentia potum sibi ministrari curabunt. Denique in frequenti vtu bibendi solet esse nonnullus excessus corpori etiam satis nocuus: cum tamen, nisi in vehementi aestu, sufficiat horis consuetis prandij & cœnæ potum sufficientem accipere. Qui autem hoc sibi difficile putant, quod multi experti sunt esse facillimum, frequentius bibant, ita tamen vt sobrietatis memores, suæ necessitatis metas non excedant.

#### Vsus Mortificationis Gustus.

**T**V ergo virtutis amator, qui cupis gustui, sicut & careris sensibus, modum imponere, ita illum moderaberis.

I. Sumptionem cibi præcedat oratio, & directio cordis, quibus petas, & velis alimenta necessaria, non pro voluptate, sed pro explenda Domini voluntate, & pro naturæ necessitate percipere, & vt corpus consuetæ refectioe roboratum possit menti seruire, & diuinis obsequiis attendere.

II. Saltem dum bene vales, nihil speciale ad manducandum petas, sed his ferculis, quæ omnibus apponuntur, esto contentus.

III. Ex his, quæ tibi ministrata sunt, ad maiorem gustus abnegationem viliora, & infuauiora, quæ magis pauperem decent, eligit.

IV. Delicatissimos sæcularium diuitum cibos, si absque singularitatis nota possis, (& certè sapissime poteris) penitus abiice, & hæc, quæ soli delectationi profunt, manducate erubescere.

V. Communes cibos nunquam ad satietatem capias, sed ita è mensa surge, vt tantillum esurias.

VI. Ex quocumque esculento, quod tibi ministratum est, in signum gratitudinis aliquid parum relinquito, quod Domino in acceptissimum sacrificium delibes.

VII. Ita comedas, vt non totus comedas, sed mente alicui præcommentationi, vel his quæ leguntur, intendas.

VIII. Si pœne finita refectioe, quasi nihil comedisses, noua fames, & amplius sumendi ardor infurgat, aduersarij dolum agnosce, & subita refectioe mensæ, aut cessatione comedendi, illum illude.

IX. Adolescens, aut iuuenis, vinum sine evidenti necessitate non bibas.

X. Pretiosa vina, & suauia, & delicata penitus non requiras, nec de cibis aut potibus quicquam loquaris.

XI. Communem aquam, qua omnes vtuntur, in vsum accipe, sciens quia nunquam intestina perforabit.

XII. Horis prandij & cœnæ tantum bibe, si verò interdium bibendum sit, potum solum ad necessitatem vtaris.

Et pro certo habe, hanc gustus abnegationem Deo esse gratissimam, quam qui seruarunt, caelestibus donis eminerunt. Ita tamen gustum cohibeas, vt naturam non lædas, nec enim Domino placent indiscreti famulatus, sed discretionem moderati. Scriptum est autè in Deuteronomio: Non abominaberis Ægyptium, quia fusti incola in terra eius. Quod Cassianus figuratiter de corpore nostro intelligendum existimat: nam illud non debemus imprudenter opprimere, sed prudenter regere, & ab illicitis solum aut superfluis auocare.

Deut. 23.  
7.

### De Mortificatione Tactus,

#### CAPVT VI.



**A**CTVS visus est omnibus vniuersorum sensuum periculosissimus, quoniam per omnia membra diffusus, mentem quasi per omnem partem oppugnat. Alij sensus portæ sunt animæ, per quas mors, nisi circumspicione claudantur, ingreditur: At tactus est quasi dissipatio muros, quibus solo equatis nihil in vrbe tutum esse cognoscitur. Illi sunt velut parua foramina, vel angustæ quædam particule, quas vnus miles, id est, vnus circumspicionis genus custodit: Tactus verò est veluti magna porta, aut ampla parietis ruptio, quam magna militum turba, id est, multiplex cautio, vix ab hoste defendit. Illi sunt velut canes venatici, qui prædam odorantur, & miseram insequuntur animam: at tactus est quasi venator ipse, qui prædam ad se adductam sæpe lethalis criminis gladio confodit. Sapienter Basiliius ab hoc sensu, tanquam ab omnium infestissimo, maxime cauere virginem docet. Tactum, inquit, vt sensuum omnium perniciosissimum, & sæuissimè blandientem, sensuque reliquos in sua ad voluptatis illecebras pellicientem, immaculatum, & perturbationibus minime peruium, semper quam maxima poterit cura, seruabit. Hic enim toto cum sit diffusus corpore, per omnem illius superficie, non eam solum, quæ apparet extrinsecus, verum & quæ altius recondita est, ad vitiosos contactus aduersus animam sæuè dominatur. Porro manibus ad vsus noxios præcipue nitens, his veluti quibusdam circumseptis armis, feruentius per horum in strumentorum consensum omnes, qui inciderint, capit. Hæc Basiliius. Qui & postea ait, non aliter nobis hunc sensum minime cohibentibus euenire, quam si caudam serpentis tangeremus. Sicut enim dum quis caudam serpentis attingit, citissime caput ipse conuertit, & tangentem mor-

Basil. lib.  
de virg.

dens



dens in corpus eius venena diffundit: ita tactus minus circumspēctus totum tangens corpus in se conuertit, & ad prauum consensum trahit. Hic sensus infimus omnium cum sit, ita tamen inolefcit, vt reliquorum Dominus videatur. Oculi enim vident, & aures audiunt, & nares odorantur, immo & cogitatio fingit, & cor concupiscit, & pedes sequuntur, quod tactus ad suam voluptatem percipiat. Ac proinde merito ab Augustino hic sensus inter elementa comparatus est terrae. Tactus, inquit, qui est quintus in sensibus, terreno elemento magis congruit, & per totum corpus animantis, quod ex terra est, quaeque tacta sentiuntur. Merito, inquam, terrae comparatur, quoniam sicut reliqua elementa, licet perfectiora, terrae famulantur, eamque salubrem, habitabilem, & fecundam efficiunt: ita alij sensus, licet sublimioris conditionis, tactus voluptati deseruiunt. Sed iniquus est herus, & crudelis animae deaustator, quo auctore mors ab aliis sensibus cepta perficitur. Misit Dominus in terram Iuda latrunculos Chaldaeorum, & latrunculos Syriae, & latrunculos Moab, & latrunculos filioem Ammon: ad extremum autem misit Nabuchodonozor regem Babyloniae, qui depradatus est terram illam, qui & Ioachim captiuum in Babylonem transtulit, & omnes principes Iuda captiuitati subiecit. Si prorsus quatuor sensus supra dicti, sicut quidam latrunculi animam vexant, & aliqua eius bona diripiunt; at tactus vt immanis tyrannus a sua libertate dimouet, & misera seruitute captiuat. Merito igitur clamat Isaias: Recedite, recedite, exite inde. Polulum nolite tangere, exite de medio eius. Mundamini; qui fertis vasa Domini. Quinam ferunt vasa Domini, nisi iusti, qui armaturam spiritualem, nomine vasorum intellectam, vt explicat Hieronymus, id est, virtutum multitudinem, portant? Sed his dicitur, vt exeant de medio concupiscentiarum suarum, quas scilicet caro nostra progenerat. Quod vt assequantur, debent polluta non tangere, id est, ea, quae suo contractu possunt mentem inficere, & ab omni occasione mali recedere.

Huius ergo sensus abnegatio summe necessaria est ad animae consequendam puritatem. Ad eam vero tractandam non est opus, turpia & obsecra commemorare, quibus homines ad tactus oblectationem suam corpus, mentemque contaminant: quae manifestum est, quam longissime abesse a vita & conuersatione iustorum. Quis enim ignoret, corpus humanum, & praesertim alterius sexus, quasi ignem esse, quem, vt grauissimis verbis aiunt Anselmus & Basilius, qui tetigerit, statim apertam concupiscentiae flammam, scelestisque visionem experietur? His ergo ommissis, quorum etiam cogitationem iustus quisque formidat, alia minora, sed non parum periculosa scribenda sunt, in quibus oportet tactum cohibere.

Primo, vnusquisque manus a sui ipsius tactu continere, vt supra diximus, & carnem suam nudam conrectare erubescat. Ab hoc enim contractu, licet sine animo alicuius impudicitiae fiat, non potest abesse nonnulla carnis uillatio, aut saltem aliquis circumspēctionis defectus. Et quemadmodum si quis prunam accensam manu tangat, adurit: si vero carbonem extinctum, sedatur: ita si tangat carnem propriam adhuc tentationibus luxuriae accensam, malis cogitationibus, & impuris desideriis inflammatur: si vero caro quasi extinctus carbo his tentationibus careat, adhuc homo imptoidus per eius tactum non necessariam inficitur. Ad carnem adhuc calore con-

**A** cupiscentiae vitam pertinet illud Salomonis: Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, & vestimenta illius non ardeant? Nam qui eam manu quasi vestimento tegit, impuris desideriis ardebit. Ad carnem vero iam mortificatam, & aliquam umbram pacis in materia castitatis habentem, pertinet illud Ecclesiastici: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Quia corpus nostrum sibi mundum, animae nostrae pix est, eam caligine obtolens, quod sine necessitate attritare non possumus, quin defectu circumspēctionis inquinemur. Ne igitur inflammemur aut inquinemur, ab his etiam non necessariis contactibus cauendum est, & in his modicis sensus pestilens abnegandus. Sic implebitur illud Iob: Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.

**B** Tunc enim caro deficit, inquit Gregorius, quando iam nullis suis motibus seruit: quia praedens spiritus, cuncta eius fluxa restringit, & tunc in cinerem vertitur, cum suae vilitatis recordatur. Atque adeo signum deficientis carnis est, & mentis humilis, atque submissa, si homo seipsum infirmum aspiciens, minimas occasione cadendi timeat, & ab his motibus non necessariis propter desiderium puritatis absteat. Deinde in eodem gradu cauendum est, ne corpus alterius, nec in parte honesta, & oculis exposita, contingamus. Nam fratris manum manu apprehendere, brachium licet veste reatum tangere, & manibus ludere, magna immodestia, & irreligiosa audacia non caret. Quamobrem merito apud patres magna verborum grauitate prohibetur. Bonaventura ait:

**C** Numquam iunior frater ad senioris fratris caput, aures, vel faciem quasi applaudendo; vel ob aliam quamlibet causam, nisi necessariam, manum apponet, vel aliter eum eo facto, vel verbo minus reuenter iocetur. Et alio loco: Alium quempiam, praeter necessitatem, ad cingulum vel manum accipere flores; fructus, vel baculum in manu ociose gestare; cingulum inter digitos voluendo rotare; honestati non consonat, immo lasciuiae signum quodammodo praetendit. Acerbius multo Cassianus, qui instituta illorum antiquorum monachorum narrans, haec ait: Summa obseruantia custoditur, ne quisquam cum alio, ac praecipue iunior, vel ad punctum temporis pariter substulisse, aut vsquam secessisse, vel manus suas inuicem tenuisse deprehendatur. Si qui vero contra huius regulae disciplinam reperti fuerint aliquid admisisse, vt contumaces, ac prauaricatores mandatorum, non leuis culpa: rei pronunciat; suspicione etiam conuersionis prauique consilij carere non poterunt. Denique Pachomius ille mirabilis in regula ab Angelo accepta, sic scribit: Manum alterius nemo teneat. Siue ambulauerit, siue sederit, aut steterit, vno cubito distet ab altero. Haec tam exquisitè in bent patres, & exactissime apud viros disciplinae amatores seruantur, quoniam in his incautis tactibus, non solum immodestia periculum, sed & alia maiora solent reperiri, quae mens circumspēcta & pura diligenter euitat. Nunquam itaque sine aperta necessitate, manus alterius tangenda est; aut auris, aut caput, aut vestis; sed ita in conuersatione procedendum, vt vox modesta, & summissa, nostrum sensum exprimat; manus vero diligenti cautione ligata, se ab omni tactu continere.

**D** Praeterea in signis fraternae charitatis ea mensura seruetur, vt amorem mundanum aut prophanum non oleant. Est enim apud aliquos spirituales viros consuetudo laudabilis, vt cum peregre abeunt, aut redeunt, mutuo se in signum charitatis amplectentur; quae consuetudo, satis antiqua

Prou. 6. 27.

Ecc. 13. 1.

Iob 34. 15. Greg. 24. mor. ca. 12.

Bonav. in speculo discip. p. 2. c. 6. ff. ne. P. 3. c. 7.

Cassia. 2. de instit. reu. c. 15.

Pachom. in regul. 53.

Aug. lib. 3. de gen. lit. ca. 4. To. 3.

4. Reg. 24. 2. c. 14.

Isaia 52. 11.

Hier. ib.

Ansel. 1. cor. 7. in illud. Bonum est homini, etc. Basil. lib. de virg.

Lib. 6. p. 2. c. 5.





Genes.  
33.4.

Genes.  
45.14.

Luce 15.  
21.

Roma.  
16.16.  
1. Thess.  
5.26.  
1. Petri  
5.14.

Genes. 3.  
7.

Irena. lib.  
3. c. hares.  
c. 37.

cit, & ex factis scripturis colligitur. De Elau quippe in Genei legitur, quod currens obviam fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius, & osculans fleuit.] Et de Ioseph: Cūque amplexatus recidisset in collū Benjamin fratris sui, fleuit, illo quoque similiter flente super collum eius.] Et de illo misericordiae patre, qui filium perditum reuerentem excepit, dicitur: Quia misericordia motus accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.] Hic mos adhuc inter vniuersos mortales viget, qui signum amoris à natura datum, quo amantes mutuo iunguntur, in discessione vel reditu, ad ostendam professores ita tenendus est, vt charitati & benevolentiae proficit, modestiae verò & puritati non obsit. Quod fiet, si cū se inuicem ad amoris significationem amplexantur, id obseruent, vt amplexus nec nimis morosus sit, nec nimis strictus, nec, ultra quàm consuetum est, repetitus. Insuper si illa tantum personae ad amplexum admittantur, quas consuetudo vigens admittit. Nam si illis solis ex consuetudine hoc amoris signum offertur, qui cum statu communicant, non est ad alios, licet amicissimos, extendendum. Est autem insignis immodestia & immortificationis indicium, cū aliquem amplexamur, genam genae fratris adiungere, cū hoc inter viros circumspectos non fiat, & nullo modo amoris ostensioni deferuiat. Verum quidem est, olim in Ecclesia oscula pura & sancta fratribus dari solita. Vnde Paulus: Salutate inuicem in osculo sancto.] Et alio loco: Salutate fratres omnes in osculo sancto.] Eisdemque verbis Petrus osculum in sua prima canonica dari concedit. At abscedente columbina simplicitate, quae in fidelium conuersatione fulgebatur, osculum ab vsu fidelium relegatum est, quod non oportet hac genarum coniunctione suscitare, & quodammodo in nouum vsu adducere. Manifestum est enim, quaedam aliquo tempore honestè fieri, quae mutatis personis aut temporibus turpiter praesumuntur: & in his, quae ad laxitatem vergunt, melius est ab illis penitus abstinere.

Alio genere immortificationis, tactu delinquimus, cū scilicet vestem & lectum molliora quarimus, quàm status aut necessitas nostra requirat. Aliquando enim in indumentis singulares sumus, & ea quae extra fratrum consuetudinem sunt, delicatiora praeparamus: interdum etiam quae nos in lecto vsque ad delicias foueant, non sine scandalo aliorum praesumimus. Sed quia de abnegatione in vestibus seruanda, statim ex professo dicendum est: hoc loco solum aduertamus, vt vestes & lectum nostrum, si vitae spiritalis professores sumus, nec in pretio, nec in mollicie communem vsu nostri status excedant. Qui nullum lini genus, nec circa carnem admittunt, lana vsuali contenti, ei libenter assuescant. Qui lino in interulis ac linteolis vtuntur, tale pro more quarant, quod duriusculum sit, quod pauperes deceat, quod corpus ad necessitatem foueat, non mulceat. Adam enim pater generis nostri, postquam peccauit, non mollia vestimenta requisit, sed foliis ficus asperis, & nullam ingerentibus molliciem se contexit. Etenim, vt inquit pulchre Irenaeus, per succinctorium in facto ostendit suam poenitentiam: foliis ficulneis femetipsum contegens, existentibus & aliis foliis multis, quae minus corpus eius vexare potuissent. Condignum tamen inobedientiae amictum fecit, contentus timore Dei, & retandens petulantem carnis impetum: quoniam indolem, & puerilem amiserat sensum, & in cogitationem peiorem venerat, frangum continentiae sibi & vxori suae circum-

A dedit, timens Deum, & aduentum eius expectans, & velut tale quid significans: quoniam, inquit, eam quam habui à spiritu Sanctitatis, stolam amisi per inobedientiam, & nunc cognosco, quoniam sim dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam praestat, mordet autem & pungit corpus.] Hae ille. At nos, qui parentem nostrum in peccatis imitari sumus, qui & nunc meliora sapientes, in poenitentia imitari volumus, aequum est, vt in abiectione mollium vestium imitemur. Et indumentum tale sit, quod corpus quidem contegat, non tamen delicatior ad opera virtutis faciat, nec prauam concupiscentiam accendat. Sed lectum alterius poenitentis audiamus. Hic sit sanctus Dauid, qui ait: Lauabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.] Quid de hoc lecto sentiendum est, nisi quod licet regem exciperet, nulla tamen mollicie parabatur, quem quiescendi necessitas sola, non tam ad paulandum, quàm ad plorandum & gemendum elegerat? Talis sit seruatorum Dei lectus, qui sua austeritate & paupertate, non ad lasciuendum, sed ad moderatissimè quiescendum praeparatur. Omnèque, qui illum viderint, signa venerandae paupertatis & honestatis videant, non mentis foemineae & mollis indicia praetendant.

Alius tandem defectus huius sensus ad curiositatem pertinens est, quo cuncta, quae propè sunt, libros, codices, atramentaria, imagines, & quicquid in mensa aut cella fratris est, statim volumus contrattare. Abiiciam ista leuitas, & nobis noxia, & saepe fratri molesta: sed manus fune mortificationis ligatae sola necessaria contingant. Hae habuimus, quae de mortificatione quinq; sensuum diceremus. Ad quam nos exhortatur Bernardus his verbis, quae manifestissimè illorum ignorantiam & vilitatem exponunt, qui sensuum suorum concupiscentiam sectantur. Age, inquit, relinquere vniuersa disponis? Te quoque inter relinquenda numerare memento. Immo verò maxime & principaliter abnega temetipsum, si deliberas sequi eum, qui exinanitus propter te semetipsum: pone grauissimam sarcinam, pone asinariam molam, terrenam molem pone illa quinq; non hominum planè iuga sed bouum, quae tibi insipienter emisti. Alioqui sequi sponsum, & venire ad nuptias spirituales, quoniam haec pressus & oppressus corporis sensualitate non poteris: sed & si nouissimè veneris, & pulsaueris, minime profectò aperietur tibi, sed respondebitur de intus, quod non sit de bobus,] & asinis, ceterisque iumentis insipientibus [cura Deo.] An verò comparatum iumentis esse quis dubitet hominem, qui sibi iuga emerit iumentorum, nisi quod eo sanè ipsis quoque iumentis conuincitur stolidior, & bestialior bestiis comprobatur, quod iuga necessitatis earum propria ipse subeat voluntate? Quod enim illis natura est, huic culpandum tanquam vnum ex his, quae ratione carent, sine ratione degens & ipse sub corporeis similiter sensibus incuruatur. Sed quid eum iuga subisse causamus? Arguamus magis emisse. Illud enim stoliditatis miseranda, istud extremae dementiae. Dignus est operarius mercede sua.] Nam vt mercedem pro opere tribuat, inauditum.] Hae omnia & plura alia Bernardus, Hae igitur sensuum onera deponenda sunt, vt iter in caelum satis per se difficile peragamus. Tunc autem deponimus, cū sensibus ad necessitatem vitimur, ad voluptatem cohibemus. Tunc deponimus, cū ipsi necessitati, non tam propter indigentiam nostram, quàm ob implendam diuinam voluntatem,

Psal. 67.

Bern. in illud: Ecce nos reliquimus omnia.

1. Cor. 9.

1. Tim. 5. 18.

subicit



subiicimur, & sensuum usum, quasi instrumentum ad animæ perfectionem elaborandam, assumimus. Qui ita sensus externos representent, & ab illicitis & superfluis abduxerit, aptus sanè efficitur, cui Dominus mentis purissimam voluptatem tribuat, & interiores sensus, sublimia percipientes, aperiat.

*Vsus mortificationis tactus.*

**H**is paucis omnem tactus mortificationem comprehendimus.

I. Quæ minùs honesta sunt, ita quo ad usum huius sensus cogita, ac si tibi essent impossibilia: aut potius ea omnino non cogites, sed à momentanea etiam, si potueris, apprehensione repellas.

II. Te ipsum adhuc in honestis partibus corporis, sine manifesta necessitate non tangas.

III. Alterius manum, aurem, caput, vel brachium, nisi euidens necessitas adit, nullo modo contingas.

IV. Si fratrem, benevolentia gratia, peregre euntem aut redeuntem amplexaris, genam tuam illius genæ non adiungas, & modestia ac circumspectionis memineris.

V. In vestibus & lecto molliciem, aut delicias non quæras, sed soli necessitati providere concupiscas.

VI. Ea, quæ coram te sunt, ad curiositatem non tangas, sed nisi necessitas aliud postulaerit, manus quætas contineas.

Ac tandem, vt videas quanta circumspectione sint alterius fratris tactus, etiam in manu vitandi, audi memorandum exemplum Beati Nicetij, Lugdunensis Episcopi, quod Gregorius Turonensis narrat his verbis: *Recolo, inquit, in adolescentia mea, cum primum literarum elementa cepissem agnoscere, & essem quasi octavi anni ævo, illæque indignum me lectulo locari inberet, ac paterna dilectionis dulcedine vna susciperet, oram indumenti sui articulis arripens, ita se colobio concludebat, vt nunquam artus meos beata eius membra contingerint.* O magnam viri sanctissimi circumspectionem, quam certè actione sequi debet, qui ad similem calitatem nititur propinquare. Tactus enim, qui vehementius calitatem impugnat, ita à non necessariis actionibus temperandus est, vt ille, qui illicitam voluptatem sentire potest, nunquam se polluat, nec mentem Deo consecratam, inficiat.

*De mortificatione corporis quoad motum eius.*

**CAPVT VII.**



**A**ERIT VDO corporis nostri ad mores pertinens, quæ virtuti contradicit, non tantum in sensibus residet, sed vt generalis quædam infirmitas in totum corpus se diffundit. In eo namque ferè nihil inuenimus, si absit virtutis disciplina, quod non censura mortificationis indigeat. Et sicut Æthiops è regionibus longinquis aduectas, quem vir nobilis in seruum mercatur, non in hoc tantum, aut illo, sed in omnibus docendus est, vt sciat tandem non ineptè seruire; ita corpus, quod menti in seruum datum est, ferè in omnibus disciplina eget, qua ad seruendum virtuti quam aptissimum efficiatur. Illi enim pueri Hebræorum genere nobiles, forma decori, scientia ac virute perornati, vt ministrarent in pa-

**A**latio regis alienigenæ, docendi fuerunt litteras, & mores Chaldæorum: quia licet ad famulandum regi suo, qui Hebræis imperitabat, erant satis apti, ad seruiendum alieno regi minùs putabantur industrij. Multo ergo magis corpus nostrum, quod solum didicit vanitati & ambitioni seruire, necesse habet alios mores addiscere, vt in posterum scias virtuti & sanctitati ministrare. Omnes autem defectus corporis, qui sunt mortificatione cohibendi, tribus vitiorum generibus continentur; quorum primum, in ipso corporis motu immoderato positum est, secundum, in exquisito ornatu, & tertium, in illicitæ voluptatis appetitione collocatum. Illi primo medetur omnium exteriorum actionum moderatio; secundo indumentorum iuxta status qualitatem admissio; tertio conuersationis austeritas, quæ illicitas concupiscentias frenat. Atque hæc tria debet corpus nostrum per disciplinam mortificationis addiscere, vt virtuti seruiat, & mentis nostræ virtutem quærens, famulus quam aptissimus fiat.

Primo ergo illud mortificationum suarum moderatiorem doceamus, vt in nulla earum aduersus virtutis regulas vel deficiat, vel excedat. Id autem corpus assequetur, si singula membra eius, proprium munus suum exequantur, neque alienum usurpare præsumant. Cum loqueris, loquatur os, non manus, neque illam loquendo moueas; aut digitos eius extendas, quia non ad loquendum, sed ad operandum facta est. Cum audis, audiat auris, non os, neque illo aperto, quasi per ipsum verba loquentis influere debeant, fratrem auscultes: quia non ad audiendum, sed ad loquendum datum est. Cum ambulas, ambulent pedes, non brachia, neque eadum ambulas; antè & retro moueas; quia non ad ambulandum, sed ad alia ministeria fuerunt tibi à creatore concessa. Sic per alia corporis membra discurrendum est: & attentè considerandum, quod sit singulorum officium, vt illud tantum præstet, & à reliquis, tanquam à muneribus sibi non congruis, abtineat. Est enim, inquit Hugo Victorinus, quasi quædam respublica corpus humanum, in quo singulis membris sua officia distributa sunt. Dumque vnum membrum, alterius membri officium inordinatè sibi vendicat, quid aliud quam concordiam vniuersitatis perturbat? Dumque aliud suo motu, alterius motum impedit, certè illi, quam natura moderatur, dispositioni contradicit. Cogita igitur te iudicem in corpore, tuo quasi in quadam ciuitate fuisse à Domino constitutum, & cuique cuiuslibet cuique membro, suum opus assigna, & opus alterius alterum occupare non sinas, ne sint vniuersa confusa.

Altera lex motionum corporis est, vt quodlibet membrum decenter ac moderatè suum impleat officium; ita vt nec propriam mentem turbet, accerere, nec oculos insipientium offendant. Pauca huius legis exempla subiiciamus. Si alium aspicias, non tristibus oculis, sed hilariter & modestè aspicias; nec oculos in illum figas; nam perfecta frontis est, oculos in alterius faciem defigere, & illum quasi superbe iudicando, & contemnendo lustrare. Et inter alia quæ detestatur Dominus, sunt oculi sublimis; qui elatè & arroganter alios intuentur. Si loqueris, nec nimis altè, nec nimis submisè, sed pro qualitate, aut distantia loci, ita vt ab altantibus audiaris: Nec nimis tardè, quod indicium est negligentie; nec nimis velociter, & sine debita prolotione verborum, quod signum est aut pusillanimitatis, aut iracundia. Quare Ecclesiasticus ait: *Noli citatus esse in lingua tua.* Et Basilus in præter alia virtutis documenta, quæ discipulis magni

*Dau. 1. 4.*

*Hugo in sit. no. u. c. 12.*

*Pro. 6.*

*In Basilij vita a. pud Am. philech.*





Philosophi Libanij proposuit, vñ dedit, vt distinctè & articulatum pronunciant. Si sedes, non in sedili, quasi in lecto, iaceas, sed scapulis rectus existas: non crura diuaries, sed iuncta & bene composita teneas: non vnum pedem alteri superiniicias, sed æquè vtroque pede, aut terram aut suppedaneum attingas. Si ambulas, non impetuose, sed leniter: non erecta ceruice, sed aliquantulum submissè: non pompatice, sed modeste: non arroganter & prominenti pectore, sed blandè perambules. Nihil sit in incessu, quod leuitatem, vel superbiam, vel remissionem, vel hypocritism sapiat. Quidam enim apud Isaiam reprehenduntur, quod non sit iudicium in gressibus eorum. Illi autem in gressibus non seruant iudicium, qui in gradiendo modum & ordinem nesciunt. Et Bernardus ait: Sit in gressu tuo simplicitas; sit in incessu honestas. Nihil dedecoris, nihil lasciuia, nihil petulantia, nihil insolentia, nihil lenitatis in incessu tuo appareat: Animus enim in corporis gestu apparet: Gestus corporis signum est mentis: Corporis gestu animus proditur. Ergo incessus tuus non habeat imaginem leuitatis, incessus tuus non offendat oculos alterius. Non præbeas de te spectaculum; non des aliis locum de te obtrectandi. Ex his poteris intelligere, quomodo in aliis actibus te debeas gerere. Nihil enim inconsiderate agendum est, ad nullum opus sine præuia attentione procedendum, vt omnia Deo placeant, & homines ædificent, dum debita ratione præstantur. Concludit Hugo, quæ ad hæc legem pertinent, his verbis: Gestus hominis in omni actu debet esse gratus sine mollicie, quietus sine dissolutione, grauis sine tarditate, alacer sine inquietudine, matutus sine proteruita, & sine turbulentia seuerus. Hæc ille.

Non sufficit autem, quæque in seipsis decenter & moderatè agere, nisi etiam conuenienti loco & tempore fiant. Nam multa sunt, quæ in vno loco decet, in alio verò non decet, & quæ vno tempore honestè assumuntur, & in alio reprehensibilia censentur. In atrio aliquos aspiciere, sæpe bonum est, at in altari, cum Sacrum facis, & versus ad populum, illum ex more salutas, astantes spectare, immodestissimum est. In quo loco oculus immoderatè eleuatus non potest videre, nisi quæ animum distrahant, & ab obliuione creatoris illum auertant. Similiter tempore animi recreationi deputato loqui, & de rebus nostro statui conuenientibus verba facere licet: at silentij tempore sine manifesta necessitate non licet. Illud quippe tempus, quod locutioni non necessariè datum est, lectioni, aut orationi, aut debite occupationi surripitur. Atque eodem modo pro iniqua ac necessaria causa, intra vel extra domum incedere, bonum est; sed malum, & reprehensione dignum, ac manifestæ instabilitatis indicium, si nulla urgente causa, extra cœnobium egredi velis: si intra domum de loco ad locum transeas, de cella vnus fratris ad cellam alterius discurras, si communes officinas frequentes: si in audiendis rumoribus, & miscendis vanis sermonibus occuperis. Loca ergo & tempora inspicienda sunt, & ita illis opera coaptanda, vt inter se secundum præscriptum disciplinæ consentiant. Neque putandum est, opus bonum ex eo solum malum reddi, quod indecenter fiat, sed ex eo quoque, quod minus conueniente loco, aut tempore, aut sine debitis circumsstantiis fiat. Vnde & in hoc abnegatio suam vim habeat, vt vniuersa opera non tantum conuenienter, sed etiam decenti loco & tempore fieri permittat.

Interdum conuersationis seueritas deponenda

Isa. 59. 8.

Bern. ser. 9. ad seruitorem.

Hugo 5.

A est, & pro humana imbecillitate fouenda, aut pro fraternâ charitate seruanda: vultus hilarior affluendus, & aliquid indulgentia: & mentis laxationi concedendum; at nunquam est cura abnegationis penitus ableganda. Sed ipsa, quæ sanè prudentissima est, & optimè nouit suos sectatores non opprimere, etiam recreationi iudex assilat. Hæc faciet, vt nihil indecens in opere admittatur, ipsa (de quo postea) vt nihil scurule, & nostra professione indignum dicatur; ipsa, vt vsque ad moderatam lætitiã, non verò vsque ad effusionem animi, nec vsque ad risum puerilem, neque vsque ad insipientes cachinnos nostra exultatio procedat. De hoc notanda sunt verba Basilij, qui ab huiusmodi effusione non tantum scripturæ testimoniis, sed & exemplo Saluatoris abducit. Verumenim, inquit, modicè rictum diducere, eoque modo animi sui diffusionem leniter significare, non est contra decorum, quatenus illud tantum indicetur, quod scriptum est: Cor gaudens exhilarat faciem. Illud autem, in immanes cachinnos prorumpere, & corpore, contra animi voluntatem, suffultare, nequaquam est eius, qui animo composito sit, aut planè probo, & compote sui ipsius. Porro hoc ita esse, vir sapientissimus Salomon confirmat his verbis: Fatuus in risu exaltat vocem suam; vir autem sapiens vix tacitè ridebit. Huiusmodi genus risus etiam Ecclesiastes damnans, tanquam rem animi constantia: & grauitati maximè contrariam, sic dicit: Risum reputaui errorem. Et item: Sicut sonitus spinarum audentium sub olla, sic risus stulti. Atque hoc ipsum etiam ita esse, Dominus ostendit, qui susceptis cæteris, quæ necessariò corpus sequuntur, affectionibus, vsque omnibus quæcumque virtutis testificationem habent, veluti lassitudine, & misericordia aduersus calamitosos, risu, quantum Euangeliorum historia cognosci potest, vsus nunquam sit, contraque, omnes quotquot ab eo tenerentur, miseros appellauerit. Hæc Basilus. Multum quidem apud nos valere debet Domini exemplum, vt ab immoderato risu temperemus, & profulam ac incantam fugiamus lætitiã. Ad idque etiam iuuat quod tangit Basilus, nempe temerandum vè uidentibus esse paratum, dicente Domino: Væ vobis, qui rideis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Contra verò luctum assumentibus æterna consolatio promissa est. Nam beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Moderatus autem risus non omnino decet, si aliquando ridendum est. Tum quia habitum hominum sapientum gestamus, & sapientiam profitemur, qua in rebus nostris gubernamur, & non sensu, sed ratione ducimur: & Ecclesiasticus, vt iam vidimus, ait: Fatui esse, in risu exaltare vocem suam; viri autem sapientis, risum immoderatum cohibere. Tum etiam, quia quæ propria sunt muneris nostri, abundanter exercemus; alieni verò muneris aut nunquam, aut summis, vt aiunt, digitis tractamus. At status noster est status lugentium, quibus conuenit, peccata, tum à nobis commissa, tum à populo patrata deslere: quare luctum abundanter, risum verò, qui ad amatores sæculi pertinet, presè, & quasi aliud agentes, nobis admittendum est. Merito proinde monuit Dorothæus: Si coactus fueris ridere, risus tuus careat dentibus. Id est, non ita rideas, vt dentes ostendas, & nimia lætitia dissolutus, mentis tranquillitatem, & salutarem compunctionem amittas. Nec ideo putemus risum habenas esse soluendas, quia Scriptura sancta, aliquando risum in hominam partem assumit. Sara enim, accepto repromissionis filio, dixit: Risum fecit mihi Dominus: quicumque audivit, corripuit mihi. Et apud Iob: Donec impleatur

Basil. reg. 17. sup. dist.

Prov. 15. 13.

Ecl. 21. 23.

Ecl. 2. 2. Ecl. 7. 7.

Luca 6. 25.

Matth. 5.

Doroth. d. 3. 4.

Gen. 21. 7. Iob 3. 21.

risu





rifi os tuū, & labia tua iubilo.] Hęc, inquā, non de soluto rifu, & de immoderata oris apertione, sed de intima mentis lætitia dicta sunt. Hanc Dominus nobis sæpe abundantia suorum beneficiorum immitit, & vt exteriùs eam ostēdamus, concedit; quōd autē inestimabilissimis rībus dissoluamur, semper illi displicuit.

Omnia hęc & alia similia, quæ ad moderatam corporis motionem spectant, non solum, cum apud alios manemus, seruanda sunt, sed etiam cum in cella soli, absconditi, & sine arbitris commoramur. Est enim modestia per se amabilis, quam non propter homines, sed propter seipsam, & propter reuerentiam Domini cuncta cernentis amplectimur. Et, si soli, & sine sociis, viri religiosi aut spirituales sumus, æquum est vt soli decorum seruemus, & omni actione minus decenti vacui maneamus. Optimè Beatus Bonauentura hoc documentum scripsit, & simul rationes eius exposuit. Nunquam ita securus sis, inquit, & abscondus, quin ita disciplinare & castè te habeas in visu, gestu, tactu, & in omnibus aliis, ac si ab aliquo videreris. Quia sancti Angeli, qui nobiscum sunt, semper vident omnia opera, quæ facimus, quorum aspectus debemus vbique venerari, & præsentiam reuereri. Videt nos etiam ipse Deus, & iudex noster. Videt etiam nos ipsa conscientia nostra, testis eorum quæ facimus, & accusatrix. Qui autem magis veretur hominum aspectum, quam Dei, & conscientia propterea, & sanctorum Angelorum, non est castus amator boni. Eadem breuius habet Dorotheus, qui sic ait: Cum modestia egredere ad necessarios vsus necessariis. Venerare custodem tuum Angelum, in omnibus actibus tuis. Cum timore Dei omnia perface, teque ad orationem, meditationem, & contemplationem sæpe compelle. ] His nihil addendum est, sed ea sunt mente retinenda, & diligenti actione præstanda. In quibus sine dubio aliqua corporis abnegatio est, quod cuperet liberè in omnibus vagari, & nulla disciplina regula contineri. At abnegatio hęc est vtilissima, non solum quia per eam multiplex imperfectio vitatur, sed etiam, quoniam mens corporis compositio componitur. Est enim tam arcta animæ corporisque coniunctio, vt sicut illa corpus pro voluntate regit, & mouet, ita & ab illo lato, vel tristi, sano, vel infirmo, decenter vel indecenter se habente, varias qualitates recipiat. Semper ergo hoc compositum, ac bene morigeratum teneamus; ne animam à proposito virtutis ad aliquam transferat leuitatem, & ab optimo suo statu dimoueat.

*Vsus mortificationis motionum corporis.*

**A**t que vt paucis verbis complectamur vniuersa, quæ in hac mortificatione diximus.

I. Membra corporis ita regenda sunt, vt vnumquodque suam solam actionem faciat, & à motibus cæterorum membrorum penitus superfedeat.

II. Quodlibet membrum decenter, & prout congruit statui & personæ operantis, suam actionem præstet.

III. Loca, & tempora cuique actioni conuenientia considera, & extra cuiusque proprium locum, & tempus, illam non assumas.

IV. Cum, laxandi animi gratiā, seueritatem deponis, ita hilariorem faciem, & risum admittas, vt tamen semper modestiæ & circumspectionis memineris.

V. Hęc, non tantum aliis associatus, verum & solus, & in cella absconditus, propter præsentiam Domini vniuersa considerantis, & Angeli tecum astantis, obserues.

**A** Quæ tamen non ita accipienda sunt, vt ob desiderium componendi corporis, in vanam superstitionem declinemus. Nam pro temporis & occasionum exigentia, oportet ista mutare, & quod vno loco, aut tempore, aut cum quibusdam personis minus conueniens esset, cum aliis decens ac conueniens agnoscere. Pulchre enim dixit Bonauentura: Prudens, vt rerum varietas exigit, ita se accommodat tempori, non se in aliquibus mutans, sed potius aptans, sicut manus, quæ eadem est, cum in palmum extenditur, & cum in pugillum contrahitur.

Bonau. in prelogo speculi.

*De mortificatione corporis quoad cultum eius.*

CAPVT VIII.



**S**PONSA in Cantico Canticorum, Christi sponsi pulcherrimi consortium ambiens, & ab eo amari desiderans, seipsam vna atque eadem verborum serie, de nigredine & venustate commendat, dicens: Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis; quod non putamus magno carere mysterio. Nam pulchritudo digna est, quæ in laudationem afferatur: de quo enim femina communiter seipsas, nisi de pulchritudine, laudant, quæ eas oculis insipientium amabiles, & cordibus desiderabiles reddit: An nigredo potius esset silentio suppressenda, quæ ipsam pulchritudinem fulcat, & non parum decorem corporis ex aliis confurgentem extenuat? Color ater, & in femina, apud Æthiopes forsitan habetur in pretio, apud illos scilicet qui concupiscentiæ desideris vruntur, at apud eos, qui à radiis huiusmodi caloris longè sunt positi, & desideria rerum mundanarum aufugiunt, non pretiosus, sed contemptibilis, non laude, sed vituperio dignus apparet. Quomodo ergo sponsa, id est, spiritualis anima in candidatorum regione nata, & inter sanctos enutrita, ad sui laudem simul cum pulchritudine colorem nigrum, cutemque atram ex caloris vehementia commemorat? Nisi velimus dicere, sponsam nequaquam se de atra cute laudare, sed potius eam ex adiuncta pulchritudine excusare; quasi dicat: Licet sim nigra, quod merito mihi vitio dari potest, tamen sum etiam pulchra, & ex partium debita proportione formosa; nec debeo ob nigredinem omnino contemni. At difficile est, perfectam pulchritudinem cum atro colore reperiri; præsertim non innato, sed extrinsecus accersito, cum pulchritudo non ex sola proportione, sed ex coloris quoque suavitate dependeat. Et esto, quod nigredo corporis perfectam secum venustatem admittat, sed nigredinorum, & actionum insuauitas, de qua Canticorum liber sub illo cortice loquitur, non potest non cum mentis decore pugnare. Dicamus ergo sponsam simul se de vtroque laudare, nimirum de corporis nigredine, ac de mentis pulchritudine: ita vt dicat: Corpore quidem sum nigra, & squallida, quod mihi laudi tribuendum est, si mente sum pulchra, & decora; quia nigredinem sciens volensque suscepi, vt in itinere posita, securius pulchritudinem decoremque custodiam. Annon Cedarum tabernacula, qui semper loca mutant, & per deserta ac inuia discurrunt, eo pretiosiora sunt, quo interiores diuitias, & elaboratam pulchritudine coriacea ac sub nigra pelle cooperiunt? Annon tentoria Salomonis eo sunt illu-

Cantic. 1. 4.

striora,

Bonau. informat. mentis. 1. p. c. 16.

Dorothe. supra.



ltiora, quo magnam copiam auri, & argenti, & im-  
mensam cortinarum pulchritudinem, ac ipsum re-  
gem Salomonem intus quiescentem, sagis & ciliciis  
contegunt, quæ interiora ab imbribus & cæli inju-  
ria defendant? Ita prorsus & ego eo sum pulchrior  
ac sapientior iudicanda, quo virtutum & donorum  
cælestium abundantiam externa austeritate custo-  
dio, & corporis deiectione cooperio.

Iam sponsa, id est, anima iustæ, sensum accepi-  
mus: ipsa pulchritudinis nomine gratiam & virtutes,  
nigredinis verò appellatione, corporis squalorem in-  
telligit. Et merito de utroque se laudat: quoniam  
si virtus eam pulchram, nempe iustam ac sanctam  
facit, nigredo, quasi operimentum est virtutis, & vel-  
ut murus sanctitatis, qui adeptam iustitiam tuetur,  
atque conferuat. Hæc autem nigredo in duobus  
posita est; scilicet in externo cultu vestium, qui humi-  
litem ac sæculi contempionem redoleat; & in cas-  
tigatione corporis, quæ illud menti subiiciat. Vnde  
duplex est nigredo animæ iustæ admodum necessa-  
ria, ad multiplicem virtutum pulchritudinem asser-  
uandam: nunc de illa prima, & in sequentibus de hac  
posteriori dicamus. Illa verò nigredo, quæ in ves-  
tium paupertate consistit, quàm sit custodiendæ pul-  
chritudini mentis necessaria, Bernardus egregiè tra-  
ctat, huic in modum scribens: Si consideremus habi-  
tium exteriorum Sanctorum, eum, qui in facie est,  
quàm sit humilis utriusque & abiectus & quadam ne-  
glectus incuria; cum tamen identidem intus reuelata  
facie gloriam Dei specularantes, in eandem imaginem  
transformentur, de claritate in claritatem tanquam  
à Domini spiritu: nonne vnaqualibet talis anima  
merito nobis videbitur, posse respondere exprobranti-  
bus sibi nigredinem: [Nigra sum sed formosa?] Vis  
tibi denique demonstrem animam & nigram pariter  
& formosam? Epistole, inquit, graues sunt, sed  
præsentia corporis infirma, & sermo contemptibilis.  
Exposita autem mirabili pulchritudine Pauli, exter-  
na humilitate contecta, subiicit: Non planè con-  
temnenda in Sanctis ista nigredo externa, quæ can-  
dorem operatur internum, & sedem proinde præ-  
parat sapientiæ. Et paulo post: Merito omnis cura  
sanctorum, spreto ornatu cultusque superfluo exte-  
riori sui hominis, qui certè corrumpitur, omni se  
diligentia præbet, & occupat excolendo ac deco-  
rando interion illi, qui ad imaginem Dei est, & reno-  
uatur de die in diem. Certe sunt enim, Deo non  
posse esse quicquam acceptius imagine sua, si proprio  
fuerit restructa decori. Hæc & multa alia Bernar-  
dus. Et quidem ex alia ratione facillè elicitur, in-  
dumentorum paupertatem augmento virtutis profici-  
cere, quæ desumpta ex ipsorum natura statim occur-  
rit. Nam vestimenta data sunt tum in erubescentiæ,  
tum in infirmitatis humanæ remedium. Primò igitur  
nobis fuerunt in subsidium erubescentiæ concessa;  
quoniam corpora nostra aduersus animam rebel-  
lantia, & contra voluntatem hominis in turpes se  
motus efferentia, debuerunt, vt sine rubore in vnum  
multi viteremus, indumentis operiri. Hoc autem  
fuisse vsus indumentorum initium, constat ex Gene-  
si, in quo de patribus humani generis post transgres-  
sionem, dicitur: Cumque cognouissent se esse nu-  
dos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizo-  
mata. Deinde vestimenta sunt nobis propter indi-  
gentiam prærogata, quia nimirum æstu fatigati, & fri-  
gore afflicti, & imbribus, & niuibus, & grandine, ac  
pruina, & aliis inclementis verberati, debuimus, in-  
dumentis, veluti medicamentis, foueri, & veluti ar-  
mis, ab incursibus seruitorum nostrorum, qui propter pec-  
catum aduersum nos insurrexerunt, vtriusque de-

A fendi. Et hanc causam tangit Paulus, cum ait: Ha-  
bentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti si-  
mus. Ex his autem duabus causis statim sequitur, in-  
dumentum esse veluti infamiæ notam, ac miseriæ &  
infelicitatis insignie. Quia si fideles fuissetus Deo,  
nec corpus, contra rationis imperium, in turpes mo-  
tus profleret, nec nos molestia rerum naturalium in-  
uaderet, vnde nec necessitas indumentorum accede-  
ret. Ergo indumenta exquisitiora parare, & ex illis  
aut oblectationem aut honorem querere, manife-  
stè est à lege diuina exorbitare, & ab honesto sine,  
propter quem sunt instituta, deficere. Id autem non  
erit sine detrimento veræ virtutis, cuius regulæ hoc  
peruerso vestimentorum vsu læduntur. Et quia hon-  
or virtutem sequitur, & dedecus vitium comitatur,  
fit vt eo ipso quòd homo excessum in indumentis  
habens, virtutem lædit; & honorem apud alios per-  
dat, ac infamiam incurrat. Vnde in Ecclesiastico  
dicitur: Amictus corporis, & risus dentium, & in-  
gressus hominis, annuntiant de illo. Quia videlicet,  
sicut immoderatus risus, leuitatem; & pompaticus  
incessus, arrogantiam ac superbiam; ita exquisitus  
corporis cultus vtrumque significat. Ad idemque  
optimè Clemens Alexandrinus ait: Quemadmo-  
dum fumus ignem, bonus autem color bonusque  
pulsus sanitatem: ita etiam talis, qui est apud nos,  
amictus indicat, qualis sit nostrorum morum con-  
stitutio.]

C Sponsa ergo Christi, id est, spiritualis anima, hanc  
nigredinem in vestium moderatione positam, im-  
pensè dilectam habeat, quæ se (si alia non desint) di-  
gnam amore sponsi, & perfectionis amatricem, & ab  
omni leuitate alienam ostendat. Et in hoc erga cor-  
pus suum abnegationem sectetur, vt ab eo, quicquid  
in indumentis status & vita spiritualis non appro-  
bat, constanti stabilitate remoueat. Omnia verò,  
quæ Hugo Victorinus, Bonauentura, & Humbertus  
de habitu virorum spiritualium scribunt, sex possunt  
documentis comprehendere, quæ qui serauerit, satis  
(vt putamus) huic abnegationi satisfaciet. Hæc autem  
memoriæ gratiâ ad genus vestis, ad qualitatem,  
ad colorem, ad formam, ad coaptationem, & ad  
munditiam pertinent. Circa genus vestis, illud  
obseruandum est, vt vestimenta non sint pretiosa,  
sed vilia, & ex panno, qui pauperes deceat, & mo-  
dico ematur pretio, contecta. Abusus enim est, &  
nullo modo ferendus, si religiosus ex panno optimo,  
quem ditissimus & nobilissimus sæcularis indueret,  
vestiatur. Christus Dominus, caput nostrum, ac  
religionum supremus Prælati, & spiritualis con-  
uersionis forma, nunquam in hac mortalitate habi-  
tium pretiosum gestauit, sed semper fuit vilissima  
pauperum illius temporis veste, nempe tunica &  
pallio, contectus: quid nos miserabiles, qui eius imi-  
tationem profitemur, in hoc ab eo fugimus, dum pre-  
tiosas ad vsun vestes quarimus? Petrus Apostolus si-  
delibus fœminis etiam coniugatis præcipit, ne vrant  
veste pretiosa: Quarum, inquit, non sit extrinsecus  
capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti ve-  
stimentorum cultus. Et Paulus per omnia Petro  
conformis: Similiter & mulieres in habitu ornato,  
cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in-  
tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pre-  
tiosa. An hæc Ecclesiæ capita, spiritualibus & reli-  
giosis viris vestimenta pretiosa concederent, quæ fœ-  
minis tanta seueritate prohibuerunt? Non puto: quo-  
niam cum illa non ad necessitatem quarantur, cui  
vile sufficit vestimentum, apertum est, quia ad fastum  
& vanitatem quaruntur. Hoc est enim, quod Gre-  
gorius quodam loco ait: Nemo vestimenta pre-

Ecc. 19. 27.

Clem. 30. Padag. c. 11.

Hugo de inst. no. uit. c. 9. Bonau. in spec. p. 3. c. 8. Humb. li. 2. p. 3. c. 2.

1. Pet. 3. 3. 1. Tim. 2. 9.

Greg. hi. 40. in Evang. ad med.

Bern. ser. 25. in Cinn.

2. Cor. 10.

Gen. 3. 9.

tiosa,



riosa, nisi ad inanem gloriam, quatit, videlicet vhorabilior ceteris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria vestimentum pretiosius quatitur, res ipsa testatur, quod nemo vult ibi pretiosis vestibus indui, vbi ab aliis non possit videri. Et alio loco: Nemo existimet, in fluxu atque studio pretiosarum vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, nequam Paulus Apostolus per epistolam, feminas a pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa. ] Pensate ergo quae culpa sit hoc etiam vitos appetere, a quo curauit pastor Ecclesiae & feminas prohibere. ] Dominus quidem humanam animam luteo corpore textit, & carne, ossibus, & nervis corruptibilibus amicitur, vt nos ex hoc facto discamus, vilem materiam nostram vili vestimento circumdare, quod possit nuditatem operite, & temporis iniurias propulsare. Si vero haec materia de se vilis, nobis pretiosa est, eo ipso abiecta esset veste tegenda. Nam mercator pretiosam gemmam vili capsula contegit, & sic eam melius diligentiusque custodit. Ita prorsus & nos, corpus sub vili indumento melius custodimus, a quo incitamenta arrogantiae & lasciuiae separamus. Sic ergo indumentum nostrum ex panno vili & ctasso confectum, ex illo nimirum, qui ab aeterno, vel dispensatore domus pro tota congregatione coemittit. Hic enim panus pro omnibus comparatus, semper erit pauperum statui accommodus. Hic Praelatum vestiat, vt ad similitudinem boni pastoris, non alio quam ouium suarum vellere seipsum operiat. Hic denique magistros, concionatores, & alios quoscuque, quauis dignitate praefulgeant, contegat, ne diuersitas vestium illos paupertatem ac humilitatem deseruisse pratendat.

Circa qualitatem vestimentorum euanandum est, ne sint nimis mollia, neque subtilia, quibus corpus mollescat, sed talia, quae nonnulla crassitie & asperitate ipsum ad sanctos labores corroborent. Neque enim nos Christo seruiamus, vt in ocio & segnicie putrescamus, sed vt mille modis pro eius gloria, & animarum salute laboremus. Huic autem labori manifeste obstat mollicies & subtilitas vestium, quae corpus laxitati assuefacit, & a duricie necessaria laboribus ferendis auertit. Optime ergo ait sanctus Ephraim: Ne vestis sit mollis, nec odotamenta in vestibus, feminarum more. Sed anima potius optimo fragret odore Spiritus sancti per vitam bonam. ] Feminis mollioribus, & quieti, ac minoribus laboribus a Deo factis, subtiliora, & leuiora indumenta ex vsu omnium ferentium data sunt; hominibus vero fortioribus ex eodem vsu denegata, & alia duriora concessa. Sed iam abusus magna ex parte hunc ordinem immutauit, & homines pariter ac mulieres delicatis vestibus amicitur. Si id in saecularibus abusum appellamus, & iuste reprehendimus; quanta erimus reprehensione digni, si eidem malo subditi inueniremur? Inuenimur autem, dum praeter ordinem regularem, subtilitatem & molliciem in nostris indumentis admittimus. In Deuteronomio scriptum est: Non vtetur vit veste feminea. ] Quod non tantum de forma vestis, sed de qualitate quoque eius potest intelligi: vt scilicet vit more feminarum, vestem nimis teneram & delicatam non induat. Et Dominus per Sophoniam ait: Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. ] Hi autem, spirituales viri mihi esse videntur, qui mollioribus vestiuntur. Molli quippe vestis quasi cuius est saeculi, & in religiosa domo quasi aduena & peregrina; Nam qui mollioribus vestiuntur, in domibus regum sunt. ] Ergo qui in

A vita religiosa positus, mollia ad indumentum quatit, is vestem peregrinam induit, ac proinde dignus est, vt a Domino visitetur, id est, acriter puniatur. Mollia enim indumenta, vt ait Bernardus, animi molliciem indicant. Non tanto curatetur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens in culta virtutibus. ] Quis autem puret, mentem mollem, & virtutis contemptricem, non esse acriter castigandam? Ad fugiendum autem hoc vitium in vestibus, non aliud consilium do, nisi quod supra scripsi; vt ex panno, vel lino pro omni congregatione empto, vestiamur. Haec enim absque dubio pro omnibus empta non erunt nimis mollia, neque subtilia. Et, si aliquando, (quod de zelo boni Praelati non credimus) ad nonnullam molliciem accesserint, id nobis non imputabitur, qui cum veri pauperes religiosi, indumenta gestamus, quae a Praelato & Congregatione nobis data sunt.

B De colore vestimentorum illud dicere oportet, ne illa sint nitidiora aut splendidiora quam deceat. Quod vtiq; conuenimus, si pretium vestis, & nimiam subtilitatem vitauerimus, quibus solet extra ordinarius nitor adiungi. Sic ergo color indumentorum nostrorum, non alienus ab statu pauperum, qui omnia mundana contemunt. Nullam in se praeferat vanitatis aut arrogantiae notam, quae a nimio nitore nequaquam abesse conspicitur. Vestis quoque sit monachi, inquit Cassianus, quae corpus contegat tantum, ac repellat nuditatis verecundiam, & frigoris retundat iniuriam, non quae seminaria vanitatis aut elationis enutriet. ] Haec ille. In qua re Augustinus, doctor sanctissimus, post susceptam etiam Episcopalem dignitatem, praebuit in signe moderationis exemplum. De quo haec scribit Possidius: Vestis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: qua his plerumque vel iactare se insolenter homines solent, vel abiicere, ex vitroque, non quae Iesu Christi, sed quae sua sunt idem querentes. At iste Beatus medium tenebat, neque in dexteram, neque in sinistram declinans. ] Quod si, nec Episcopos deceat nimis nitor, ac splendidus indumentorum color, quanto minus pauperibus, & mundo mortuis conueniet? Certè stultitia esset non ferenda, si quis nitidissimam & splendidissimam sindonem, qua cadaver suum obuolueretur, & in sepulchro recondideretur, quereretur. Et nos iam saeculo defuncti sumus, & in religiosi domibus, quasi in sepulchris, delitescimus, ad quid nitida concupiscimus vestimenta? Ridet Bernardus eos, qui huic subiacent ignorantiae, & inutiles eorum curas pulchre describit. At tu, inquit, quando cucullam empturus iustas vrbes, fora circuis, percunctis nundinas, domos scrutaris negotiarorum, cum etiam euertis singulorum supellestem, ingentes explicas cumulos pannorum, atrectas digitis, amoues oculos, solis opponis radios; quicquid grossum, quicquid pallidum occurrerit, respicis. Si quid autem sui puritate & nitore placuerit, illud mox quantolibet pretio fatagis tibi retinere. Rogo te ex corde facis haec, an simpliciter? Cum denique contra regulam, non quod vilius occurrerit, sed studiosissime quatit, quod, quia rariis inuenitur, pretiosius emittit, ignorans facis haec, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit, quicquid foris apparerit vitio sum. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori, & exterior superfluitas interioris vanitatis iudicium est. ] Haec tenus ille. Quo ostenditur miserabilissimum esse pro pulchritudine animae nitorem vestium corporis cupere, & curam poliendae mentis ad sollicitudinem carnis ornandae transferre.

C  
D  
E

Bern. in Apologia ad Gualt. l. i. c. 3.

Cassian. lib. i. de institut. c. 3.

In eius vita c. 21.

Bern. in Apologia.

Forma

Rom. 6. in Eua. g.

Ephraim, de abstinentia a cupiditatibus carnalibus.

Deut. 22. 5.

Sophon. 1. 8.

Mat. 11. 8.



Forma vestium talis sit, quam nullus ob exquisitum modum, aduertat. Nec nimis longa, quæ aliquid vanæ auctoritatis; nec nimis breues, quæ minus honestatis habeant: nec nimis amplæ, quæ animi laxitatem; nec nimis strictæ, quæ simulationem præcedant: nec denique ita fiant, vt vel in minimo à communi habitu aliorum eiusdem conuersationis differant. Iam enim vana cura sæcularium, quodammodo in nonnullos viros religiosos irrepit: vt sicut illi breui tempore formam vestimentorum demutant, & iam vno modo, & postea alio indui procedunt, ita isti nouas habitus formas in suas congregationes inuhere non verentur. Hi caudas vestibus adiungunt, vt puluerem colligant: illi collum, siue supremam vestis partem altiore faciant, vt corpulentiores appareant: alij manicas gestant ampliores, nescio an vti in eis quædam alibi custodienda recondant. Non est multa cura spiritualis profectus in illis, quos istæ curæ, & cogitationes indumenta mutandi, sollicitant. Ad formam ergo consuetam habitus efformandus est, ita scilicet, vt sicut semper serui Dei sumus, ita tales externa quoque veste appareamus. Si alia immutata seruamus, necesse est, vt vestem, etiam quoad formam, nunquam mutemus. Illa sit talis, quæ ex forma sua nos pauperes, & filios eorum, qui paupertatem propter diuitias sæculi venturi amplexi sunt, non curiositatis & vanitatis, aut alterius similis affectus, sectatores annuntiet.

Coaptatio vestis pertinet ad modum, quo eam portamus, & nostro corpori coaptamus. In quo illud querere debemus, vt vestes nos decenter operiant, vt modestiam quandam grauitatem præferant, vt non ad desiderium placendi aliis, sed ad augmentum modestiæ & humilitatis nos ornent. Verè enim qui modis insuetis pileum, aut capucium capiti adaptant, & vestes nimis curiosè plicant, aut circumuoluunt, vel quid simile, quod viri prudentes & graues non faciunt, inchoate præsumunt, homines sunt distracti & vani, qui ab aliis videri, & ad aliquam inanem laudem notari appetunt. Sed gratia Dei, vt optime Hugo ait, omnes, qui talibus student, per hæc quibus placere cupiunt hominibus, apud omnes magis viles & contemptibiles fiunt. Qui propterea quod oculos ad suam vanitatem & leuitatem considerandam non habent, à Prælati sunt duriter increpandi. Doceantur itaque modestiam & necessariam grauitatem, vt quod alij boni & morigerati suo exemplo ædificant, isti tanta leuitatis ostensione non destruant. Proponatur illis prudentium sæcularium vsus, qui ob ipsum honorem sæculi ab his leuitatibus abstinere, vt ab illis externa grauitate ac modestia vinci erubescant.

In vestitu tandem vili, & paupere, & ab omni signo leuitatis alieno, decens mundicia seruetur. Sæpe neglectus vestis vsque ad immundiciam & sordes ex inani gloria solet procedere. Vnde Hieronymus: Ornatus, & sordes pari modo fugienda sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Et rursus: Nec affectata sordes, nec exquisitæ deliciæ laudem capiunt. Illud ergo Salomonis ad litteram etiam seruati conuenit: Omni tempore sint vestimenta tua candida, id est, decenter munda & ornata. Sic sancti viri honestam curam indumentorum habuerunt. Vnde de quibusdam eorum legitur, vt de Bernardo & Ignatio nostro, quod paupertas in vestimentis semper illis placuit, sordes autem nunquam. Sic quisque in vestibus quoque nonnullam imaginem mentis suæ præferet, vt sicut mentis puritatem amat, ita corporis & vestimentum mundiciam non respiciat. Sic erga paupertatem, virtutem nobilic-

simam, tenerenter se geret, quam non in sordibus, sed in omni mundicia custodiet. Sic nescio quid pulchritudinis mundiciæ addet, dum illam indumento pauperi & vili coniungit. Sic denique proximos edificabit, quos Deo lucraturus est, quia eos à suo confortio per fetorem & vestium immundiciam non auerter. Sed in hac mundicia modus etiam tenendus est, vt ad nimiam curiositatem non declinet, & dum animus immoderatè in sacco mundiciam querit, eius habendæ causâ, excessum aliquem in indumentis admittat.

In his omnibus aliqua reperitur nostræ carnis abnegatio, quæ semper in vestibus arrogantiam & delicias concupiunt: & cum ab ea omnis superfluitas submouetur, & ad modestiam & paupertatem restringitur, eius desiderium abnegatur. Sed hæc, quæ diximus, debita sunt, quia non potest culpa vacare, si aliquis pretiosiores, aut subtiliores, aut nitidiores vestem induat, quam suis deposcit status: si etiam in forma vestis, aut in coaptatione, aut in sordibus, vel exquilita mundicia imprudenter excedat. Quare in hac abnegatione vlti procedendum est, & aliquid non debitum sed spontaneum obsequium præstandum. Illud autem erit si aliquando, præsertim in ipso conuersionis initio, vestimenta vilissima, quæ nos apud homines contemptibiles faciant, & aliquem ruborem ingerant, induamus. Id sanè Franciscus fecit, qui discalciatus & vilissimis indumentis reclus, fracti, & famulus domus suæ, & omnibus suis ciuibus se in risum & ludibrium exposuit. Idem omnino multi perfecti viri fecerunt, quos sigillatim recensere non vacat, vt à sæculo exeuntes, ipsam abiectiori veste contemnerent, & seipsum illi abundantius crucifigerent. Nec is vsus in familiis religiosis excidit, in quibus tyrones, contemptibiles vestes, ad maiorem sui abnegationem, accipiunt. Hoc abnegationis genus in tyrocinio spiritualis vitæ libentissimè suscipiendum est, postea verò in vita decursu non penitus abiiciendum; sed dum se occasio obtulerit, amplexandum. Vestis lacera & pannosa, religiosum senem & grauem decet, qua iuuenibus præluceat, & paupertatem sibi cordi esse, demonstret. Interiora indumenta vetustate consumpta eundem interdum non dedecent: Si exteriora, propter eos sæculares, quibuscum ad Dei gloriam conuersatur, debeant esse meliora, vt in aliquo incommoditatem perferat. Moderatio in admittendis indumentis omnibus conuenit, vt non simul noua sint omnia, sed si vnum admittatur nouum, alterum retineatur lacera; ne pauperculus, ac si esset diues, nitidus omnino procedat. Hæc & alia, prout spiritus Domini suggererit, vnusquisque in cultu sui corporis obseruare poterit, quibus seipsum abneget, & omnem externam, quæ ex indumentis nasci solet, arrogantiam cohibeat. Sic implebit illud Ecclesiastici: In vestitu ne gloriaris vnquam, nec in die honoris tui extollaris. Assignat autem huius præcepti optimas causas: Quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Amictus, inquam, hominis, aut opus quoduis ab eo factum, non est admirabile, sed solius Dei opera sunt admiranda, cui propterea omnis laus, ac gloria est tribuenda. Et incomprehensibilia sunt iudicia Domini, qui consuevit fortes commutare, & gloriosos in confusionem adducere.

*Vsus mortificationis corporis quo ad cultum.*

**H**is itaque non multis documentis omnis hæc abnegatio continetur.

I. Vesti

Hugo su-  
pra.

Hieron.  
epist. su-  
pra.

Eccles. 8. 5.

Eccles. 11.

4.



I. Vestimenta non sint pretiosa, sed vilia, & modico pretio empta, & ab statu pauperum non aliena.

II. Non sint nimis mollia nec nimis subtilia, sed potius aliquantulum dura & crassa, quae corpora, non ad ocium sed ad honestos labores nata, cooperiant.

III. Non sint nitida nec splendida, sed talis coloris, qui statim lugentium & poenitentiam agentium, congruant.

IV. Non sint exquisitè composita, sed formam religiosam habeant, quae omnibus aedificatione praebent.

V. Non sint leuiter ac pueriliter corpori coaptata, sed tali modo, ut mentem seriam & grauem ostendant.

VI. Non sint sordida nec nimis munda, quae ad immoderatam curiositatem deficiant.

VII. Interdum, praesertim in initio conuersionis, vilissima indumenta accipienda sunt, quae mentem, se in superbiam erigentem, humiliant.

VIII. Omni tempore curandum est, ne omnia in hoc genere amictus corporalis sint commoda, ut pro amore Domini in hoc, sicut in ceteris, aliquid patiamur.

Atque illud in primis curare debemus, ut amictum corporis, propter eum finem tantum, ad quem ordinatus est, scilicet ob tegendam nuditatem & repellendas temporis iniurias, & non ad inanem gloriam, assumamus. Ad quod nos hortatur sanctus Ephraem hac pulcherrima oratione: Noli splendido ornatu vestiri gloriarum, memor quomodo ouinis pellibus indutus fuerit Helias, & facco Isaias propheta, de quo scriptum est: Vade, & solue sacco de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis. Quali item Ioannes Baptista vestimento usus sit, ne obliuiscaris. Quare non vestium splendore studeas esse conspicuus, sed per bona sanctaque opera luceat lux tua coram omnibus, ut ubique glorificetur Dominus.

Ephraem, consil. de vita spirituali. c. 9. lja. 20. 3.

De mortificatione corporis quo ad asperitates.

CAPVT IX.

**N**unc de altera nigredine sponse dicendum est, quae in spontanea carnis afflictione conspicitur: Non minus, quam praecedens, spiritui necessaria, quia corpus domat, & imperio rationis virtutisque submittit. Quae licet quodam modo ad abnegationem tactus pertineat, eo quod carnis afflictio tactu sentitur: tamen sciungenda fuit tractatione, quia specialem continet difficultatem, & quia non tam assumitur, ut superflua tactus rescentur, quam ut corpus edometur, & caro spiritui subiiciatur. Ad hanc corporis afflictionem spirituales viri, qui spiritus viam non segniter currunt, non sunt multum adhortandi: quia spiritui Dei acti, & dolore peccatorum incitati, & quotidianarum imperfectionum graue olentia percussi, satis se pronos sentiunt ad carnem multis modis affligendam, nisi forte (quod supra modum, omnem assumptam asperitatem superat) morborum ac dolorum grauitate vexentur. Sed alij monendi sunt, qui necdum suam agnoscentes paupertatem, nec carnis aduersus spiritum ferociam peruidentes, blandè corpus suum tractant, & illud, ut perfectioni seruiat, edomare non curant. Tales esse nonnunquam solent spiritualis vitae tyrones, qui dum veteranos, senes praesertim & imbecillos, confiderant, volunt illos in ratione vitae praesentis imitari. Non animaduertunt quid hi fecerint, quos labores pro virtute subierint, quas difficultates superauerint, sed vident, quod modò aegritudinibus affecti fa-

**A**ciunt, ibique curant incipere in cura sui corporis, ubi isti iam desinunt. Nullus tamen erit, etiam parum lucis habeat, qui istorum tepidorum errorem non videat. Volunt enim ante laborem ociari, ante ambulationem fessi sedere, & ante pugnam more victorum in pace quierereque persistere. Alij necessitate compulsi & aegritudinibus pragruati, ab afflictione corporis cessant, cum tamen à pugna interiori cum vitiis non cessent: ipsi verò corpore robusto, affectibus inordinatis, & sensibus ad quaeque illicita pronis, cupiunt, carnem suam, vniuersorum victorum fontem, molliter atrectare. Cum his loquutus videtur sanctus Bonauentura, cum ait: Feruorem nouitiorum non decet illa misericordes in seipsis discretiones, & discretionum dispensationes faciles, quia indulgentiae suo iudicio non sunt admittendae, nec tamen recusandae sunt alieno. A seipso in seipsum rigida debet esse censura & districta seueritas. In his ergo, quae ad corpus pertinent, obedientia illis necessaria est, ne in assumpta afflictione per indiscretionem excedant, sed dum ipsa non obsistit, in assiduam, non tamen indiscretam, corporis afflictionem illis incumbendum est, ne cum primo hoste & omnium infestissimo amicitias inuisse videantur. Corpore enim viuo quoad seculum, id est, immortificato manente, non poterunt bella interiora aggredi, nec hostes in abscondito decerrantes prosternere.

**C** Hi autem & reliqui omnes, qui se pusillanimes ad affligendum corpus, sentiunt, non vno tantum, sed multis incitamentis, tum à necessitate, tum ab utilitate huius afflictionis percitis, mentem suam ad domandum corpus accendant. Et quidem satis illis deberet sufficere, omnium, quos imitari gestiunt, virorum perfectorum exemplum. Quis enim illorum, nisi non leuis aegritudo corporis impediret, corporis afflictionem non tenuit? Quis illorum cilicis, flagellis, ieiuniis, vigiliis, humicubationibus, & aliis similibus carnem suam non afflixit? Si euoluamus Sanctorum historias, neminem illorum reperiemus, qui aduersus proprium corpus, hoc mortificationis genere usus non sit. Immo videbimus sanctos reges, atque reginas, coniugatos, & tenerimas virgines (ut nunc de ceteris taceam, quibus maior erat huius afflictionis desumenda commoditas) corpora sua his sanctis asperitatibus domuisse, omnemque erga carnem indulgentiam repudiasse. Cilicinam quidem vestem, Cassianus monacho minus congruam esse credit, sed illam extrinsecus apparentem, quam vana ostentatio sequeretur, illam etiam, quae in religiosis corpore laborantibus, laboribus ex obligatione vel ex charitate susceptis, obstat. At vestem aut zonam cilicinam, lumbis harentem, communi habitu tectam, & orationi ac studiis proficientem, ipse non improbat, & innumerabiles viri perfecti, ea videntes approbant. Quod si sancti hoc & aliis multis afflictionis generibus carnem suam domuerunt non est cur hi, qui ad eorum perfectionem aspirant, corporis afflictionem fugiant, & se carnis suae stultos amatores efficiant. More enim eorum, quorum statum profitemur, viuendum est, & aulicus, cum aulicis se palpet, & saecularis mundanus, cum mundanis se molliter tractet, at spiritualis vir, cum viris perfectis & sanctis, corpus suum pia seueritate castiget. Hoc namque vitae tempus non ad indulgendum corpori, sed ad curandam animae salutem accepit. Tempus hoc, inquit Bernardus, animabus, non corporibus est assignatum, dies salutis utique non voluptatis. Omnia tempus habent: animabus nunc operam

Bonaui. in specul. 2. p. princip. c. 2.

Cassian. lib. 1. de instit. c. 3.

Bern. de clauar. ecce nos reliquimus, & c. post mediu.



Galat. 6. 8.

dare necesse est. Nam in carne qui seminat, solam exinde metet corruptionē. ] At nemo, inquit, carnem suam odio habuit: Verum est: sed zelum habens ab ipso scientia, dum prodesse festinat, inuenitur obesse. Cum enim iudicium carnis ex anima pendeat, carni nihil potest esse utilius, quam salus animæ prouideri; ut videlicet in tempore sit respectus illius, & solacia passionis, felicitatis quoque consortium mereatur. ] Hæc Bernardus. Ex cuius sententia ad amplectendam carnis castigationem, profectò valde constringimur. Nam si salutem animæ cupimus, hæc corporis punitione cōsequimur, quia corpus animæ subdimus, & admissa peccata purgamus. Si verò salutem, & voluptatem corporis concupiscimus, illam quoque ipsum corpus castigando, tenemus; quoniam præmium breuis afflictionis est vita perpetua, & æterna delectatio, sicut merces breuis delectationis cōtra diuinā legem acceptæ erit nunquam destruta puni-

Dion. lib. 1. de vita, & consolat. ar. 17.

Sed iam afflictionis utilitates corporalis sigillatim videamus. Dionysius Richelius octo utilitates breui sermone perstringit, quas nos paulo latius exponemus. Prima ergo utilitas corporaliū afflictionum est satisfactio pro peccatis. Qui enim corporis delectatione deliquimus, æquum est, ut corporis castigatione resurgamus. Si caro nos decipit, & ad transgressionem diuinæ legis adegit, iustum est, ut suorum factorum pœnas luat. Si experta est cibum, qui adduxit mortem, experiatur & ieiunium, quod disponit ad vitam. In omni bene ordinata republica crimina ciuium dolore puniuntur: potro gubernatio humana hoc non ex se habet, sed ex imitatione gubernationis diuinæ. Vulgigitur Dominus, qui iustitiam misericordia temperat, ut in præsentī vita dolore & afflictione corporis crucietur, ne in vita futura dolores sine vlla cōparatione maiores experiamur. Ideòque per Ieremiam ait: Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam; agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitauit, ut facerem ei. ] O afflictionem salutarem, & omnibus deliciis præferendam, cuius fructus est, ut Dominus manum iam extentam ad percutiendum, contineat, & vltionem capiti nostro imminentem auertat! Et per Ezechielem: Cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium, & iustitiam; ipse animam suam viuificabit. ] Quidnam est iudicium & iustitiam facere? Nonne carni, quam meretur, pro transgressionibus suis, pœnam retribuere? Sed animæ vita hanc iustitiam sequitur, dum castigatio carnis assumpta, per gratiam Dei facta, veniam promeretur. Quantum autem in sit periculum peccatoribus, si non peccata sua debita vltione castigant, indicat Ecclesiasticus, dicens: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. ] Ut quoniam horrendum est incidere in manus Dei viuientis, id est, punitiuus & vltices, sciamus nobis nullum effugium esse, nisi corde peccatum deferere, & opere ipso pro commissis peccatis nos ipsos animosè castigare.

Ierem. 18. 8.

Ex. ecb. 18. 26.

Ecc. 2. 22. Hebr. 10. 31.

Dan. 10. 3.

Iona. 3. 8.

Secunda utilitas afflictionis corporalis est ad gratiam suscipiendam preparatio, quia cùm per inspirationem & gratiam Dei, quod ad nos pertinet, facimus, ad suscipiendam vltiorum Domini misericordiam, sinus cordis aperimus. Hoc nouit Daniel, qui ut se ad suscipiendam diuinam reuelationem pararet, luctu, & ieiunio, & corporea afflictatione se muniuit. Lugebam, inquit, trimum hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vinctus sum, donec compleretur trimum hebdomadarum dies. ] Hoc nouerunt & Niniuitæ, qui ieiunio & sacco

A afflicti, tantorum scelerum veniam impetrarunt. Quin & Achab: nam operus cilicio, & à cibis abstinentens, & dormiens in sacco, pro diebus regni sui, intentatas calamitates à se dimouit. Ut ergo milites ad aliquam dignitatem obtinendam, vulnera corporum suorum & cicatrices, reipublicæ tuendæ causâ acceptas, regi ostendunt, & ab eo quod cupiunt consequuntur: sic & nos corporis imbecillitatem ex ieiuniis prouenientem, cuius nigredinem ex cilicio contractam, vibices ictibus flagellorum fracti, & alia similia Domino commonestremus, ut aliquam nouam gratiam obtineamus. Hæc enim ostensio non ex superbia, sed ex cordis morore procedens, multum apud Dominum valet, ut thesauros miseracionum suarum nobis aperiat. Quin verò magni sint hi, quomodòque eos carnis afflictione queramus, docet egregiè Casarius Arelatenis Episcopus, qui sic scribit: Ait quodam loco sermo diuinus: In diebus solennitatum vestrarū affligite animas vestras. ] Quare hoc dixit? Quia ieiunia, ac vigilia, & sanctæ afflictiones, humiliata corpora macerant, sed immaculata corda purificant. Membris subtrahunt fortitudinem, sed conscientias addunt nitorem. Nihilominus de contritione animi redimantur crimina voluptatum. Per duræ crucis exercitia, deceptæ dudum carnis gaudia puniuntur: ac sic mortificatione præsentī, futura mortis sententia præuenitur: & dum culpæ auctor humiliatur, culpa consumitur: dumque exterior afflictio voluntariæ districtiōnis inferitur, tremendi iudicij offensa sedatur, & ingentia debita labor soluit exiguis, quæ vix consumpturus erat labor æternus. ] Hec ille. Expendenda sunt sigillatim omnia bona, quæ non multis verbis sanctus hic pater collegit, & videbimus quàm immensos thesauros spiritualium diuitiarum in cor nostrum inferimus, dum illud per afflictionem carnis parua oblectatione vacuamus.

4. Reg. 21. 27.

Cas. ar. 2. Lenit. 16.

Tertia utilitas, est multorum malorum, tum spiritualium, tum corporalium abscissio. Nam afflictio corporalis cohibet carnis impetus, vitiorum motus, & passionum appetitus: arceat etiam corporis morbos, & successus secundum speciem huius sæculi aduersos, quos Dominus in punitionem nostrorum peccatorum infligeret, nisi iram eius afflictio voluntariè assumpta contineret. Quod hæc afflictio motus inordinatos comprimat, satis docet Paulus, cùm ait: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; ne forte, cùm aliis prædicauerim, ipse reprobos efficiar. ] Castigare corpus, inquit Ambrosius, est ieiuniis illud agere, & illa ei dare, quæ ad vitam proficiant, non ad luxum. Seruituti verò subiicitur, dum non suam perficit, sed spiritus voluntatem. Ideo se refricare corpus suum ostendit, ut remuneratione, quam aliis prædicat, etiam ipse dignus habeatur, ne aliis curatis, ipse remaneat in vulnere. ] Ieiunia itaque, & aliz corporis afflictiones vulneribus nostris medentur, illis nimirum, quæ inordinati affectus infligunt. Quod verò hæc afflictio, mala temporalia nobis inferenda remoueat, ex historia Davidis agnoscimus. Cùm enim ob numeratos Israelitas pestis maxima grassaretur in populo, ad eò ut tribus diebus desiderarentur [ septuaginta millia virorum; ] David, & nobiles eius vestiti ciliciis, Dominum placauerunt, & maximum illud malum propulsarunt. Iudith quoque consuluit Israelitis, corporis afflictionem assumere, ut Dominum ad misericordiam in flecterent. Humiliemus illi, inquit, animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruiamus illi. ]

1. Cor. 9. 27. Amb. ibi.

1. Paralip. 21. 14.

Iudith 8. 16.

Quarta utilitas, est Christi Saluatoris nostri imitatio. Saluator enim noster in mundum veniens,

vitam



vitam asperam ac duram elegit. Videas illum in stabulo natum, in domo pauperum enutritum, in ipsa infantia in comodis longi itineris & molesta peregrinationis affectu, fame, & siti, frigore, & calore variisque laboribus fatigatum: flagellis, spinis, clavis, & lancea confossum, & in durissimo crucis ligno euectum. Quisnam huius vitæ, & conuersationis Domini imitator existit? An qui blanda, & mollia, & suauia suo corpori parat? Non sanè: sed qui ipsum ieiunij & vigilijs atterit, flagellis percutit, vestis asperitate pungit, & alijs laboribus & carnis molestijs exercet. Nec sufficit hanc imitationem in animo gestare, nisi etiam eum ad eam facultas, gestemus in corpore. Nã Dominus, anima simul & corpore, pro hominibus passus est, vt vnusquisque pro eo, tum anima tum corpore aliquid molestiæ sustineat. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiã viuamus. Pertulit ille pœnas à peccatis nostris committas, in corpore suo, ne homo sine aliquo dolore & pœna, pro delictis non alienis, sed proprijs, suum corpus velit manere: Immo dicat cum Paulo: Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto; & de his pretiosis stigmatibus plus quam de maxima dignitate se iactet. Et Apostolus quidem de liuoribus, plagis, & vulneribus, quæ causa fidei accepit in corpore, gloriatur, tanquam de notis, ferri visione in carne sua impressis, quibus se Christi seruum esse monstrabat. Sciebat enim, Christi seruitutem omnem huius sæculi potestatem excellere. Sic & nos, vt Apostolorum discipuli, de eisdem notis, id est, de laboribus & afflictionibus, quas in carne pro Christo & pro victoria nostrorum appetituum patimur, cum ingenui exultatione lætemur. Id autem iure, quoniam per afflictiones ad æternæ gloriæ exultationes currimus. Qui mihi ministrat, ait Dominus, me sequatur: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Si ministri ergo & serui eius sumus, sequamur eum: Sequamur mente, sequamur & corpore: mens ad similitudinem mentis eius, virtutibus & puritate resplendat; corpus verò ad similitudinem corporis eius, dolore & afflictione proficiat. Nam hæc sequela, hæc imitatio non est sine fructu. Fructus enim huius imitationis, est mansio æternæ beatitudinis.

Quinta vtilitas afflictionis corporalis, est gloriæ magnitudo, quæ eam pro Domino sufferentibus est promissa. De illis namque dictum est, [quia si compatiantur, & conregnabunt.] Ipsique experti dicunt illud Pauli: Sicur abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Expertus est & Dauid, cum cecinit: Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuæ latificauerunt animam meam. Quæ enim est ista consolatio, corda afflictorum exhilarans, nisi illa, quæ de spe amplioris gloriæ procedit? Quanta verò futura sit ista gloria se affligentibus & castigantibus promissa, hic non cognoscimus, sed in futura vita videbimus. Quemadmodum enim, cum cortex nucis confringitur, apparet, quid intus habeat, & an inanis, an verò nuclei plena existat: ita cum saccus istius corporis discedatur, quid mercedis lateat, considerabitur. Tunc corpus purpure & bysso coniectum, ciborum suauitate lactatum, & omni genere oblectationis oppletum, mercede vacuum, immò putredine & fetore plenum erit: corpus verò cilicio punctum, flagellis luidum, ieiunij macidum, & alijs afflictionibus operum, gloria circumdatum apparebit. Hæc ergo meditatione, vir iustus se ad amorem asperitatis corporalis accendat, & carni suæ laborem detrectanti di-

A car cum Bernardo: Quid adhuc murmuras caro misera; quid adhuc recalcitras, & aduersus spiritum concupiscis? Si te humiliat, si castigat, si redigit in seruitutem, id profecto in tuo genere non minus tua interest, quam ipsius. Quid eis inuides, qui de operibus vermium, & murium pellibus, ingloriam planè gloriæ mendicare non erubescunt, cultu indigno, viris interdicto & mulieribus, semet ipsos dehonestantes potius quam ornantes? Reformat ipsi, aut magis certè deformant corpora sua, te (si fueris corporis humiliari) reformabit idem artifex, qui formauit. Illam (si non desipis) præstolabere manum, vt quod fecit, ipsa reficiat. Sicille. Hac dignitè expectatione commoiti, corpus audacter affligamus, vt maior gloria & abundantior splendor cumulet maiorem, non tamen immoderatam asperitatis assumptæ mensuram.

B Sexta vtilitas, est proximorum ædificatio & instructio. Qui sanè dum vident spirituales viros, conuersationis asperitatem amantes, & omnem indulgentiam, etiam licitam, respicientes, valde eos admirantur, & trahunt in ædificationis exemplum. Discunt etiam quomodo debeant conuersari, & corporum suorum oblectationem contemnere, quam à viis verè sapientibus, id est, à sanctis & perfectis hominibus, vident non concupitam, sed omnino dis refutatam. Huius vtilitatis meminit Basilius scribens: Reliquæ quidem virtutes, cum in occulto exerceantur, minus sæpe illustres apud homines existunt. Continentia autem, in quo inest, cum vel primo ipso aspectu tantum, notum facit. Et cum dixisset, Christi seruum ex corporis macilentia cognosci, subdit: Quantum enim vel in solo continentis alicuius aspectu luci est: videre illum videlicet parè tenuitque res, etiam ipsas necessarias attingentem, agrèque naturæ ministerium, perinde ac tributum molestiæ & angoris plenum, pendentem, temporisque, quod in hoc ipso consumitur, moram animo iniquo ferentem, celeritè quæ à mensa ad obeunda munera sua resilientem? Si quidem opinor ad animum illius, qui ventris libidinibus feruiat, peruellendum, & ad frugem reuocandum, meliorem nullam cuiusuis generis orationem posse excogitari, quæ tantundem valeat, quam vel solum continentis alicuius aspectum. Hæc Basilius. Et quidem Paulus ait: Proidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. In libro autem regnorum scriptum est: Homo videt ea, quæ parent: Deus autem intuetur cor. Ergo & intus in mente, & extra in corpore virtus, & contemptus voluptatis tenenda sunt, vt coram Deo & hominibus, bona prouideamus. Ab his verò nulla gloria querenda est, sed sola diuina laus gloriæque captanda.

C Septima vtilitas, est nostrarum precum exaudicio. Quoniam sicut cum infans lacrymis & gemitibus vbera poscit, non potest mater se ipsam continere, quin ori eius lactis fontem admoveat: ita cum anima affligens corpus suum munera postulat, non claudit Dominus viscera sua, quin illi abundanter satisfaciat. Quare sacræ literæ non semel illorum gesta commemorant, qui ieiunio, cilicio, & cinere capiti imposito, se affligentes, non tantum veniam peccatorum, sed & liberationem à magnis calamitatibus impetrarunt. Et Cyprianus ait: Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legitimus ascendisse: nec aliquid magnum moliti sunt: nisi prius abstinentia præcessisset. Quoties aliquid à Deo obtinere conati sunt, ieiunij incubere & lacrymis, & pernoctantes in orationibus,

D  
E

1. Petri. 2. 24.

Galat. 6. 17.

Ioan. 12. 26.

Roma. 8.

1. Corin. 1. 5. Psal. 93. 19.

Bern. ser. 2. de ueritate Ihsu. 6.

Basili. rog. 17. fus. disp.

Roma 12. 17.

1 Reg. 16. 7.

Cypria. de ieiunio Christi.



aliciis carni harentibus, supplices beneficia postularunt. Nec defuit proventus, ubi ad pedes Dei, sacrificium contiti cordis offerens, se prostravit humiliter, sed propè fuit inuocantibus se Deus, & porrexit manum naufragis, & subuenit afflictis. Sic ille. Antiocheni ut Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpti erant à Spiritu sancto, dimitterent, prius ieiunio & oratione se muniunt. Ieiunantes, inquit, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi Saulus & Barnabas orant cum ieiunationibus, ut Domino animas fidelium commendent. Sempèrque Ecclesia ab Spiritu sancto docta, censuit orationi afflictionem corporis esse iungendam, ut postulatio afflictione, quasi curru vecta, in conspectum Domini possit ascendere.

Ahor. 13

3.

Ahor. 14

22.

Climac. grad. 26.

Postrema utilitas, est nequissimorum spirituum fuga. Illi quippe spurcissimarum voluptatum amatores & libidinis incentores, illorum conspectum auerfantur, & timent, quos vident, per spontaneas afflictiones carni bellum indicere. Nullam se sperant requiem habituros in illis, quorum corpora ieiunio, vigiliis, & veste aspera, & aliis afflictionibus castigata conspiciunt. Vnde Climacus pulchre ait: Sicut exsiccatum lutum iam non porcis vsui esse potest, ut ibi se volent: ita & caro per abstinentiam marcida effecta, demonibus vltra non præbebit in se quiescendi locum. Afflictio ergo discreta corporis nostri, afflictio illorum est, dolor carnis nostræ illos torquet, & ut canes virga percussos, à nobis arceat, ne tentationes afferant, & profectibus nostris insidiantur. Ideo illi mille artibus curant, seruos Dei à carnis afflictionibus abstrahere, & ad non necessariam indulgentiam, timore ægrotudinis incurrendæ, permouere. Quod faciunt, non quidem ut corpus validum seruent, sed ut corpus pariter & mentem interimant. Egregiè Hugo Victorinus, expositis vanis rationibus demonis, quibus carnis afflictionem fugiendam esse suadet, hæc subdit: Ecce diabolus physicam docet: ecce medicus factus est, de complexionibus loquitur, infirmitates diuersas, si teneatur religio, generari prædicat. Sed quare hoc? Non ut mereri velit, sed ut occidere possit. Non ut ægrotudines curet, sed ut securius inferat mortem. Videt ex subtractione ciborum, luxuriæ vires posse minui, & ideo non tardat minari ægrotudinem. Timet ocium perire, & somnolentiam destitui, & ideo laboris intolerantiam & protensa vigiliarum spacia præterdit. Credit, ex paupertate humilitatem nutiri, & ideo quærit occasiones, quibus humilitatis impediatur aduentum. Hæc ille. Intelligamus ergo astutias demonis, & non facile carni nostræ superflua postulant credamus, sed ad deiiciendos aduersarios, ad noua beneficia impetranda, & ad reliqua quæ diximus, obtinenda, eam assumpta afflictione domemus.

Hugo. 1. de claus. anime. c. 2.

*vsus Mortificationis corporis quo ad asperitates.*

**H**æc autem sunt, o serue Dei, quibus poteris corpus tuum castigare, ut illud nõ iam seruum proterum, sed morigeratum & in omnibus subiectum possideas.

I. Cilicium ex feris animalium contextum, vel ex alia materia asperiori compactum, aliquot saltem hebdomada diebus induito.

II. Flagris, & funibus, vel alio, quod dolorem inferat, corpus tuum cædit.

III. In lectulo ab omni mollicie alieno semper: & aliquando, ut bis aut ter in hebdomada, in nuda tabula ad dormiendum cubato.

III. Cellam non ampliotem, sed angustiorem

& obscuriorem, quantum tui officij aut ministerij qualitas permiserit, ad habitandum eligit.

V. Ab alimentis suauitatem, ab aqua nimiam frigiditatem, quæ non parum delectat, amoueto.

VI. In vestibus, quæ semper nudæ esse debent, aliquam incommoditatem, & ad tempus ob tui vili-pendionem, nonnullam immundiciem admittito.

VII. Ieiunio & inedia carnem atterito.

VIII. Genus flexionibus & stationibus protelatis, tempore scilicet prolixæ orationis, te ipsum affligito.

IX. Frigus, & æstus, & corporis fatigationem ex itinere, aut alio labore profectam, libenter sustineto.

X. Quicquid aliud carni molestum occurrerit, ut gemmam pretiosam assumito.

His aliisque similibus viri sancti domuerunt corpora sua (quod ex eorum historiis constat) ut hostem, qui fuit multorum peccatorum causa, punirent, & merita cumularent. Quos imitari debemus, ita tamen, ut mensuræ gratiæ nobis data cooperemur, & vires nostras non excedamus. Sicut enim certum est, omnia ista vniuersis congruere, neminemque esse, qui non possit in his aliquod Domino gratissimum obsequium offerre: ita etiam est certissimum, multos ob corporis imbecillitatem, aut ob muneris obligationem, aut ob status qualitatem, satis modicum posse præstare. Quare in his omnibus, & in aliis quæ ad mortificationem pertinent, tum virtus discretionis, tum consilium viri sapientis, sunt necessaria. De quibus in fine huius tractationis dicemus.

*De Mortificatione lingue: & primò de malis eius.*

CAPVT X.

**V**M Potens aliquis rex, alterius principis regnum inuadit, & victor existens, non tantum paruula oppidula, sed fortes quoque vrbes expugnat; solent victi se in arcem munitissimam regni recipere, ut ibi se ab hoste defendant, & inde resumptis viribus exeant, omniaque loca amissa recuperent. Quos vt rex victor penitus prosternat, & vincat, compellitur quasi de nouo bellum incipere, ut scilicet arcem illam, in quam hostes confluxerunt, suæ subiciat potestati. Idque euenisse Dauid ex scriptura sacra cognoscitur; Occupato namque regno Iudæ & Israël, abiit in Ierusalem, quam Iebusæi illic vsque possederant, vt eam sibi subderet, & hostes Israëlitarum omnino deleteret. Idem profectò viro iusto, & proprij cordis expugnatori faciendum est, qui cohibitis sensibus, & compresso ac domito corpore, debet scire, adhuc munitissimam arcem expugnandam superesse, qua hostes, id est, vitia se tuerunt, & protegunt. Hæc autem arx non est alia quàm lingua, cuius subiectio ad eò spirituali viro necessaria est, vt sine illa nullatenus perfectionem obtineat. Nam quomodo perfectionem assequetur, qui originem innumerabilium imperfectionum fouet, qui initium tot malorum liberum seruat in corpore, qui inquietudinum seminarium non obturat? Hostes certè ex lingua, tanquam ex latebris, egredientes, ni ipsa peracti abnegationis curâ comprimat, victorem vincet, & quicquid magno labore quaesierat, sine difficultate diripient. Verba enim ociositatis, iactantiæ, & amarulentæ, & aliorum vitiorum, cor eisdem, à quibus dimanant, vitis subiciunt, tanto facilius, quanto suauius est, consensum voluntatis,

Infra. p. 3. c. 14.

2. Reg. 5. 6.

sensum



fenfum, & verba sequi, & in illis, quae laudat, haerere. Nihil ergo spiritualis vir se fecisse putet, si compresso per asperitatis corpore, linguam non cohibet; quia ipsa per se sufficit bella in mente suscitare, & flammam inanium desideriorum accendere. Quare eius mala dicamus, quorum consideratio sanctam indignationem, & odium salutare aduersus hunc hostem vincit, & vniuersos aliquo fraudis relo configit. Si Spiritus Dei per os Iacobi Apostoli, linguae mala, sacrata scripturarum voluminibus declarata, ad eruditionem nostram in vnum collegit. Exorditur autem a generalitate detrimenti, quia lingua omnes vincit, & vniuersos aliquo fraudis relo configit. Si quis, inquit, in verbo non offendit, hic perfectus est vir; potens etiam frano circumducere totum corpus. Tanta, inquam, est ad peccandum lingua facilitas, tanta ad delinquendum sermone procliuitas, ut forte nemo fuerit, vno Christo Salvatore, qui omnino peccare non potuit, & vna Beata Virgine excepta, qui non aliquando leni sermone deliquerit. Idque verba praecedentia confirmant. In multis offendimus omnes. Qui omnes? Annon Apostolus est qui loquitur, & se reliquis annumerat, ut notauit Augustinus? Ergo etiam sancti, etiam Prophetae, & ipsimet Apostoli, in communi conuersatione aliquando verbo deliquerunt. Et Ecclesiasticus neminem excipiens ait: Quis est, qui non deliquerit in lingua sua? Quasi dicat: Non facile inuenies aliquem, qui non lingua deliquerit; quare si amicus labatur lingua, sed non ex animo, quia ex ignorantia aut inaduertentia peccauit, facile illi erit ignoscendum. Nec nobis obicitur Ioannes Baptista, de quo canit Ecclesia, quia in desertum secessit, *Ne leui saltem maculare vitam. Famine possit.* Aliud enim est velle, aliud perficere: aliud conari, aliud exequi: & forte ille postquam desertum petiit, ut linguam custodiret, ad homines regressus, nonnulla lingua imperfectione peccauit. Aut si non peccauit, nec etiam deuotissime, erit ille, de quo subinfertur, quia lingua non offendens, perfectus est vir. Nec etiam in oppositum afferendi sunt elingues, & muti; quoniam istis facultas delinquendi per linguam subtracta est: & si non loquendi potestate, at voluntate peccarunt. Mala igitur lingua generalia sunt, quia omne genus humanum peruadunt. Si quis vero post multum labore, ac diligentissimam curam in eliminandis linguae vitis adhibuit, iam eoque processit, ut verbo non offenderet, & sermone non cadat, is in virum perfectum ac omni virtute consummatum euasit. Nec utcumque perfectus est, sed plane potes, totum corpus, id est, omnes animae facultates, omnes habitus, omnes affectus, & desideria frænare. Nam quilibet horum excessus statim sermone patefactus existit, & oblata occasione, verbo manifestatur. Et bene poterit quis per aliquod tempus silentio vitia mentis obtegere, & alium se fingere; sed si diu cum illo conuersetur, ex verbis, quid intus habeat, nullo negotio venabimur. Vnde oportet, perfectum virum esse illum, qui de thesauro cordis sui semper per linguam bona promit, & nunquam aliquid vitiosum aut imperfectum edicit.

Sed malum linguae, ex eo quod sit generale, non esset admodum extimescendum, si simplex & modicum esset, paruūque damnum ac molestiam ingereret. At multiplex & magnum est, ac propterea omni est diligentia vitandum. Est quidem multiplex, quoniam omnes affectus & vires animae in praecipis trahit. Annon frantum paruulum instrumentum est? Sed illud ad gubernandum equum est magni momenti, quoniam ori eius iniectum, totum equi

corpus in quam volueris partem circumfert. Annon clauus naui modicus est? Sed ipse sufficit magnam nauim onerariam, a validis etiam ventis agitatum, in eam partem, qua voluerit gubernator, impellere. Ita lingua, si formam eius ac quantitatem spectes, modicum quidem membrum est, quod in ore quasi in sua cauernula latitat, & licet inde, velut si mus paruulus ex suo latibulo progrediatur, nihil mali inferendum praefert. At si fructus eius, id est, verba consideres, magnificè se iactat, & viros sermones effundit, quibus & manus, & pedes, & cor ad mille facinorum patracionem impellit. Est velut frantum, quod Dominus in os hominis misit, ut laude eius lingua prolata, secundum sententiam scriptam in Isaia, [infrænaret eum, ne intereat.] At si diabolus habenas huic frano affixas accipiat, & sermonibus a se dictatis linguam moueat, totum hominem, quasi equum furis agitatum, in barathrum multorum peccatorum coniciet. Adeo ut dicat Ecclesiasticus: Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic, quasi qui interierunt per linguam suam.] Est etiam lingua tanquam nauis gubernaculum, quod in partibus nauis, si ad eius magnitudinem attendamus, ferè postremum locum obtinet. Sed ex eius ductu maximè pender bona aut mala nauigatio, & in opatum portum appulsio, aut misera nauigantium nauisque submeritio. Sic lingua temon est vitae nostrae, cui Dominus, nisi reluctemur, gubernator assidet, iuxta illud quod ait Salomon in Proverbiis: Hominis est animam preparare, id est, quid in aliquo negotio dicturus est, cogitare, [ & Domini gubernare linguam.] Si verò nos è manibus sapientis gubernatoris temonem eripiamus, & aduersario committamus, absque dubio submergemur. Quod amicus quidam Iob significauit, dicens: Nunquid qui multa loquitur, non audiet, aut vir verborum iustificabitur? Est enim propriū loquacis hominis velle omnia loqui, & nihil audire; qui, ut inquit Gregorius, iustificari nequaquam poterit, quia dum quisque per verba disfluit, perdit grauitate silentij, mentis custodiam amittit. Quod amicis Iob euenisse, idem sanctus doctor testatus est. Nam cum tacent, iusti habentur, cum loquuntur, a Domino reprobantur, & praecipiti locutione perdidit bonū, quod multo labore mercati sunt. Vide quo pacto modica lingua instar nauis gubernaculi merces nostrorum meritorum iniustitiae naufragio submergat.

Nec solum lingua multiplex malum affert, sed quodlibet etiam illorum ita solet augere, ut incaute loquentem omnino consumat. Nam sicut modica scintilla ignis magnam syluam incendit, & nemus densissimus in cinerem vertit: ita vnum verbum, quod ex lingua, tanquam ex igne, resultat, labores pro virtute antea susceptos adurit. Vnde Bernardus: Leuis res est sermo, sed grauitate vulnerat, aptissimum euacuandis cordibus instrumentum. Scintilla hinc accenditur, & post modicum ventis impulsā, in loca distantissima flammam consumentes effundit. Ita verbum incaute prolatum hinc dicitur, & non tantum praesentes libenter audientes vrit, sed absentes quoque nihil timentes vorat. Quod profecto idem Bernardus non siluit: Vnus, inquit, est, qui loquitur, & vnum tantum verbum profert, & tamen illud vnum verbum vno in momento, multitudinis audientium dum aures afficit, animas interficit. Cui addit Humbertus: Nocet his, de quibus loquitur, etiam valde remotis; ut lingua eius, qui est in Gallia, nocet etiam, qui est ultra mare, vel in Hispania, dum eum infamat. Immo lingua eius, qui est in terra, quodammodo nocet etiam, qui est in caelo, dum

Iacobi. 3.

2.

August. ser. 122. de diuer. c. 1.

Ecclesi. 19. 17.

Iacob. 3.

Isaia 48. 9.

Ecclesi. 28. 22.

Prover. 16. 1.

Iob 11. 2.

Greg. 10. mor. c. 2.

Idem 3. mor. c. 10.

Bern. ser. de triplici custodia nauis, etc.

Idem. ser. 24. in Cant.

Humber. lib. 2. p. 3. c. 5.



Jerem. 11. 3.

Iob. 6. Greg. 7. mor. c. 17.

Isaia 5. 24.

Psalm. 139. 4.

Psalm. 56. 5.

Ecc. 29. 26.

Deum blasphemat. ] Ideo Ieremias linguam comparat arcui: Extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij & non veritatis: ] quoniam sicut arcus à longè ferit, ita lingua absentibus etiã & longè diffitis nocet. Scintilla denique principio modicum ignem accendit, sed non magna interiecta morula, magnam flammam & inextinguibilem ignem excuscit. Sic verbum incircumpectum à paucis incipit, sed ex his ad pestilentiora procedit. Audiamus hoc ex ore Gregorij, explicantis illud Iob: ] Et inventum verba proferis. ] In ventum, inquit, verba proferre, est ociosa dicere. Nam sæpe dum ab ociosis verbis nequaquam lingua compescitur, ad temeritatem quoque stultæ increpationis effrænatur. Quibusdam enim ruinæ suæ gradibus desidiosa mens in foueæ lapsus impellitur: Nam dum ociosa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus: vt prius loqui aliena libeat, & postmodum detractionibus eorum vitam, de quibus loquitur, lingua mordeat, quandoque autem vsque ad apertas contumelias erumpat. ] Hæc ille. Est ergo magna similitudo inter verbum malè prolatum atque scintillam, quòd sicut hæc serpit quàm latissimè, & ingentem flammam excitat ita illud loca remotiora peruadit, in illisque corda minùs cauta succendit. Vnum verbum Arij, vnus sermo Sabellij, vna peruersa doctrina Pelagij aut Lutheri, quasi vna scintilla fuit, sed quas strages non intulit, quas calamitates Ecclesiæ non attulit:

Quòd si verba scintillæ sunt, & scintillæ ex igne solent erumpere, vide tu quid de lingua debeas cogitare? Certè lingua ignis est, & ignis vorax atque consumens, quòd & eius forma, & color, & motus, & effectus declarant. Nam si formam eius spectes, in figuram cuiusdam flammæ, ex fornace erumpentis, extenditur. Quare Isaia flammam ignis, linguam eius appellauit, cum dixit: Sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit. ] Si colorem aspicias, igneam colorem habet, & rubore suo satis designat, se vitæ innocentium non parcere, & proximorum sanguine delectari. De linguis enim iniquorum dictum est, quòd [ acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labijs eorum. ] Et rursus: Lingua eorum gladius acutus. ] Quare hoc nisi quia lingua crudelis ad modum serpentis mordeat, & sicut gladius, sanguinem fundit? Si motum consideres, ceu flamma, hue & illuc voluitur, & si quæ tangat, illis non parcat, sed quasi ignis vorat, aut fumo & fuligine tingit. Meritoque de ea ait Ecclesiasticus: Lingua tertia, id est, debita simplicitate carens, multos commouit, & disperit illos de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Ex quo constat eam habere effectus ignis: Quoniam cum iste in domo alicuius accenditur, omnes turbat, & in varias domus partes spargit, vt quærant, quibus ignem extinguant. Si autem ignis præualuerit, omnia vastat, vicinas etiam domos ditissimorum inuadit, & opes eorum absumit: Sic profus lingua, si incipiat præter ordinem & extra metas rationis volitari, præsentibus & absentibus commouet, & nisi eius verba citò compresserint, virtutibus fratrum damnum affert, & quicquid tangit, sua malignitate peruertit.

Est igitur lingua ignis, & nõ solum hoc, sed & vniuersitas iniquitatis. Nam si nunc vniuersitatem pro eo, quod vulgo sumitur, scilicet pro Academia, sumamus, merito vniuersitas iniquitatis à Iacobo dicitur, quæ quicquid iniquum & peruersum est, edocetur. In amplissima Academia, qualis est Salmanticensis aut Complutensis, omnes scientiæ, & iura ca-

nonica, & ciuilia ad amissim explicantur: sic in lingua mala, quasi in vniuersitate malorum, omnes iniquitates, omnia delicta, & vniuersa iniuriæ contra leges diuinas & humanas exponuntur. Annon solæ iniquitates sunt, quæ hominem forsdant & inquinant? sed has Dominus ex ore & corde exire pronuntiat? Quæ autem procedunt de ore, inquit, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. ] Aues scite, quæ mala in hac iniquitatis vniuersitate legantur? Audi igitur. In ea explicantur adulationes, blasphemias, calumnia, detractiones, excusationes peccatorum, fraudes, gloriationes vanæ, hæreses, iurationes falsæ, lamentationes iniustæ, mendacia, nugæ, obstruktionem veritatis, periuria, querelæ, rixæ, sulturationes, taciturnitates pusillanimes vituperationes, & zelus amarus. Hæc vniuersitas indignos honorat, & ornat sapientiæ & virtutis insignibus: dignos vero, debito honore spoliat, & apud omnes infamat. In hac tandem vniuersitate malorum, ferè non est malum quod non inueniatur. Peccatum, quod per linguam admittitur, inquit Basilius, omnium ferè propensissimum, & idem multiforme. Iratus es? Mox lingua occurrit. Concupiscentia teneris? Habes & hæc linguam ante omnia, quasi lenam & conciliatricem, quæ cooperetur peccato, quæ per simulationem proximis imponat. Est tibi lingua quoque vice scuti ad iniquitatem, cum non ex corde loquitur, sed ea promit, quæ ad fraudem & imposturam faciunt. Denique quid opus commemorare quæ per linguam peccentur? Vita nostra referta est linguæ delictis: Turpiloquio, vrbantate, stultiloquio, & quæ non conueniunt, detractione, ocioso sermone, periurio, falsis testimonijs. Hæc mala omnia, & adhuc illis plura, sunt linguæ opera. Qui verò aduersus Dei glottiam os aperit, & iniquitatem in excelsum loquuntur, aliõne quàm linguæ organo impietatem suam perficiunt? ] Sic Basilius. Lingua maculat totum corpus, id est, omnes affectiones nostras: Quia enim per eam omnia mala concinnantur, vt supra & latrocinia, aut patrantur, vt periuria & falsæ testimonia, aut iniquis prætextibus defenduntur, ideo nihil est in nobis, quòd non maculet, & à sua puritate deturbet. Vel maculat totum corpus, quia testis est macularum cordis, & quæ mala intus lateant, ostendit. Et inflammatur rotam natiuitatis nostræ, nempe omnem vitam nostræ cursum: quoniam hæc adolècentes decipit, iuuenes inflammatur, viros prouocat ad malum, in senibus indignationem suscitatur. Inflammatur rotam natiuitatis; quia dum ipsa voluitur, prauos affectus iræ, inanis gloriæ, & pusillanimitatis accendit. Nec mirum quòd tot mala inferat: siquidem ipsa inflammatur à gehenna, id est, à diabolo incitatur, qui sicut per se ipsam & per prauas suggestiones ad omne malum prouocat ita per iniquam linguam ad omne peccatum instigat.

Id verò maximè auget linguæ nequitiam, quòd est supra vires humanas, huc hostem vincere, & moderari. Homo quidem arte & industria feras immanes domat, vt viros, elephantes, atque leones, serpentes subdit, dum aspides & basiliscos interficit; volucres mansuefacit, & cicures reddit: pisces capit, & in suum quotidie vium assumit; at linguam nullis hominum proprijs viribus domuit, nec suo imperio ac potestati subiecit. Solus Deus est, qui hanc bestiam domat, & in eius subiectione talem rationem inuit, vt ea ipsa linguæ ferocitatem & sauitiam ostenderet. Nam sæuum mare, quo nihil terribilius ac indomabilis inuenitur, solo præcepto voluntatis suæ & infirma arena coërcuit. Nihilque aliud significat, cum per Iob ait: Circumdedit illud terminis meis,

Matth. 15. 18.

Basil. hom. in Psal. 33.

Iob. 38. 10.

& posui



& posui vectem & ostia, & dixi: Vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes ru- mentes fluctus tuos. ] Quinam sunt termini maris? Qui vectes & ostia, quibus eius ira comprimitur? Illi profecto, qui statim explicantur. Dixi, vsq; huc venies. Solum enim preceptum Dei, quod etiam in- sensibilia audiunt, cui rationis expertia obediunt, illud tenet, & ne terram habitabilem obruat, in mo- bili arena concludit. At linguam, vt eam cohiberet, ori, id est, perpetuo carceri, mancipauit, & quasi in cauea collocauit, dentibusque, quali fortissimis mi- litibus, communiuit. Nec solum hac custodia cir- cumdedit, sed & compedibus ac catenis vinxit (quæ sunt varia ligamenta, quorum gratia, lingua dicta est) & salua, quasi ceno, inuoluit, vt minus facile possit officere. Et quia hæc necdum sufficiunt, in- tellectu regit, & gratia protegit, ne terminos iustitiæ transfiliat. Vides linguam à Deo ipso ligatam & do- mitam? Sed qui eam probe cognoscunt, maiorem illi in dies ab ipso Domino adhiberi custodiam cu- piunt. Quamobrem? Eccelesiasticus orans & optans, ait: Quis dabit ori meo custodiam, & super la- bia mea lignaculum certum, vt non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me? ] Et David: Pone Do- mine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. ] O sancti & sapientes viri, quid petitis? Nonne linguam dentibus & labiis, tanquam muris fortissimis, satis custodiam habetis? Adhuc respon- dentis crudelitatem timemus, quia labiis & den- tibus oclusa lingua solet ingentia damna inferre mortalibus, & ideo maiorem custodiam postula- mus. Signaculum autem certum & ostium circum- stantiæ, idem mihi significat, id est, debitam circum- spectionem: quam Deus ponit, sine quo incerta & inuites prouidentia nostra: & homo ponit, quia debet linguam suam diligenter obserare. Cui in Ec- clesiastico dictum est: Ori tuo facito ostia & se- ras: & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo re. Hos, & attende ne forte labaris in lingua. ] Ostium, dicit, vt faciamus ori, & non murum, quem admo- dum notauit Hugo: quia non omnino loquendi fa- cultas negatur, sed illicitus linguæ vsus prohibetur. Iure ergo viri inli linguam adeo timent, quoniam iniquitum malum est, ex vno peccato saltans in al- terum, & ex vna detractione aut maledictione in aliam proflitans. Inquietum malum, non in eo, qui stultè loquitur, se continens, sed nunc hunc audien- tem, & statim illum, & postea omnes in similia ver- ba deiiciens. Est quoque plena veneno mortifero, scilicet peccatis, quæ iam retulimus, & omnium iur- giorum & rixarum seminarium. Cuius causa de im- piis dicitur, quod eorum os amaritudine plenum est: & venenum aspidum sub labiis eorum. ] Quis ne- get linguam, in eam pestilens esse? Quæ, vt Bernardus ait, ligat, & ligari non potest, labilis est, & teneri non potest, sed labitur, & fallit. Labitur, vt anguilla; penetrat, vt sagitta; tollit amicos, multipli- cat inimicos, mouet rixas, seminat discordias. Vno ictu multos percutit, & interficit. Blanda est, & sub- dola, lata, & parata ad exhaurienda bona, & miscen- da mala. ] Quis ambigat, eam plenam esse veneno, quæ non iam ictu, sed libilo ferit, & miserum susur- rationibus audiendis intentum interimit? Sed hæc omnia postremo linguæ malo vincun- tur, quia est velut quoddam monstrum, quasi ex nat- uris oppositis coagmentatum. Annon prodigij loco haberetur, si idem omnino fons aquam dulcem & amatam emitteret? Annon esset ostentum, si ficus vuas faceret, aut vitis ficus? Annon homines præ ad- miratione stupefierent, si viderent aquam salam per

A se, in dulcem aquam conuerterit, aut dulcem in ama- ram commutat? At hæc omnia prodigia, in vnam tantum linguam conueniunt. Eâ enim Deum bene- dicimus, & homines ad Dei imaginem factos maledi- ctione profcindimus: eâ veritatem & fallitatem, sermones viles & noxios profestimus. Ac propterea dictam est à Salomone: Mors, & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. ] Quia videlicet lingua bona, loquens vitam & fru- ctus vitæ; & lingua pessima, loquens mortem, & fru- ctus mortis subministrat. Lingua quoque vt arbor bona, à Deo creata est, vt bonos fructus veritatis fe- rat, & vt aqua dulcis, quæ bonis consiliis maculas proximorum abstergat, & tamen culpâ & incuriâ hominum fructus mendaciæ facit, & prauis consiliis audientes ad peiora conuertit. Opimè itaque ille philosophus, quem Plutarchus refert, interrogatus, quid esset in victimæ carnibus optimum & pessimum, linguam ostendit, quam, si bona loquat, vt principium multorum bonorum, optimam dixit, & si mala proferat, vt seminarium omnium ma- lorum, pessimam pronuntiauit. Egregiè quoque Chrysostomus: Media vtriusque partis lingua est, & si vtriusque est, tu dominus es. Nam & gladius in medio positus, si quidem fuerit aduersus hos- tes atreptus, salutans accipienti reperitur: si verò tenentis visceribus inferatur, mortem præparat in- ferenti: non quia talis ferri natura, sed quia vten- tis tale consilium est: ita & lingua æstimetur gla- dius in medio positus. Armetur aduersus pec- cata tua, non ad fratris plagam præparetur. ] Et hæc linguæ qualiter Dominus exponens, ait: Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemna- beris. ] Quia si fons iste sermonum, puram aquam sanctorum verborum scaturierit, ad loquentis iusti- ficationem conferet, si verò ex illo aqua fetida pra- uorum verborum eruperit, ad eiusdem damnatio- nem conducet. O igitur monstrum admirandum, quod ex vna quidem parte pulcherrimum, ex alia verò turpissimum apparet: ex illa vitam promittit, ex ista mortem irrogat! ex illa amicitium nobis & vtilissimum, ex ista autem inimicitium & infestis- simum inuenitur! Linguam Deus bonam & naturæ congruentissimam fecit, quia ad necessariam mani- festationem sensuum nostrorum, eam in ore collo- cauit, sed nos monstrum & ostentum fecimus; quia illi, quas Deus non fecit, culpas addidimus. Ipsa de se bona est, si eius naturam consideres, quia pars no- stro corpori debita, sine qua in multis rebus muta animantia imitaremur. Ipsa quoque, si ad mores re- feratur media seu indifferens est, quam possumus in bonum & in malum voluere. At incautus & incir- cūspectis hominibus pessima est, quia eâ ad omnem perniciem & iniquitatem se armant. Nam quis, vt Nazianzenus ait, quot mala ex ea oriuntur, ora- tione consequi possit? Domini cum domo; si ira voluerit, urbem cum vbe, principem cum populo, populum rursus cum principe, statim ac sine vilo negotio committit, non aliter atque igniculus stipula admortus, in magnum incendium citò excre- scens. Conuictores, filios, parentes, fratres, amicos, vxores, maritos, omnes denique, perfacile in mu- tuam perniciem armat. Sceleratum hominem bo- num asserit; bonum contrâ calculo suo perdit, sub- indèque sententiam suam tetexit, atque inuertit. Quis parem linguæ vim habet? Quamuis ea tenuis & exigua sit, nulli tamen rei tantum roboris inest. ] Hæcille. Si tantum malum est lingua, & tam mul- ti, lex malum, non naturâ suâ, sed vitio nostro, oportet, vt per uigili cura eam cohibeamus, & eius super-

Prou. 19. 21.

Plutar. li. de aud. en. lo.

Chrys. 88. 4. ad Ba. priz. an. da. To. 5.

Matth. 12. 57.

Nazian. orat. u. 2. de se. 1. 1.

Eccl. 22. 33.

Psal. 140. 3.

Eccl. 28. 29.

Hugo. 2. de clas. s. 1. an. ma. c. 20.

Psal. 133. Psal. 39. 4.

Bern. lib. de inter. vi. do. mo. c. 50.





flua, non gladio fetreo, sed gladio mortificationis refecimus.

De Peccatis Linguae in speciali, quae sunt abneganda.

CAPVT XI.

Iacobi 3.

**B**EATVS

Iacobus Apostolus linguam, vt vidimus, fonti comparauit, ex quo dulcis aqua diuinarum laudationum, & amara multorum peccatorum, emanat.

Tom. 3. li. 11. p. 2.

Ad nos autem, qui linguae aegritudinibus mederi volumus, non pertinet nunc, rationem laudandi Dominum, illum edocere (quod suum inferius habebit tractatum) sed tantum a peccatis & lapsibus auocare. Communia ergo linguae peccata in medium proferenda sunt, & statim remedia pro eorum curatione describenda, quibus haec exterioris mortificationis tractatio concluditur. Nec polliciti sumus, omnia huius membri delicta proponere, quod inmensi laboris esset, & scopum nostrae tractationis excedit, sed tantum illa, in quae etiam iusti solent incidere. Quare nunc haereses, blasphemias, periuria, infamationes proximorum, contumelias, discordiarum seminationes, dolos & deceptiones in re graui, & alia similia monstra taceamus, & ea solum, quae solent inficere timoratas conscientias, explicemus. Haec vero duobus possunt comprehendi; nam aut dicimus, quae dicenda non sunt; aut tacemus, quae dicenda sunt. De quibus Gregorius sic ait: Duo- bus modis labiis delinquimus, cum aut iniusta dicimus, aut iusta reticemus. Nam si aliquando & tacere, culpa non esset, propheta non diceret: Vt mihi; quia tacui. Solum probat Beatus hic Pater silentio & taciturnitati culpam inesse: quod verò loquelae culpa saepissime adhaereat, ideo non probauit, quia apud omnes certum esse cognouit. Si quidem cum bona dicimus, ex multitudine tantum verborum peccamus: vt constat ex illo Salomonis: In multiloquio non deest peccatum; & cum sanam doctrinam effundimus, delinquimus, si non ordinatè & debito fine proximos edocemus. Quin & delicto non vacat, (quod certè absque timore & rubore scribendum non esset,) si quae aliis ingerimus, nequaquam aut sopore aut desiderio praestamus. Quod idem Salomon aureo prouerbio confirmat: In omni opere erit abundantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas. Est ac si diceret: non in loquendo, sed in agendo virtus sita est: nec iustus est, qui bona dicit, sed qui bona bene actione complet. Quod patentiùs docuit Dominus: Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, hic intrabit in regnum caelorum. Et ob eandem causam illos reprehendit, qui verbis suis alligant onera graui, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. O quantum iudicium nos manet, qui multa dicimus, & pauca complemus; at saltem ad nonnullam excusationem nostram multa praestare cupiamus. Sed relinquamus ista, & consideremus, quod si in ipsa quoque loquutione boni, culpa se immiscet, quanto magis in locutione malorum & inutilium, dominatum obtinebit. Possumus ergo dupliciter lingua delinquere: nimirum si mala aut bona non bene dicimus, aut si bona, cum oportet proferte, tacemus. At quia haec nimis generalia sunt, ad specialia, & eo ipso magis vtilia, descendamus.

Gregor. 3. mor. c. 8.

Isaia. 6. 5.

Prouer. 10. 19.

Prouer. 14. 28.

Matth. 7. 21.

Matth. 23. 4.

Primum linguae peccatum, Detractio, §. I.

**D**elinquit igitur lingua, primò, si adhuc de rebus leuioribus fratrum detrahat, & se non à leuissima quoque murmuratione custodiat. Pessimum vitium est, detractio, quam pessimus pater genuit, & infamis ac putidissima mater parturuit. Pater detractiois est, peruersus appetitus, ex corruptione naturae progenitus, quo ad gesta aliorum carpenda, & vitas fratrum rodendas inclinatur: Mater esse solet inuidia, qua de bonis aliorum dolemus: aut superbia, qua ipsos in corde nostro despiciamus. Ex his autem parentibus, quae soboles nisi pessima & absurda succreant: Certè magna est detractiois foeditas, quam Dominus ad incutiendum nobis timorem, oculis etiam carnalibus patefecit. Cum enim Maria, soror Moyfi fratri suo misericorditer detraisset, apparuit candens lepra, quasi nix: non solum profecto, vt detractiois poenam sentiret, sed vt in qualitate poenae illi illata, Dominus huius vitij foeditatem demonstraret. Nam sicut lepra carnem depascit: ita detractio mentem detrahentis inficit, atque consumit. Hoc autem fuisse consilium Dei, Ephraem manifestè fatetur: Descriptione Mariae Prophetissa, nobis veritatis exemplum exhibuit. Nam aperte corpus illius lepra occupauit, quia clam lepra peccati animam suam infecerat. Ex manifesto eius malo peccatum innouit, quod latebat. Ex teterrima illius lepra docemur, quam graue ac detestabile vitium sit, obretractio. Corpus, quod lepra infectum cernebatur, velut speculum quoddam fuit animae, quae non respiciebatur, cuius indicabat maculam: Ex illa carnis corruptione patefactum est, quomodo hominis maledici ac detractores corrumpatur animus. Per hominem vero detrahentem, hominem suum interiore intellexit. Nam sicut illa defecerat à fratre suo, ita & ab ipsa proprium corpus defecit, vt ex semetipsa charitatem addisceret. Hæc ille. Optima est leprae & detractiois comparatio; quia sicut lepra omnes corporis partes inuadit; ita detractio totum detractorem exedit. Cor detractoreis percutit, iuxta illud, quod scriptum est: Malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. Ipsa detractio hominem malum fecit, & abditum cordis eius pessimum reddidit. Linguam inficit: vnde Ecclesiasticus laudans Dominum dicit: Liberasti me à lingua coinquinata, & à verbo mendacij. Quid enim, nisi detractio linguam contaminat, quae omnes fordes, id est, peccata, & defectus fratrum sub detractoreis lingua recondit: Virtutes destruit, secundum illud: Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguae comminuet ossa. Ossa enim, secundum Gregorium, virtutes significant, quas lingua maledici non tantum in proximo eleuat, sed & in semetipso consumit. Ac tandem detractio nihil sanum in misero detractore relinquit. Quare Paulus de detractoreis ait: Multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer, serpit. Nam quemadmodum cancer, paulatim cuncta membra corporis occupat: sic detractio cuncta interiora corrodit.

Cum tantum malum sit detractio, à iustorum familiis penitus releganda est. Et vt dixit Basilius de detractore, ac de illo qui detractorem auscultat: Exterminandi à reliquorum societate ambo: Detrahentem enim secreto proximo suo, hunc persequeretur. Et alibi dictum est: Detrahentem noli libenter audire, ne suscollaris. Nec homo se excuset, dicens, quia de rebus leuissimis ac nullius te-

re mo

Numer. 12. 10.

Ephr. de verbo lingua.

Lucæ. 6. 45.

Eccle. 51. 7.

Eccle. 28. 21.

Greg. in Psal. 1. partit.

2. Timoth. 2. 17.

Basilius. 26. ex breuioribus. Psal. 100.



re momenti detrahit, & nunquā graua crimina quae inter suos fratres non videt, in medium profert. Hoc enim certa quadam ratione detractorem detestabiliorem efficit. Si enim fratres sui iusti sunt, qui pro humana fragilitate leuia non vitant, quare illos non reueretur? quare illis maledica lingua non parcat? quare superba mens, ipsorum vitam ob leues defectus & vix euitabiles, inuerecundē profcindat? In cogitatione tua, inquit Salomon, regi ne detrahas, & in secreto cubili tuo, ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabant vocem tuam, & qui habet pennas, annuntiabit sententiam. ] Quisnam est hic rex, nisi iustus, qui se ipsum moderatur & regit? Quis diues, nisi qui virtutibus & meritis abundat? Sed huic detrachere, huic etiam in leuibus maledicere, insignis inuerecundia est. Quia aues cæli, id est, Angeli, vt interpretatur Gregorius Neocæsariensis, summo calorum regi annuntiabant verba detractoris, & inuocentis infamiam. Hic autem supremus Dominus, qui pennas habet, quem nemo potest effugere, maledicum debita castigatione mulcabit. Quid refert, ò frater, quòd leuia tantum canino dente rodas, si tuam malevolentiam foues, si fratrem laedis, si pacem turbas, si charitatem dissipas, si vnitatem scindis, si alios te audientes scandalizas? Tot mala in eos, qui te audiunt, aggeras, vt Ecclesiasticus eum beatum prædicet, qui à lingua tua vulnus non lenit: Beatus, inquit, qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundia illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus: iugum enim illius, iugum ferreum est, & vinculum illius, vinculum areum est. ] Quid tandem interest, quòd leuia dicis, si hac detractioe leuiorum, tuæ indignationi satisfacias, aut tuæ inuidiæ vel superbiæ respondes: si fratri, de quo detrahis, quantum mali potes, liuore possessus infers: & si manifestum apud te testimonium habes, quia si grauiora de illo scires, grauiora proparales? Letitia dixi. Sed quid dicturus eras, si frater tuus Dei gratia protectus, solum leues defectus habet? Leuia dixi. Sed quare prolaturus eras, si tantum leuia mala de illo cognoscis? Leuia dixi. Sed quid refert, si leui detractioe fratris, bonam opinionem non leuiter denigrasti? Certum est enim, quòd leuia de viro graui & spiritali dicta, magis eum vulnerant, quam hominem perditum grauiā percusserunt. Nolite igitur detrahere alterutrum, fratres mei, ait sanctus Iacobus: Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem suum, detrahit legem, aut iudicat legem. ] Multoties namque quod de fratre ob ignorantiam nostram detrahimus, lex non damnat, sed approbat; non verat, sed laudat; non reicit, sed tāquam magis perfectum amplectitur. Quare dum opus fratris bonum, nos malum dicimus, legem, illud opus probantem, damnamus. Ac proinde cohibendus est maxime hic appetitus detrahendi, & de nullo malum pronuntiandum. Dicamus de proximo, quod bonum de eo dicitur: quod verò malum ab aliis profertur, supprimamus. Sic omnino fecerunt Apostoli, necdum ad magnam sanctitatem aduecti. Nam interrogati à Domino: Quem dicunt homines esse filium hominis? ] non responderunt. Dicunt esse Samaritanum, aut demoniacum, aut potatorem vini; sed sic: Alij dicunt esse Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. ] Imitemur illos, & defectus fratrum tacentes, bona tantum eorum pronuntiemus. Maxime autem detractio maiorum & Prælatorum fugienda est. Scriptum est enim: Dis non detrahas, & principi populi tui non maledices. ] Ne simus ex illis, [qui posuerunt in cælum os suum,] & lingua

A eorum tranſiuit in terra. ] Nam si per celos, ministros Domini, & per terram, iustos habitates in terra, cum Chaldaica paraphrasi intelligamus, quid infelicius, quam Deum, & eius vicarios, & iustos lingua percutere, & nos ab illorum confortio per detractioem semouere?

Secundum peccatum lingue, mendacium. § II.

D Einde peccat lingua, si mendacia, quæ officiosa dicuntur, id est, quæ nullum damnum afferant, vel iocosa, quæ ad lulum dicuntur, proferat: & vel leuissime veritatem eloquij deponat. Si enim mendacium etiam pro salute aliorum prolaturum, vt Augustinus, Gregorius, & Bernardus aiunt, & omnes Theologi vno ore clamant, peccatum est, quanto magis pro rebus nihili dicendum non est? Audi ex Dorotheo, quam ridiculis ex causis soleant aliqui viri religiosi mentiri: Sermone, inquit, quis mendax est, cum, verbi gratia, torpescens aliquis, ad nocturnas vigilias surgere, & sibi ipsi parcens, non ait postmodum: da veniam obsecro pater, quia desidia & negligentia non assurrexi, sed febrem passus sum & vertiginem, nec quivi vlllo pacto surgere: deficibam, debilis eram, caput dolebam, stomachi tormina patiebar. Et decies mentitur, ne vnam poenitentiam agat, atque humilietur. Alius in aliqua re accusatus, verba peruertit, expolit sermonem, ne ferat accusationem. Si quis item cum fratre contenderit, non cessat sophisticè arguere, & noxam omnem in fratrem reflectere, dicens: Hoc tu dixisti, hoc tu fecisti, non ego, atque alia plurima in hunc modum, ne humilietur. Alius quoque, cum rem vllam desiderauerit, non audet aperte dicere, quòd eam desideret, sed circuitibus vitur, dicens: Hoc patior, hac re mihi opus est, hoc mihi debetur, & toties mentiri pergit, dum desiderium suum expleat, dum voti sui compos fiat. ] Sic ille. Hæc & similia mendacia non sunt peccata grauiā, sed leuia, fateor; at sunt, (si scienter dicantur) vilissimarum mentium signa, si verò minus aduertenter proferantur, mentium negligentium, & suam putitatem parum curantium indicia. Ideoque opprobrium & infamiam adiunctam habent. Vnde Ecclesiasticus: Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. Potior fur, quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore; & consilio istorum eum ipsis sine intermissione. ] Et sanè mendaces semel cogniti, hanc ignominiam satis sibi debitam sustinent, vt semper audientibus suspecti sint, & nec in veris fides illis adhibeatur. An verò eam patienter sustineant, nescio: hoc autem vnum scio, quia viles sunt, qui occasionem mendacio præbent, vt sibi credulitas denegetur. Omnia ficta apud homines contemptui habentur: quare mendaces æstimari non possunt, qui fictionibus & simulationibus suis eos decipiunt, quibus cum conuersantur. Semper ergo veritas, licet dolorem, aut ruborem ingerat, dicenda est, quia melius est dolorem aut increpationem sentire, quam mendacij vilitate notari.

E Non pauca verò sunt, quæ vitum iustum ab hoc infami vitio auocant. Nam mendacia, etiam leuia & per iocum dicta, aduersa sunt legi Dei, ab eoque in scriptura prohibita. Qui enim dixit: Mendacium fugies. ] Et, Non metemini, nec decipiet quisque proximum suum. ] Et, Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuiusque cum proximo suo; quoniam sumus inimicem mem-

Eccles. 10. 2. 3.

Eccles. 18. 23. 24.

Iacobi. 4. 11.

Matth. 16. 13.

Exod. 23. 7. Leuit. 19. 11. Ephef. 4. 25.

Aug. in Psal. 5. Gregor. 18. mor. c. 4. Bern. ser. 31. ad fororem. Dorothei. doct. 9.

Eccles. 20. 26. 27. 28.

Exod. 23. 7. Leuit. 19. 11. Ephef. 4. 25.





Coloss. 3. 9.

2. Paralip. 18. 21.

Joann. 8. 44.

Eccles. 2. 14. Prover. 12. 22.

Ephrem de virtute & civitate.

Eccles. 7. 14. Eccles. 37. 20.

Prover. 30. 8.

Eccles. 5. 11.

Eccles. 37. 23.

bra. Et nolite mentiri invicem.] Qui, inquam, hæc dixit, non propter sola gravia mendacia, sed propter quæcumque, siue gravia siue levia, dicta esse voluit. Mendax diabolus imitatur, qui ad decipiendum Achab, seipsum inuitavit, dicens: Egre diar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.] De eoque dictum est à Domino: Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius.] Similiter verò atque diabolus pater est mendacij, qui illud pronuntiare non timet. Et sicut daemone odibilis est Deo, ita mendax dignus est, quæ ipse Dominus auerferet. Vnde duplici corde, ait Ecclesiasticus & labijs scelestis.] Et abominatio est Domino labia mendacia.] Nec mirum: Quoniam cùm Deus summa veritas sit, quidni mendacem abominetur? Multum autem confert ad detestationem mendacij (quod iam diximus) ab alijs mendacia dicta non suscipi, neque eis fidem adhiberi. Quod pulchre testatur est Ephraim, dicens: Miser atque infelix, qui mendacijs addictus est, quoniam ab initio diabolus mendax est. Qui autem delectatur mendacijs, hic in verbis suis omnem perdit auctoritatem, odibilis enim Deo pariter & hominibus redditur. Et quis hominem mendacem non deplorat? Hic enim in nullo opere probatur, & in quacumque reponione sua suspectus est. Hic rixas & iurgia in monasterijs suscitatur, & in mutua familiaritate est, vt in ferro rubigo.] Hæc ille. Ne ergo, o frater, vt Ecclesiasticus ait, velis vti mendacio vilo, sed ante omnia opera quæ aggressus fueris, verbum verax præcedat te: ] attende tua verba considera, & nihil dicas, quod fallitatis argui possit, & quod non punctum veritatis attingat. Roga Dominum cum Salomone: Vanitatem & verba mendacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria.] Formido maxime, o Domine, cor vanum, & rebus sæculi addictum, ac linguam mendacem, quæ vt fugiam, deprecor, vt à multis opibus & mendicitate me liberet. Multæ enim opes, id est, multa naturæ dona, & hominibus mirabilia talenta, me fortassis in vanitatem deiciunt: & multa mendicitas, id est, virtutis vacuitas, me, vt placeam hominibus, ad mendacium impellent.

Tertium lingue peccatum, duplicitas. §. III.

Deficit etiam lingua, si verbis ambiguis loquatur, quæ in simplici & consueto sensu, ab audientibus acceptantur, & in alio sensu à simulatore proferuntur. Quamuis enim secundum Theologos liceat, iustitia charitateve poscente, aut proximi liberatione à graui malo postulante, verba quæ secundum communem hominum usum duas significationes habent, in vna earum dicere, licet in alia tyrannus aut iniquus iudex intelligat; tamen in communi conuersatione, cùm licite interrogamur, verba ab assueto sensu extrahere, & ad alienam significationem retorquere, duplicitas est, & merito ab audiente reputatur iniuria. De qua dictum viderur: Omnis peccator probatur in duplici lingua: ] quia sicut duplex lingua, id est, vnum dicens, & aliud inuoluens, dolosum cor denotat: ita loquentem peccatorem demonstrat. De eadem quoque potest & illud eiusdem Sapientis intelligi: Qui sophisticè loquitur, odibilis est.] Ille namque proprie loquitur sophisticè; qui captiosus & fallacibus vtitur sermonibus, vt vnum dicens, aliud persuadeat. Et quidem hominis ambigüe & simulatè loquentis, sicut eadem est culpa atque mendacijs, ita eadem est pæ-

na, vt semel cognitos ab alijs, in nullo ei fidem adhibeant. Quod idem Ecclesiasticus statim indicat, dum subdit: In omni re defraudabitur: non est illi data à Domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est.] Ac si diceret: Qui ambigüe & per simulationem loquitur, nullo honore dignus habebitur, nullam apud homines inueniet gratiam; quia, verbis suis fallam veritatem & mendacium verum amplectens, os suum vacuat omni sapientia. Merito proinde Laurentius Iustinianus de iustis loquens, ait: In eorum sermonibus debet esse simplicitas copulata prudentiæ, vt non aliud lateat in corde quam sonet in ore.] Et Ambrosius: Turpis est omnis fraus. Denique etiam in rebus vilibus, execrabilis est statera fallacia & fraudulenta mensura. Si in foro rerum venalium, in vsu commerciorum fraus plectitur, potestne irreprehensibilis videri inter officia virtutum? ] Ne ergo conuictui humano obicem opponamus, qui certe hæc ambiguitate loquendi maxime impeditur, simplicitatem in loquendo sectemur. Cohibeatur lingua, & frano mortificationis reprimatur, ne inuoluto & ambigüe sensus animæ proferat, sed sine vilo inuoluto simplicissimam & purissimam edicat veritatem.

Quartum peccatum lingue, contentio. §. IV.

Verus delinquit lingua, si contentionibus vacet, si nimirum vel prætextu indagandæ veritatis, vel operis alicuius melius gerendi, vel alicuius commodi luctiue captandi, cum alio verbis contendat. ] Sanctus Abbas Isaias, contentionem, omnium malorum seminarium putat: ait enim: Noli esse contentiosus, ne omnis in te habet improbitas.] Vt ergo eam à lingua eliminemus, considerandum est, ita omnia cum fratribus esse transigenda; vt sine pugna verborum finis optatus eueniat. Et, si quidem finis hic veritas fuerit, quam discursu disputationis inquirimus, vel illa necessaria est ad sciendum, vel ad bene agendum, vel ad aliquod malum propulsandum: vel è contrario penitus necessaria non est, quam sola ociositas, aut curiositas, aut libido loquendi vestigat. Si veritas necessaria est, tunc ex honesto fine eam inueniendi, licet rationum momentis & aliorum auctoritatibus, cum modesta disputare, non verò clamore, & incomposito sermone, & verbis arrogantiæ aut contumeliæ contendere. Id namque prohibet Paulus, dicens ad Timotheum: Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium.] Quo loco Anselmus ait: Non ait Apostolus: Noli rationibus contendere, (id est, ad inuestigandam veritatem disputare, sed noli contendere verbis, vbi prociac garrulitas est.) Rursusque idem Paulus huiusmodi contentiosos, imperfectos appellat. Cùm sit, inquit, inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? ] Si autem veritas nullus est momenti, vt si frater dicat aliquid manè dictum factumve esse, cùm non nisi prope meridiem factum fuerit, & nihil omnino interest, qua diei hora contigerit, tunc nec rationibus nec verbis agendum est, sed omnino tacendum, ne disputatio, nulla necessitate suscepta, in contentionem transeat, & aliquam turbationem aut inquietudinem gignat. Quod profectò monuit Ecclesiasticus cùm dixit: De ea re, quæ te non molestat, ne ceteris. Pro re scilicet, quæ non interest, ne verbis cum alio contendas; sed spiritum cohibe, & ab inanum

sermonum

ibid.

Insim. de vita Jo. Ambros. 3. officior. c. 9.

Inim. orat. 8. Tit. 3. Ethior.

2. Timot. 2. 14.

1. Corin. 3. 3.

Eccles. 11. 9.



sermonum contentione caue, ne pro eo, quod nullius momenti est, pacem ad tuum fratrem amittas.

Si verò aliquid operis agendum est, nullus prohibet, ut in spiritu lenitatis rationes afferantur, quæ illud sic aut aliter faciendum suadeant: at cum res iam ad contentionem procedit, silendum est, & aliis mediis, incommo- do, si emergat, occurrendum, verba autem, & clamores omnimodis amputandi. Ita Abraham discessione à cognato suo Loth similitates & rixas vitauit. Quare dixit illi: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus.] In quem locum egregiè Chrysostomus: Quomodo rationi consentaneum est, quòd homines, qui fratres sunt, qui eandem naturam sortiti, qui eiusdem sunt familiae, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se contendant, & digladientur? Huc etiam pertinet illud Pauli: Nihil per contentionem neque per inane gloriæ.] Et enim operandum est & laborandum, nunquam tamen quicquam ob studium contentionis, sicut nec ob vanitatem, faciendum.

Tandem, si commoditas aliqua aut lucrum intercedat, potius aliquid detrimenti sustinendum est, quam ad contentionem veniamus. Nam & Paulus vitio vertit Corinthiis, quòd in iudicio contendere. Iam, inquit, omnino delictum est in vobis, quòd iudicia, id est, lites, habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Dominus quoque conducibilis censet, lucrum temporale perdere, quam cum aliquo iudicio contendere. Qui tecum, inquit, vult contendere in iudicio, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium.] Ac si diceret: Melius est, partem substantiæ surripere gelientis, quicquid habes relinquere, quam ad rixas & contentiones venire.

Iuuabunt autem nos ad contentiones vitandas considerare, mala ex illis exorta, quæ Laurentius Justinianus more suo pulchre scribit. Contentio est, inquit, ignita diaboli sagitta ad perdendas animas. O quanta iurgia, quanta odia ex contentiosis oriuntur sermonibus! O quoties veritas occultatur, & falsum pro vero defenditur timore confusionis! Pessimum namque malum est, contentioni vacare, per quam amicitiarum compago dissoluitur, & animorum dulce vinculum dissipatur. Qui contentiosus existit, antiqui hostis in se immisionem admittit, diaboli ministerium operatur, ditumpit pacem, rixas concitat, parit odium, furorem nutrit, pacem, honestatem, sapientiam perdit, rationem confundit, oculum mentis obnubilat, gratiæ lumen repellit, fraternam dilectionem frangit, & ipsam cælestem in se occidit charitatem.] Sic ille. Iure optimo sanè Ecclesiasticus ait: Abstine te à lite, & minues peccata:] quia ex vna contentione inter nos semel vniuersa, quæ hic sanctus pater in vnum collegit, peccata manant. Nec solum contentio causa peccatorum est, sed & fructus peccati: solent enim contentiosis verba ex appetitu inanis gloriæ procedere, aut ex immoderata cupiditate, vel ex duricie iudicij generari. Interdum ex sola praua inclinatione promanant, qua quis pronus est omnibus se opponere; his, quæ dicuntur, contradicere, & eo ipso quòd aliquid dictum est, veluti falsò aut imprudenter dictum improbare. Hæc igitur vitia procul abicienda sunt, ut à contentionibus temperemus; & charitas ac modestia præ omnibus conseruanda. Tace frater, & linguam tuam nexibus silentij contine; nam si ad vitandam contentionem taces, non victus ab alio, sed victor exilis, & actum insignis humilitatis facis. Contentiones, &

A pugnas verborum deuita; generant enim lites, & pro ratione tui status non lites quæris, sed concordiam & pacem diligis. Honor est homini, inquit Salomon, qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumeliis.] Ergo si honorem quæris, contentionem fuge: quia Deus pro te pugnabit, & homines te prudentem & cordatum iudicabunt, & immunis eris à multis verbis amaris, quæ inter contendendum proferres.

Quintum peccatum lingua, iactantia. §. V.

A D hæc peccat lingua per iactantiam, cum scilicet quis se aut sua verbis imprudenter extollit. Iactantiamque propriè ad vitia sermonis pertinere, in illa descriptione Hugonis apparet, qua dicit: Iactantia est, fastu mentis id agente, maiora quam sunt de te inaniter prædicare, & promittere. Dupliciter autem solet lingua hoc vitio delinquere. Primo quidem, cum quis se ipsum & suos progenitores laudet, sanguinis nobilitatem prædicat, & dona naturalia sibi aut suis data magnificat. Quo, in viro religioso, vix poterit aliquid vel imprudens vel stultius inueniri. Ut nempe, qui sæculum & sæcularia deseruit, ea laudet & exaltet, quæ contempsit. Et fortassis sanctus Tobias ab hoc iactantiæ genere filium auocare voluit, cui hanc inter alias salutarem monitionem ingessit. Superbiam in tuo sermone nunquam dominari permittas.] Eoque peccati genere infecti, apud Sophoniam, magniloqui superbiæ appellatur: quoniam ex tumore superbiæ intus abditò, superbi & elati sermones exterius erumpunt. Secundo verò lingua per iactantiam deficit, cum quis vel scientiam suam, vel virtutem, vel merita, vel labores pro Deo susceptos exaggerat. Oblitiuiscitur illius dicti Salomonis: Laudet te alienus & non os tuum, extraneus & non labia tua.] Et ideo non tam curat præstare ob Dei gloriam, quæ alij laudet, quam loqui in approbationem sui, & minima, quæ agit prædicare. Optime Paulus Apostolus, inanes sui ipsorum laudatores irridet, cum Corinthiis scribens ait: Non enim audeamus inserere, aut comparare nos quibusdam, qui se ipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.] Non audet se inserere illis; quia dum isti se laudant, merita sua & mercedem accipiendam euacuant. Nec dignum est, ut illis comparetur, qui in suo gradu consistens gloriam Deo debitam non sibi arrogat, & dum vanam laudem ab hominibus non quærit, veram à Deo sibi laudem conciliat. Fugiendi ergo sunt huiusmodi sermones, qui propriam continent laudem, & semper de nobismetipsis modè loquendum, quia laus in proprio ore sordet, atque vilescit. Et non tantum propria laus signum superbiæ est, sed etiam index in signis stultitiæ: quam Dominus in Nabuchodonozore debita profectò stultitiæ pœna multauit. Nam cum ille se de Babylonis edificatione iactasset, eadem hora ex hominibus abiectus est, & fœnum ut bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est. In bestiam ille commutatur, qui in tantam stultitiam procedit, ut se ipsum laudet, ac si suorum bonorum non Deus, sed ipse auctor existeret.

Illi verò primæ iactantiæ, qua nos de genere, de proavis, & de nobilitate laudamus, consideratione humanæ vilitatis occurrimus. Quod remedium adhibuit Augustinus his verbis: De diuitiis, & honoribus, & maiorum nobilitate te iactas, & exultas de patria, & pulchritudine corporis & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur: Respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis.

Prou. 20. 3.

Hugo li. de fructibus carnis c. 4.

Tobia 4. 14. Sophon. 3. 11.

Prou. 27. 2.

1. Corin. 10. 12.

Daniel. 4. 30.

Aug.

Gene. 13. 8.

Chrysost. hom. 33. in Genes.

Phil. 2.

1. Cor. 6. 7.

Matth. 5. 40.

Instit. li. de disciplina, & perfect. monast. conseruat. c. 13.

Ecc. 10. 10.

Tit. 3. 9.



Circumspice eos, qui ante te similibus fulsere splendoribus. Vbi sunt, quos ambiebant civium potentatus: Vbi insuperabiles imperatores? Vbi qui conuentus disponebant & festa? Vbi equorum splendidi inuectores? Vbi exercituum duces? Vbi satrapæ tyrannici? Nunc omnia puluis, nunc omnia fœcilla, nunc in paucis verbis eorum vitæ memoria est.] Alij verò iactantiæ generi, quo nostra merita extollimus, efficaciter medebimur, si eorum auctorem cognouerimus. Vnde idem Augustinus: Caue ne extollaris de meritis tuis. Nulla enim fuerunt, cum ad te erigendum Dominus venit. Denique nudum inuenit, non vestitum; plagatum inuenit, non sanum; iacentem inuenit, non stantem; errantem reperit, non reuertentem. Caue iactantiam, quia qui te minimum à terra sustulit, humilem portat, præcipitat extollentem.] Hæc ille. Humilitas ergo ita cor nostrum regat, vt linguam quoque & verba possideat; & si de nobis modeste sentimus, modeste etiam & caute loquamur, ne dum inanem gloriam apud homines quaerimus, ab ipsis despiciamur, & à vera gloria deturbemur. Si quando verò, necessitate cogente, propria laus assumenda est, iuxta regulam inferendam admittatur, & ita, vt neque nostræ modestiæ neque ædificationi aliorum officiat.

Aug.

Infrà hoc eodẽ lib. P. 3. c. 6.

Leuit. 15. 2. Greg. 23. mor. c. 9.

Ecl. 19. 11.

Ambr. de obitu Satyri.

Sextum peccatum linguæ, secreti reuelatio. §. VI.

**A**liud linguæ peccatum est, secretorum detectio, cum quis aliqua occulta aliorum agnoscens, amicis suis aut familiaribus, nulla intercedente causa, reuelat. Huius delicti fœditatem adumbravit Dominus in Leuitico, dicens: Vir, qui patitur fluxum seminis, immundus erit.] Verba seminis appellatione significati Gregorius palam docet: Quid est sermo, inquit, nisi semen? Qui dum ordinatè emittitur, audientis mens, quasi concipientis uterus, ad boni operis prolem fertatur. Si verò importunè defluit, emittentem polluens, generandi virtutem perdit.] Quis ergo propriè fluxum seminis patitur, nisi, qui sermonem occultum, proptè oportet, non continet? Hic sanè immundus est, quem omnes fugere deberent, ne immundiciem eius participaret. Nam sic vt ille impurum fluxum sustinens, secundum illam legem, qui quid tangit fœdat: ita secretorum reuelator se audientes & recipientes, ad minus immunda curiositate contaminat. Pulchris quidem similitudinibus Ecclesiasticus hunc arcanorum detectorem expressit: A facie verbi, inquit, parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixæ femori carnis, sic verbum in corde stulti.] Est, ait, fatuus, qui nescit occulta suppressere, instar mulieris parturientis, cui nihil gratius est, quam prolem effundere. Est etiam velut ille, cuius femori, satis tenero ad dolorem sustinendum, sagitta infixæ est, qui supra omnia, desiderat sagittam euellere. Sic stultus secretum, prolem se disperentem, & lanceam ferientem existimat, quam nisi pariat, nisi è corde eximat, quiescere nequaquam potest. E contra prudens animus quod secretum est, continet, & ab amicissimis, immò & à fratribus sibi dilectis abscondit. Sic faciebat Ambrosius, qui de se & de fratre suo Satyro loquens, hæc ait: Cum omnia nobis essent nostra communia, indiuiduus spiritus, indiuiduus affectus, solum tamen commune non erat secretum amicorum: non quò conferendi periculum vereremur: sed tenendi seruaremus fidem. Sane si consilio pendenda res esset, erat semper commune consilium, non semper commune secretum.] O insignem fidelitatem mirabilemque prudentiam! à fratre & tali fratre secreta

tegebat, ne in aliquo voluntatem alterius læderet, ad quem res occulta pertinebat; ne licet non periculo, at factò ipso à circumspicione deuiaret.

Alio verò loco idem Ambrosius causas non seruandi secretum exponit, quarum commemoratio vel solà satis efficax est ad infamè vitium detestandum. Periculum, ait, non est falsa solum dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet, quibus non oportet. Quod vitium quadripartitum est, vel adulationis, vel auaritiæ, vel iactantiæ, vel loquacitatis incauti. Quia dum adulari vult aliquis ei, cui loquitur, effundit mysterium. Nonnulli etiam studio lucri, mercedem proditiõis sequuntur, vt tegenda silentio, vendant loquendo. Alij vt plura nosse videantur, & scientiam suam iactent, aperiant quod celare deberent. Plerique dum sine præiudicio loquuntur, verbum emittunt, quod reuocare non possunt.] Hæc ille. Vade frater, & tuæ erga res proximi infidelitatis initia cognosce; & si illa erubescis, & te vel adulatorem, vel auarum, vel arrogansem, vel loquacem esse confunderis, libertati noxiæ reuelandi secreta modum impone. Scito immoderatum vsum vini à Salomone fuisse prohibitum, [quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas:] & te ignominiosum, sicut ebrium, reputa, si leuitate animi ductus secreta non contines. Extraneus ab eodem sapiente vocaris, non frater, non amicus, si alterius arcana reuelas. Vnde ait: Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi, cum audierit, & exprobrare non cesset.] Quid autem peius, quam in facie amicum esse, & in abscondito cor inimici gestare? & cum alterius damno arcana eius prodere?

Nec solum est linguæ vitium, secretum alterius detegere, sed etiam proprium secretum imprudentibus commendare, qui illud, à quibus debent, non celant. Quare Abbas Antiochus, doctor grauis & petantissimus, qui ferè mille ab hinc annis floruit, egregiè ait: Vnicuique obuiò concedere sui pectoris arcanum, id peculiare est animæ profusè ineruditiæ, & quæ nihil dum experta est decoris atque honestatis. Plerosque cõtingit in perplexas atq; vix tolerabiles incidere afflictiones, ex eo, quod quibus non debebant, nimis quam temerè se crediderunt. Necessè igitur sit, circumspicere & comite consilio agere omnia, nec inconsultè, vt ferè fit, secretum cuiquam committere: vt ne demum per tuam temeritatem, fructus demeritas doloris.] Sic ille. Qui & addit Samsonem ob imprudentiam detecti secreti, quod Dalila reuelauit, fortitudinem ac vitam perdidisse: sic multos, quia secreta sui infideli commiserunt, famam suam & multa bona dilapidasse. Occulta ergo ei dici possunt, qui alicui malo, quod imminet, obistere potest, qui que ius habet interrogandi. At sine causa proprium vel alienum secretum detegere, opus est insignis imprudentiæ ac leuitatis. Itaque lingua est moderanda, vt ex corde secreta non extrahat, nec quod clausum esse debuit, imprudenter effundat.

Ahuc de aliis linguæ defectibus cohibendis.

CAPVT XII.

**D**E sex vitis linguæ grauioribus inter leuiora egimus, nunc alia sex minus graui, non tamen parvipendenda, videamus. Illa annumerantur leuioribus, non quia aliquando graui esse non possint, aut saepe graui apud homines non sint, sed

Idem in Psal. 178. ser. 2. ver. 34. 3.

Prov. 31. 4.

Prov. 25. 9.

Antioch. hom. 65. habet 2. Pr. Bibliothece.

Indic.

quia



quia eatenus illa tractata sunt quatenus reperiuntur in iustis, qui in rebus leuibis ac parui momenti, aut detrahunt, aut mentiuntur, aut ambigunt loquuntur, aut contendunt, aut se iactant, aut minime secreta custodiunt. Hac autem, quæ subiciemus, licet minora, parvipendenda non sunt; quoniam non minima detrimenta in profectum vitæ spiritualis important. Sed iam illa sigillatim, sicut & reliqua profecturamur.

*Septimum lingue peccatum, scurrilitas. s. I.*

**E**ST ergo septimum peccatum lingue, scurrilitas, iocosaque dicacitas, quod eo perniciosius & damnabilius est, quo magis debita severitate religiosi status opponitur. Quis enim ferat, hominem animæ salutem curantem, & perfectionis consequendæ sollicitudinibus inhaerentem, scurrilam agere, & verbis risum prouocantibus cum aliis ocitari? Vit linguosus, inquit sanctus David, non dirigitur in terra. Annon linguosus, qui non contentus sermonibus ad suum statum pertinentibus, scurrarum & blateronum verba corradit; & se inter seruos Dei non religiosum, non circumspectum, non grauem, sed prophanum, sed impudentem, sed quasi scenam agentem ostendit? Sed huic, neque in terra morientium, neque in terra uiuentium, res ex voluntate succedet. Nam in hac vita ab audientibus vilis planè & stultus parabitur, & in futura, vt pœnas luat, acri igne purgatorij comburetur. Dicat tibi Chrysostomus, ô frater, quàm cum tuo statu scurrilia depugnent? Tu verò, inquit, leuiter verbanis faceris iocularis? Quis athletarum stadium ingressus, relicta solitudine cum aduersario certandi, faceris vitur? Instat diabolus, ciretit rugiens, vt rapiat, omnia mouet, ac tentat, omnia aduersus caput tuum inuertit, extrâque nidum eicere te molitur, dentibus stridet, ac fremit, ignem spirat aduersus salutem tuam; & tu sedes facietas effundens; & quæ stulta sunt, & ad rem non conueniunt, effutis? Poteris itaque ipsum bene superare? Et post pauca: Belli tempus est, & tu quæ tripodantium sunt, vsurpas? Non vides bella gerentium facies, quomodo sint tristes, contractæ, supercilii terribiles, & horrore plena? Vidè sine aciem oculorum austeram? Cor excitatum, saltens, & palpitans? Animum collectum, tremementem, ac trepidantem? Vt multam disciplinam rerumque concinnitatem taceam. Itaque apud illos non licet verbum tupe dicere, immò ne loqui quidem temere, multum silentij illis, qui in exercitu sunt, sibi inuicem mandantibus. Si ergo illi, quibuscum sensibilibus & carnalibus hostibus, bellum est, quisque nihil ex sermonibus noceri poterunt, tanto vtuntur silentio: tu, cui in sermonibus bellum est, immò potior pars belli, eam tibi partem incautam relinques & nudam? An ignotas quòd hinc potissimum pluribus insidijs obuiatur? Ludis, delicatis, facietas dicis, ac risum moues, nihil ista curans? Hac & multa alia pulchre Chrysostomus. Verba hæc faceta & scurrilia graues etiam seculares auersantur, quæ reputant sibi prorsus indigna: quanto potiori ratione vir spiritualis declinabit, & ab his tanquam à minime conuenientibus nocuisque diffugiet? Similibus verbis, loquentis conscientia sædatur, & mens lenitate & vana læticia polluitur. Simul etiam cum inanis admissione læticiæ salutarem compunctionem, & cœlestem consolationem abiicit. Nam compunctio & cœlestis consolatio men-

Psalm. 139. 12.  
Chrys. lib. 17. ad Ephes.

**A** ti pura, & seria ac salubria meditant, non iocularia & leuia loquenti se inferunt. Si autem, vt Saluator ait, ex abundantia cordis os loquitur; Iudicus sanè & vilis est animus, què ludicra risumque mouentia ore effutire delectat. Consecrasti os tuum Euangelio, inquit Bernardus, iam talibus aperire illicitum est, assuescere sacrilegium. Quis tam acuto telo percussus, à talibus verbis deinceps non abstineat? Cum planè irreuerentia sit minime toleranda, os, & labia diuinis laudibus promendis consecrata, & prædicationi Euangelij dicata, scenicorum hominum verbis inficere, & ex eodem sermonum fonte purissimam aquam veritatis, ac lutulentam scurrilium sermonum proferre.

**B** Rogo igitur te, quisquis statum & vitam spiritualem habes, ne nugis & iocularitatibus dicendis os tuum, Deo & rebus diuinis consecratum, aperias. Hac enim verba te apud fratres tuos contemptibilem reddunt. Quare dixit Salomon: Os stulti confusio proximum est. Quia inter iocularia verba vnus & contemptum, quo audientes illum despicunt, nihil nisi cortina simulationis interiacer. Et si corda illorum, qui ridet, videres, & tua verba tanquam scitè dicta concelebrant, ibi te despectum & nihili æstimatum aspiceres. Sæpe etiam apud illos non parum offendis, dum verbis mordentibus in aliquem defectum audientium impingis. Quod tetigit Ecclesiasticus, dicens: Sapiens in verbis seipsum amabilem facit; gratiæ autem factorum effundentur. Annon gratiæ factorum sunt sales, lepores, atque facietas, quibus sæpe, vel vt sagittis, audientium corda transigunt? Sed hæc effundentur, id est, ab eo, qui audit, & pungitur, cum indignatione & non sine simili dictorio, quod in fatuum intorqueat, repellentur, eumque à sua amicitia reiciet. Nec facile est explicare, quàm graues ex his verbis sint inter fratres similitates exortæ, & sæpe ex ludo ad bellum; ex risu ad luctum, & ex verbo nullius ferè momenti ad apertas iniurias contumeliisque proceditur. Ad eò vt quotidie verum reperiamus aliud dictum eiusdem sapientis: Est odibilis, qui procax est ad loquendum. Ac statim: Qui multis vitur verbis, lædet animam suam, & qui potestatem sibi sumit iniuste, odietur. Istos procaces, qui voluptatem ex insillis verbis captatam, fratrum quieti præponunt, omnes odio habent, nec solum proprias animas peccatis & scrupulis lædunt, sed in offensionem & iram aliorum incurrunt. Sint ergo tua verba seria, vtilia, & ab omni scurrilitate quàm alienissima, & qui te in communi etiam animi laxatione audierint, virum religiosum audiant, qui intra modestiæ & religionis limites, ad tempus curas abiciet, non scurrilam scenam agentem te esse coniciat.

*Octauum lingue peccatum, ociositas. s. II.*

**O**ctauum lingue peccatum, ociositas dicitur, cum scilicet verbum ociosum inutileque profertur. Quod licet scurrilitate minus sit, tamen prout fieri poterit, fugiendum est, quoniam ex illo ad maiora incommoda peruenitur. Sed intelligamus quòd sit verbum ociosum, in cuius definitione Gregorius Basilidique conueniunt. Ille ait: Ociosum verbum est, quod aut ratione iusta necessitatis, aut intentione piæ utilitatis caret. Hic verò vberius, sed ad idem pertinens: Verborum ex opinor utilitas fuerit, si aut de virtute in loco disseratur, aut si rei alicuius, quæ facienda instet, vigeatque vsum, ser-

Matth. 12. 34.  
Bern. lib. de considerat.  
Prou. 10. 14.  
Ecclesi. 6. 13.  
Ecclesi. 20. 57.  
Gregor. 7. in eccl. 3. p. cura pastor. ad mont. 15.  
Basil. cō. sist. monast. c. 11.



Hierony.

mo accommodetur, aut etiam denique ad audientium  
 ædificationem referatur. Qui autem in alio quouis  
 genere sermonis versentur, ij reiici, tanquam super-  
 uacanei ac inutiles, debent. ] Verbi autem ociosi  
 & scurrilis discrimen Hieronymus patefecit, qui sic  
 scribit: Ociosum verbum est, quod sine utilitate  
 & loquentis dicitur & audientis: si ommissis seriis, de  
 rebus frivolis loquamur, & fabulas narremus an-  
 tiquas. Caterum qui scurrilia replicat, & cachin-  
 nis ora dissolvit, & aliquid profert turpitudinis, hic  
 non ociosi verbi, sed criminosi, id est, gravioris cul-  
 pæ, tenebitur reus. ] Sic ille. Habemus itaque quod  
 sit verbum ociosum, quod scilicet ob nullam utili-  
 tatem, nec spirituales nec temporales, prolatum  
 est. Quodd si aliquam habeat, licet non ex se, ta-  
 men ex ordinatione loquentis, vt esset animi bene-  
 uoli, ei qui offensionem suspicabatur, ostensio: ami-  
 citiæ reconciliatio, ægroti recreatio, licet aliquantul-  
 um factum sit, dummodo minimè regulas mode-  
 stitiæ transiliat, iam non ociosum, sed vile reputa-  
 bitur.

Matth. 12.  
36.

Basil. reg.  
vrsut. in-  
terrog.  
23.

Quatuor verò sunt præcipua, quæ nobis ocioso-  
 rum sermonum timorem incutiunt. Alterum, quodd  
 ipsi sunt peccata, Deo ingrata, lege eius verita, de  
 quibus sumus rationem reddituri. Neque istud ex  
 alio quàm ex ore ipsius iudicis accepimus, dicentis:  
 Dico autem vobis, quoniam omne verbum ocioso-  
 rum, quod locuti fuerint homines, reddent ratio-  
 nem de eo in die iudicij. ] Quæ quidem ratio, in  
 die iudicij & apud tam districtum iudicem reddenda,  
 non est parum formidanda. Quantàmque habeat  
 timoris causam, animaduertit Basilus his ver-  
 bis: In vniuersum, omne verbum, quod ad propo-  
 situm in Domino vsum non facit, ociosum est: &  
 adeò magnum est huiusmodi verbi periculum, vt li-  
 cèt genere ipso, de numero bonorum sit, quod dicatur,  
 tamen, nisi ad ædificationem fidei diuigatur,  
 (quo nomine omnes sermones aliquo modo neces-  
 sarios amplectitur,) nequaquam, propterea quodd  
 bonum sit, liber sit à periculo, qui illud loquutus sit:  
 quippe qui videlicet ex eo quodd ad ædificationem  
 illud non accommodauerit, contristasse noscitur Spi-  
 ritum sanctum Dei. ] Hæc ille. Si quis autem amator  
 est Dei & Spiritus sancti ipsum habitantis venera-  
 tor, fat scio, timebit, tantum hospitem vel in mi-  
 nimo contristare, minúsque reuerenter erga illum se  
 gerere.

Prov. 25.  
28.

Henri. li.  
1. in Cât.  
p. 2. c. 35.

Ecc. 28.

Alterum nos à verbis ociosis auocans est, facili-  
 mû esse ex ociosis ad scurrilia & noxia dilabi. Quem-  
 admodum enim iter agens, dum paruum in lapidem  
 offendit, solet occasione illius paræ offensionis ca-  
 dere, & seipsum grauiter vulnerare: ita modica of-  
 fensio verbi ociosi, casum in detractiones & scurrili-  
 tates inducit. Sicut vrbs patens & absque muro-  
 rum ambitu, ait Salomon: ita vir, qui non potest in  
 loquendo cohibere spiritum suum. ] Nam dum se in  
 minimis non cohibet, facile ad damnabiliora pro-  
 cedit. Et qui circumspectionis, & sancti timo-  
 ris vallo infirmos hostes non arceat, nullo nego-  
 tio, fortioribus irrupentibus se submitter. Meri-  
 toque Henricus Harpius ex multiloquio, quo  
 nomine ociosorum verborum intelligitur multitu-  
 do, multa mala orti censuit. Multiloquium, ait,  
 est argumentum insipientiæ, minister mendacij, ma-  
 nuductor scurrilitatis & leuitatis, portator detra-  
 ctionis, extinctor compunctionis, conditor aecidiæ,  
 dissipator deuotionis, obscuratio orationis, frige-  
 factio caloris & sermoris, extinctor pacis, & euer-  
 sor totius rectitudinis. ] Hæc ille. Verba illa Ecce-  
 listici: Sepi aures tuas spinis; ] septuaginta aliter

A transtulerunt! Nempe: Sepi possessionem tuam spi-  
 nis; & aurum & argentum tuum alliga; & ori tuo  
 fac ostium & vechem; & verbis tuis iugum & sta-  
 teram. Quæ sententiâ monemur verba omnia no-  
 stra ponderare, & nullum eloquium sine exami-  
 natione proferre. Ad quem locum Ambrosius  
 ait: Possessio tua, mens tua est. Aurum tuum,  
 cor tuum est. Argentum tuum, eloquium tuum  
 est. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum  
 igne examinatum. ] Et post pauca. Alliga sermo-  
 nem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multilo-  
 quio peccata sibi colligat. Sit restrictior & ripis  
 suis coercetur. Citò lutum colligit amnis exun-  
 dans. ]

B Tertium verba ociosa restringens est, quodd ea  
 conscientiam turbant, mentem obnubilant, & spi-  
 ritum deuotionis extenuant. In libro quippe Nu-  
 merorum scriptum est: Vas, quod non habuerit  
 operculum necligaturam desuper, immundum erit. ]  
 Istud autem vas hominem loquacem signat, cuius  
 os nec circumspectio tegit, nec funis timoris Domi-  
 ni deuincit, ne in vana & superflua decidat. Qui  
 immundus per legem reputatur, quoniam in illum  
 raro, aut nunquam pretiosus liquor deuotionis ini-  
 citur. Et Laurentius Iustinianus ait: Pacifica mens,  
 cultrix Dei, & virtutum amatrix, atque in ora-  
 tione purè ardentèrque Domino altare desiderans,  
 prouidâ gubernatione intra clausula silentij cohibet  
 linguam. Nihil enim sic dissolvit mentem, com-  
 punctionem dissipat, confusionem adducit, deni-  
 grat honestatem, & interioris gustus dulcedinem te-  
 pefacit, sicut inanis & præsumptuosa loquacitas. ]  
 Hæc ille.

C Quartum denique verba ociosa maximè damnans  
 est, quodd ipsa tempus auro pretiosius, quod nobis  
 ad salutem animæ datum est, sine spe recuperatio-  
 nis surripiunt. De quo verba Bernardi subiiciam,  
 & quidem non tantum læctione, sed intenta confi-  
 deratione dignissima: Volat verbum irreuocabile,  
 volat tempus irremediabile, nec aduertit insipiens,  
 quid amittat. Libet confabulari, aiunt, donec ho-  
 ra prætereat. O donec prætereat hora! ô donec  
 prætereat tempus! Donec hora prætereat, quam  
 tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veni-  
 nam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam pro-  
 merendam, miseratio conditoris indulget? Donec  
 prætereat tempus, quo diuinam tibi repropitiare de-  
 bueras pietatem, properare ad Angelicam societa-  
 tem, suspirare ad amissam hæreditatem, aspirare ad  
 promissam foelicitatem, excitare remissam volun-  
 tatem, flere commissam iniquitatem? Sic niui-  
 rum sit agricolæ, cum diu desiderata affuerit oppor-  
 tunitas seminandi: sic vinitores cum expectatum  
 tempus putationis aduenerit, inuenisse occupatio-  
 nes, & quasi ireprehensibiliter sine opere diem  
 transegisse lætantur? Sic instantibus nundinis in-  
 stitiores necesse moras, occasiones quærere solent,  
 ne quem fortè sibi ex eis questum prouenire con-  
 tingat? Sic denique pauperes mendicantes, cum  
 multis clamoribus euocatus tandem affuerit elec-  
 mosynatum distributor, diuerticula captant, & cur-  
 rentibus sociis vacuos ambiunt occupare recessus,  
 & fouere latebras in angulis platearum? Vtinam  
 tandem vel solum tempus vitæ amitteretur in ver-  
 bis; sed multi in his etiam vitam amittere com-  
 probantur, nec modò ipsi amittere, sed adimere  
 quoque & hoc fratribus suis. ] Huc vsque ille. His  
 sententiam Hieronymi libet adiungere, in hunc  
 modum scribentis: Breue est vitæ istius curriculum:  
 hoc ipsû quod loquor, quod dico, quod scribo, quod

Ambros. 1.  
officio. c.  
3.  
Ecc. 11.

Numer.  
19. 25.

Iust. li. de  
discip. mo-  
nas. c. 15.

Bern.

Hiero. in  
ep. ad Ga-  
lat. 6.

emendo,



emendo, quod relego, de tempore meo mihi aut crescit, aut deperit. Titus filius Vespasiani, qui in vltionem Domini sanguinis subuerlis Hierosolymis. Romam victor ingressus est, tantæ recedat in cœna, quod nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diem perdidit. Nos putamus non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cum ocio sum verbum loquimur, pro quo redditi sumus rationem in die iudicij: Quod si hoc ille sine lege, sine Euangelio, sine Saluatoris & Apostolorum doctrina naturaliter & dixit, & fecit; quid nos oportet facere? ] Ne igitur aditum spiritui deuotionis ocludamus, aut iam adeptam euacuemus, & ne in maiora incommoda dilabamur, & iudicium, ac cruciantem purgatorij ignem nobis paremus, tempusque pretiosissimum amittamus, necessarium est, linguam ab ociosis sermonibus mortificatione restringere, & spiritualium verborum amore cohibere. Neque enim, vt inquit Ambrosius, parui periculi est, de rebus secularibus & ociosis loqui, cum tam mirabilia Dei opera habeamus, de quibus loquamur. Ac proinde statuat iustus apud semetipsum cum sancto Dauide: Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum; quia omnia mandata tua æquitas. ] Et verba ociosa & vana relinquat, siquidem præceptum Domini æquum iubet ab his temperare, & sola vtilia verba proferre.

Nonum lingua peccatum, imprudentia. §. III.

**N**on satis est, à malis & inutilibus verbis cauere, & bona dicere, nisi etiam bona bene dicamus, & prudentium circumspectionem in loquutione sectemur. Quamobrem nonum linguæ peccatum est indiscretio vel imprudentia, cum scilicet bona, quæ loquimur, aut nostræ personæ aut statui audientium non congruant. De quo multa Hugo & Humbertus optimè, nos paucis ea colligemus. Debet ergo qui loquitur, suam personam, statum, & ætatem considerare, & de his, quæ in se viderit conuenientia, loqui. Senes enim non imprudenter consilia aliis inferioribus dabunt, si debitam modestiam teneant; iuuenes verò satis imprudenter & arroganter consilia ac documenta dare præsumunt. Quibus in Proverbiis dicitur: Non decent stultum verba composita. ] Pro quo Hebræa habent; non decet stultum labium excellentiæ vel auctoritatis: quia minori prudentia pollens; qualis est iuuenis, non debet consilia prudentium vlturpare, nec se ad docendum ingerere. Ne tamen omnino iuuenes ab hoc honore excludamus, quos scimus frequenter supra senes tepidos intelligere, considerandum est; quia cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata; & multa sanctum iuuenem decent, quæ senis superbi & tepidi statui officerent. Similiter sapientes ab dita difficultum quæstionum edisserunt; indocti & idiotæ temerariè tentant exponere, quæ non assequuntur. Vnde & Salomon: Quomodo pulchras frustra habet claudus tibiæ: sic indecens est in ore stultorum parabola. ] Id est, quemadmodum pulchræ tibiæ claudus non sunt ornamento, quoniam illis rectè vti non potest; ita subtilis doctrina non congruit ori hominis imperiti, qui eam non nisi insipienter exponet. Item Prælati datum est errata corrigere, & præposterè facta reprehendere: subditis verò pares suos reprehensionem ferire, nequaquam ordinariè conceditur. In hoc namque se maiores aliis faciunt, cum maiores non sint, & munus Prælatorum vlturpant.

Ambr. in Psal. 118. ser. 22.

Psal. 118. 172.

Hugo. in insir. nouit. c. 13. Humbertus lib. 2. p. 3. c. 5. parte 3. illius.

Prou. 17. 7.

Sap. 4. 9.

**A** Oportet etiam expendere personam, cui loquimur. Nam vel cupimus ab eo instrui, vel ipsum nostris verbis instruere. Si propriam instructionem quærimus, illum interrogemus, audiamusque, ex cuius doctrina, vel ob maiorem scientiam, vel ob sublimiorem virtutem, vel ob liberiorem ab affectibus animum, aliquem profectum haurire confidimus. Ideoque Ecclesiasticus ait: Cum stulto ne multum loquaris: ] atque adeo cum illis loquendum ad accipiendam eruditionem est, qui nos scientia & virtute præcedunt. Si verò alium instruere peropramus, ille talis sit, quem speremus nostris monitionibus posse corrigi: & nos tales sumus, ne ob teneram virtutem timeamus prauis eius suggestionibus posse corrumpi. Illud sonant verba Salomonis: In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. ] Et rursus: Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. ] Et Dominus ait: Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis. ] Itud verò significat illa spiritus diuini sententia: Verba impiorum insidiantur sanguini. ] Illa quoque: Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quattuor oriuntur: bonum, & malum; vita, & mors. ] Et quidem licet superfluum sit illum admonere, quem nequeas corrigere; pessimum tamen est cum illo verba miscere, qui te valeat ad malum pertrahere. Ibi enim labor sermonis perditur, hic verò profectus noster perditur; immò & salus ipsa animæ periclitatur.

**C** Tandem videndum quid & quomodo cum fratribus verba faciamus. Nam non tantum bona dicenda sunt, sed quæ materiæ, de qua agimus, congruant, & audientium capacitati conueniant. Dicenda sunt apta inchoatæ disputationi, quæ scilicet illi lucem afferant: quæ animum ad amplectendum id, quod tractatur, vel fugiendum, pro rei exigentia, conferant; quæ falsitatem se ingerentem, expellant: Si hæc non suppetant, tacendum est, iuxta illud. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiatis in verbo indisceptinatio. ] Dicenda sunt etiam, quæ auditores capiant, & quæ suæ capacitati accommodata non difficulter intelligant. Cuius rei Dominus ipse magistrum se præbuit, dum dixit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. ] Iure altiora conticuit, & tantum accommoda captui auditorum expressit, ex quo discimus non minoris imprudentiæ esse sublimiora mentibus abiectis proponere, quàm iumentum supra vires à natura concessas onerare.

**E** Modus quoque in his, quæ loquimur, tenendus est: vt scilicet modestè, humiliter, demissè, saadi- ter, verè dalciterque loquamur. Modestè loquimur, si nullus motus minus ordinatus oculorù, manuum, aut aliorum membrorum, sermonis placiditatem imminuat: iuxta illud: Fons vitæ eruditio possidentis: ] ipsam scilicet eruditionem, vt interpretatur Beda, quia eam quasi possessor moderatè & non præcipitanter effundit: ] doctrina stultorum, fatuitas, ] quoniam illam stultis motibus ingerit: ] Cor sapientis erudiet os eius, ] vt recta rectè proferat, ] & labijs eius addet gratiam. ] Fauus mellis, cõposita verba, ] id est, decenter prolata: ] dulcedo animæ, fanitas osium, ] Humiliter loquimur, si nullum elationis aut arrogantia signum, nostræ doctrinæ simplicitatem inficiat. Excelsa enim stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. ] Ac si diceret sapiens: Stultus doctrinam suam excelsis sermonibus

Ecc. 21. 14.

Prou. 23. 9. Prou. 9. 8. Matt. 7. 6.

Prou. 12. 6. Eccl. 37. 21.

Eccl. 5. 14.

Ioan. 16. 12.

Prou. 16. 22, 23, 24.

Prou. 24. 7.





venditat, & arroganter declarat, ac propterea in porta, in conuentibus, in locis publicis contemptui habebitur, adeo vt iam os aperire non audeat. Atque id superborum esse docet idem Salomon, dicens: *Prou. 18. 25.* Cum obsecrationibus loquetur pauper, & diues, id est, qui se diuitem iactat, [effabitur rigidè.] Demissè verba facimus, cum vox importunis clamoribus caret, & immoderato strepitu auditores non terret. De quo per Isaiam laudatus est Dominus: Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Ita, inquam, vocem suam moderabitur, vt nunquam clamoribus agat, nec in plateis more vilium hominum, cum aliis rixetur. Idemque monet *Ephef. 4. 31.* Paulus: Omnis clamor, inquit, & ira, & amaritudo auferatur à vobis. Suauiter sermocinamur, cum prolationis asperitas altantium aures iniucundè non ferit. Quod etiam in stultis, non in viris prudentibus, inueniri, testis est Salomon: Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. Ex quo quale capiat emolumentum, aperit statim, subdens: Os stulti, contritio eius; & labia ipsius, ruina animæ eius. Veraciter dicimus, si sermonem nostrum ob falsitatem aut ambiguitatem nemo contemnat. Qui enim mendacia loquitur, non effugiet. Et qui tantum verba sectatur, id est, ornatum verborum, & non veritatem sequitur, nihil apud alios honoris, neque apud se fructus solidioris habebit. Demum dulciter loquimur, si veritatem, non sine ratione, nec sine delectatione prolatam, libenter auditores suscipiant. Vnde scriptum habemus in Ecclesiastico: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis, id est, gratiosa, in bono homine abundat: id namque præter alia consequetur, vt alij ei dulciter & blandè respondeant. Hæc omnia vitia in sermonibus rerum bonarum facillè attendi possunt, quæ contrariis documentis à nobis propositis, censura mortificationis in lingua viti spiritualis expoliatur. Quod faciet, si naturam gratia & industria, etiam si aliquam molestiam sentiamus, emendet.

*Decimum lingua peccatum, importunitas. §. IV.*

**E**X alia etiam parte potest bonis sermonibus admisceri peccatum, si illi non in loco debito, aut inconuenienti tempore proferantur. Et ideo decimum linguæ peccatum vocatur à nobis importunitas, cum scilicet quis ad loquendum, nec loci nec temporis commoditatem obseruat. Ergo vt importunitatem fugiamus, locus in primis inspicendus est, an verbis & sermocinationi det locum. Quidam enim locus perpetuum silentium exigit, vt Ecclesia, in qua orationi & diuinis laudibus vacandum est, & à colloquiis penitus temperandum. Ad quod celebre est dictum Augustini: In Oratorio nihil agendum est, præter id ad quod factum est: Nec decet ab hoc loco sine magna reprehensione mei ipsius aliorumque discedere: qui sæpe in choro, dum tempus psallendi tantisper expectamus, linguam ad proferenda minimè necessaria dissoluimus, cum tamen debuissimus taciti, & timore ac reuerentia pleni nos ipsos ad orandum parare, & ante diuinam maiestatem, non confabulantes sed tremantes assistere. Seraphim assistentes Domino, dum Isaiæ in templo per visionem apparuit, timore concussi & amore succensi clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: & nos eidem Domino in templo frigidi & minimè trepidi astamus, & de rebus confabulamur, nec erubescimus? Tanta ir-

*Prou. 18. 25.*

*Isa. 42. 2.*

*Ephef. 4. 31.*

*Prou. 18. 6.*

*Prou. 19. 5. inf. n. 8.*

*Eccle. 6. 5.*

*Aug.*

*Isa. 6. 3.*

A reuerentia multa non erit. Alius locus disputationibus & veritatis inquisitioni deputatus est, & in eo licet disputare, interrogare, respondere, & quicquid ad docendum vel dicendum confert, sermone proferre. Alius item locus exhortationibus & spiritualibus colloquiis destinatur, in quo licitum, iuxta personarum qualitatem, aut dicere, aut tacentes audire. Ac demum sunt loca communia, in quibus de rebus exterioribus, necessariis tamen aut vtilibus, non negatur loquendi facultas. Cum verò nullus locus verbis ociofis & iocularibus deputetur, relinquatur hæc esse omnino ab ore spiritualium virorum releganda, & sola necessaria aut vtilia, pro loci exigentia, in medium proferenda.

B Tempus etiam considerandum est, an locutionem admittat, quod tanti momenti est, vt ex eo solo non obseruato, verbum nostrum, malum reddatur. Multaque sunt in prouerbis, quæ verbis tempestiue prolata virtutem & pulchritudinem declarant. Vt illud: Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. In quam sententiam Beda ait, huiusmodi verba esse mala; quia de arbore vitæ, hoc est, de Dei sapientia orta: & aurea; quia charitatem menti audientium infundunt: & in lectis argenteis; quia requiem præstant animabus audientium, & splendore fulgent veritatis. Item & illud: Ex ore fatui reprobabitur parabola; quia non dicit illam in tempore suo. Et homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus. Aliquando ergo tempus loquendi non est, vt cum ex præscripto regula silentium indicitur: cum alius cœpit loqui, nec decet, vt nostra loquela sermonem eius interrumpat: cum non habemus in promptu quod loquamur. Nam & stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua, intelligens. Similiter tacendum est, cum irati sumus, & affectu indignationis possessi minus ordinatè loquemur. Vnde Dauid: Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. Atque etiam cum alij immoderato affectu deuincti, nostram admonitionem spernent, aut non cum fructu suscipiant. E contra, aliquando est tempus loquendi, cum obedientia iubet, cum charitas poscit, cum necessitas urget, cum vilitas sperata ex verbis, fructum non contemnendum promittit. In his temporibus loqui secundum virtutem est, nec apud Dominum mercede carebit. Studium ergo mortificationis, locum tempusque perpendat, & verba aut loco aut tempori incongrua præcidat.

C Aliquando ergo tempus loquendi non est, vt cum ex præscripto regula silentium indicitur: cum alius cœpit loqui, nec decet, vt nostra loquela sermonem eius interrumpat: cum non habemus in promptu quod loquamur. Nam & stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua, intelligens. Similiter tacendum est, cum irati sumus, & affectu indignationis possessi minus ordinatè loquemur. Vnde Dauid: Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. Atque etiam cum alij immoderato affectu deuincti, nostram admonitionem spernent, aut non cum fructu suscipiant. E contra, aliquando est tempus loquendi, cum obedientia iubet, cum charitas poscit, cum necessitas urget, cum vilitas sperata ex verbis, fructum non contemnendum promittit. In his temporibus loqui secundum virtutem est, nec apud Dominum mercede carebit. Studium ergo mortificationis, locum tempusque perpendat, & verba aut loco aut tempori incongrua præcidat.

*Vndecimum lingua peccatum, irreuerentia. §. V.*

**A**lius linguæ defectus irreuerentia dicitur: qua quis maiori non desert, aut erga alterum, quem in veneratione habere par est, aut erga rem, quam tractat, respectum debitum non custodit. Est namque maiori aut ætate aut dignitate deferendum, & sæpe coram illo, nisi interrogemur, à sermonum prolatione cessandū. Ecclesiastici enim vox est: Prius quam audias, ne respondeas verbum; & in medio seniorum ne adicias loqui. Aut si legamus sermonem, vt omnino legendus est, ad idem potest referri; Ne, scilicet, cum maior loquitur, interrumpamus eius sermonem, sed attentè illum auscultemus. Eandemque vocè seruabânt cõcives sancti Iob, de quibus ipse ait: Qui me audiebant, expectabant sententiã, & intenti tacebant ad consiliū meum. Verbis meis addere nihil audebāt, & super illos stillabat eloquium meum. Et Prosper, temperantiæ officijs hanc maiorum ad

*Prou. 25. 11. Beda ibi.*

*Eccle. 20. 22. Eccle. 10. 7.*

*Prou. 17. 28.*

*Psal. 38. 3.*

*Eccle. 11. 8.*

*Iob 29. 21.*

verba



verba pertinentem venerationem adiungit: Temperantia est, inquit, quod reuerentiam senioribus exhibemus, æquales gerimantis honoramus, iunioribus gratiam paternæ dilectionis impendimus, quod prælatam loquenti seniori silentium, quod ipsius ad loquendum præstolamus imperium. Sic ille. Eo vsque verò expectandum est ad loquendum, præceptum senis, quo nulla adest interrogandi necessitas, nulla eius, qua velit à nobis præueniri, voluntas. Nam si necesse sit aliquid interrogare, vel potior aut ætate maior gratum habet nostrum alloquium, nullam irreuerentiæ vituperationem meremur, si illum modesto sermone præueniamus.

Erga alios etiam æquales aut minores est suo modo reuerentia tenenda, ita vt nullam sermone nostro illis iniuriam inferamus. Est autem quoddam iniuriæ genus, cum illis, seu verbo seu scripto, quasi per iocum & minus seriò agere, & alloquium nostrum ad scurrilitatem reuocare. Illum enim minus grauem putamus, quem minus grauitè, minus reuerentè alloquimur. Quod in litteris quoque ad alios à nobis datis fugiendum esse, docet Bonauentura, dum ait: In verbis suis aut litteris, si quas aliquando dixerunt, puerilibus vel adulatoris non vtantur blandicinis, sed tanquam religiosi suam breuiter & veraciter intentionem exponant. Ita ergo cum omnibus conuersemur, vt & nostræ grauitati & reuerentiæ illis debite consulamus.

Erga res tandem, quas verbis exponimus, est debita reuerentia seruanda. Quia nec seria quasi per iocum tractanda sunt: vnde Seneca: Vitiosum est in re seria, delicatum inferre sermonem: nec diuina & spiritualia prophanis historiis & vilibus similibus explicanda. De qua re Humbertus ait: Non decet, cum de diuinis loquimur, vt exemplis vilibus vtamur. Sed hoc malum ex inferiori radice procedit, quod qui spiritualis non est, spiritualia abiecit & ruditer concipit, & qui abiecit concipit, viliter sua sensa depromit. Ideoque multi hodie in Ecclesia Dei, qui è suggestu populos exhortantur, & diuinas scripturas edicimus, instar aris sonantis aut cymbali tintinnantis, ferè nihil efficiunt, quia minime per experientiam cognita ac opere completa proponimus. Quare vt reuerentè de diuinis loquamur, opus est ea coram Domino meditari, nos ipsos ad eorum amorem afficere. Si enim cæcus aut non iudicat, aut ineptè iudicat de coloribus, pariter rerum spiritualium imperitus, ineptè ea verbis patefaciet, & quod in patribus bene scriptum est, sua ignorantia vitabit, & à natio splendore diuellet. Nec vir doctus & eloquens in sua scientia aut eloquentia confidat: quia diuina non sola eloquentia humana explicantur, sed vita inculcata & adiutorio Sancti Spiritus aperiuntur. Aliud namque est, vt Cassianus ait, facilitatem oris & nitorem habere sermonis, & aliud, venas ac medullas cœlestium intrare dictorum; ac profunda & abscondita sacramenta purissimo cordis oculo contemplari. Quod nullatenus humana doctrina, nec eruditio secularis, sed sola puritas mentis per illuminationem sancti Spiritus, obtinebit.

*Duodecimum lingue peccatum, falsa taciturnitas. §. VI.*

Postremum lingue vitium à nobis explicandum, falsa aut noxia taciturnitas dici potest: Falsa quidem, dum quis exterius à verbis abstinens, interiorius verba non pauca nec parum iniqua loquitur: noxia verò, dum ob silentium nostrum, fratèr, quem

A) deberemus corrigere, minime à suo errore reuocatur. De illa prima sic inquit Gregorius: Sed inter hæc sciendum est, quia cum pauore nimio à locutione restringimur: interdum plus quam necesse est, intra claustra silentij coarctamur; & dum lingue vitia incautè fugimus, occultè deterioribus implicamur. Nam sæpe, dum ab eloquio immoderatè compescimur, graue multiloquium in corde toleramus: vt eo plus cogitationes in mentè ferueant, quo illas violenta custodia indiscreti silentij angustat: & plerumque tanto latius desunt, quanto se esse securius æstimant, quia foris à reprehensoribus non videntur. Vnde mens nonnunquam in superbiam attollitur, eosque quos loquentes audit, quasi infirmos conspicit. Cumque os corporis claudit, quantum

B) se vitis superbiendo aperiat, non agnoscit. De secunda verò, scilicet de falsa taciturnitate, post pauca subiungit: Plerumque nimis taciti, dum quorundam mala respiciunt, & tamen in silentio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus vsum medicaminis subtrahunt, & eo mortis auctores fiunt, quo virus, quod poterant euicere loquendo, noluerunt. Vnde & immoderatum silentium, si culpa non esset, propheta non diceret: Væ mihi, quia tacui. Quid ergo inter hæc, nisi studiosè lingua sub magni modestaminis libratione frænanda est; non insolubiliter obliganda, ne aut laxata, in vitium defluat, aut restricta, etiam ab vtilitate torpescat? Hactenus ille. Hinc perspicitur, in taciturnitate quoque nonnunquam non parum esse periculi, cum videlicet aut veritas necessaria supprimitur, aut exhortatio indigentibus denegatur, aut increpatio, ne delinquentes, cum opus est, seriat, funibus pusillanimitatis vel negligentia quasi ligata retinetur. Sed quia hæc præcipuè ad Prælatos pertinet, quos alio loco commodius alloquemur, nunc ab his superlegendum est, & ad illam primam taciturnitatem redeandum, qua quis exterius silens, interiorius cogitationis ore multa superuacua verba profundit. Commune hominum malum, quod in tantum mentis tranquillitati obest, vt, vel victis passionibus affectibusque compositis, hoc solum optatæ paci vehementer obstat. Sicut ergo ratio linguam carnis frænât, ne se in verba illicitâ aut vana præcipitem agat: ita & hanc interiorum linguam deuinciat, ne in scopulos inaniam cogitationum illidat. Cogitationes enim, vt etiam

C) alio loco sapienter dixit Gregorius, ancillis merito comparantur, quæ, si domina ratio à domo cordis per incuriam exeat, miris vocibus perstreperunt, silentium deserunt, & à deputati operis officio discedunt. Adhuc proinde cordi ratio, quæ, has pedissequas comprimat, & vt verum seruemus silentium, in taciturnitate continet. Sed quia de mortificatione cogitationum interiorum dicendum est, iam calamitatem à longa, supra quam putabamus, disputatione contineamus.

*Vsus mortificationis lingue. §. VII.*

E) Solum superest, quæ late diximus, ad breuiem summam redigere. Spiritualis ergo vir, qui, grauioribus lingue criminibus eliminatis, cupis etiam minora vitare, & membrum pestilens cohibere, hæc sunt tibi omni diligentia seruanda.

I. Detractiones proximorum, etiam de rebus leuissimis, & quæ nullius apparent momenti, fugito.

II. Mendacia iocosa & officiosa, quamuis ex illis magnum speretur emolumentum, declinato.

Greg. 7. mor. c. 17.

Isid. 6.

Greg. 1. mor. c. 13.

P. 3. 6.

Bonau. in spec. part. 3. 6. 3.

Seneca.

Humb. li. 2. p. c. 5. p. 3. allus.

Cassian. col. 1. 4. c. 9.



III. Duplicitates sensuum, & ambiguitates verborum, sermoneque obscuritates deponito.

IV. Rixas & contentiones, siue pro indaganda veritate, siue pro aliquo negotio gerendo, prudenter abiicito.

V. Omnem iactantiam, verborum arrogantiam ac laudem in proprio ore ferentem, vitato.

VI. Quae secreta esse oportet, nemini, nisi ex causa & in concessis euentibus, reuelato.

VII. Scurrilia, & nugatoria, & statui spiritualis vitae minimè congrua, loqui erubescito.

VIII. Ociosa & vana ociosis & vanis hominibus profari relinquito.

IX. Quae te deceant, quae audienti conueniant, quae materiae congruant, per prudentiam ad loquendum quaerito, & modum in sermone tenendum custodito.

X. In loco ad loquendum non destinato, & in tempore taciturnitati deputato, silentium custodias.

XI. Erga alios, quibuscum loqueris, & erga res diuinas, quas exponis, reuerenter te habeas.

XII. Ita lingua taceas, ut intus vana non cogites, & cum opus est loqui, propter amorem silentij, vtilem sermonem non omittas.

In his omnibus lingua est per mortificationem cohibenda, ut quoriscumque aliquid huiusmodi, vel aliud quippiam rationi & virtuti contrarium occurrerit, illud Domini timor depellat, & si in aliquo peccatum fuerit, ferula mortificationis sine debita castigatione elabi non sinat.

De documentis ad mortificandam linguam.

CAPVT XIII.



ICET in fine huius tractatus, communia remedia sumus tradituri, quae nos ad mortificationem capessendam iuuent, tamen linguae pericula tanta sunt, ut praeter documenta generalia, etiam nonnulla specialia requirant, quae hoc loco operae pretium duximus exponenda. Quemadmodum enim, si princeps aliquis regnum, subiectionis iugum detrectans, expugnet, praeter communem totius regni custodiam, fortissimos milites in munitissima arce constituit, qui eam absque vlla defensione seruantes, totius regni pacem tueantur: ita spiritualis vir regnum cordis sui, quod a virtute desciscuerat, eidem virtuti ac sanctitati subiiciens, vltra communem curam, qua toti regno prospiciat, debet specialibus remedijs linguam, ex qua tota pax penderet, moderari, & sollicita circumspectione munire. Quod sane durum non aestimabit, si consideret ad hoc, inter alia, vitam spiritualem attipuisse, ut linguae suae circumspectionis seras constituat. Ut enim dixit Eusebius Emisenus: Non ad securitatem, sed ad pugnam huc venimus, ut contra vitia praelitemur, ut linguae gladios retundamus, id est, verba pungitiua, contentiosa, maligna, detractoria euitemus: ut non solum inuicem non inferamus iniurias, sed nec sentiamus illatas.] Haec Dionysius ex illo.

Euseb. refert Dionys. opus de profess. monast. ca. 7.

Iacobi. 1. 26.

I. Qui ergo cupis linguam frenare, & hanc bestiam indomitam cohibere, magnas silentij utilitates considera. Silentium est veluti status religiosi fortis atque substantia, non quia in illo situs sit, sed quia sine illo penitus eius profectus euanescit & perit. Si quis enim putat se religiosum esse, non refranans

linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.] Silentium est frantum, quod ori nostro iniectum, omne corpus actionum nostrarum moderatur & regit. Est quasi murus & antemurale, quod urbem animae bellis circumseptam, munit & protegit. Nam, & memento belli, ait Dominus ad Iob, nec vltra addas loqui.] Ac si dixisset: In has angustias disceptionis meae te coegit nonnulla verbositas. Sile ergo, ne iterum mea verba te obruant, & mihi ob loquacitatem iniusum, (quam, si vltra loquaris, incurres) te hostes tui maioribus malis immergant. Idem clarius confirmat Salomon, dicens: Sicut urbs patens, & absque muro- rum ambitu, ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.] Silentium foueam obstruit, cuius causa innumerabiles perierunt. Vnde & ipse Salomon ait: Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia.] Iustus, inquam, effugit de angustia, quoniam se peccatis labiorum non implicat. Et rursus Ecclesiasticus ait: Qui odit loquacitatem, exinguit malitiam.] Tandem silentium est deuotionis custos, caelestis consolationis pronubus, & sanctae orationis incentor. Bonum est enim praestolari cum silentio salutare Dei.] Quod qui non seruant, & vanis sermonibus ora laxant, neque spiritu proficiunt, neque diuinam suauitatem, tacentibus & Deo intentis paratam, percipiunt.

Iob 40. 27.

Prou. 25. 28.

Prou. 12. 13.

Eccles. 19. 5.

Thren. 3. 26.

Cum os aperis ad loquendum, cogita (quod verissimum est) verba tua ab ipso Domino & conditore vniuersorum audiri. Timeque apud illam supremam Maiestatem ea sermone proferre, quae coram Praelato aut inculpatae vitae homine loqui erubesceres. Istudque lingua continendae remedium scripsit Gregorius Neocaesariensis his verbis: Lingua parca uti praeclearum, atque ad loquendi studium grauitatem constantiamque cordis adhibere. Non enim nos inconsulto loquendi studio teneri oportet, eaque quae in mentem veniunt, quamuis absurda, proferre, atque emittere: verum cogitare, quod licet magno intervallo a caelo distemus, certum est tamen sermones nostros a Deo exaudiri, atque vtile est lapsum in loquendo cauere.] Sic ille. Si ergo Deus ipse summus sermones nostros audit, si Angeli custodes auscultant, si hostes nostri astant, ut inutilia verba dispungant, & in die rationis nos apud rectissimum iudicem acriter de illis accusent, quamam ratione aude ob modicam loquendi voluptatem, & oculis Dei ac angelorum displicere, & te in pericula inimicae accusationis conuicere?

II.

Gregor. Neoc. in Eccles. serm. 5.

D Firmiter statue apud teipsum, consortium illorum fratrum vitare, quibuscum soles frequenter lingua delinquere: Itemque illa loca fugere, in quibus periculum est debitum frangendi silentium: Atque etiam in illis horis, in quibus facilius lingua laberis, maiori custodia te in taciturnitate continere. Quod verò semel statueris, firmiter exequere, & stabiliter imple. Haec namque proposita sunt illa, de quibus Salomon: Et iudicia quasi vestes vrbium.] Quae si firma sint & inuolabiliter custodita, nullo modo a demone superantur, immò verò mentem, ut in plurimum, a lingua lapsu, qui alicuius sit momenti, custodiunt.

III.

Prou. 18. 19.

E Cum e cella egrederis, teipsum ad verba inania fugienda praemuni. Id ita facies, si auxilium ad declinandos linguae lapsus efflagites: si data occasione loquendi, aliquid vtile praemeditatum proponas. Si ceptum nullius utilitatis sermonem alio diuertas.

IV.



Bonau. in speculo p. 3. c. 3.

Huius documenti salutaris Bonauentura assertor est in hunc modum: Processurus in publicum, prae-  
munni te ipsum, & animo statue à verbis inanibus ab-  
stinere. Prouide tibi, antequam prodas vile ali-  
quid, vnde si expedierit, sermo texatur familiaris, pru-  
dentique consideratione omnia praeueni.] Orandus  
igitur est Dominus semper, sed praecipue cum ad  
conuentum aliorum vadis, vt ipse, qui bestias domat,  
& mansuefacit, linguam timore suo regat atque con-  
tineat. Praeueniendum est aliquid non inutile, quod  
in loco ad sermocinandum destinato, te & alios oc-  
cupet, ne ipsa mens vili consideratione vacua vanis  
intendat, aut se in vana & ociosa diffundat. Filium  
inepti sermonis, vel vultus seueritate, vel rei vilis,  
quae audientes allicit, commemoratione, rumpen-  
dum, ita vt sentim altantes corrigat, & à te delin-  
quendi occasionem auerrat.

V.

Imitare in profuerendis sermonibus spirituales vi-  
ros, in quibus manifestè perspicies, quia sunt ad lo-  
quendum tardi, & ad tacendum proni, & in vtroque  
ratione temperati. Sis ergo, vt inquit Iacobus, ve-  
lox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.]  
Propterea enim, vt scire annotauit Basilus, natura, lo-  
quendi audiendique modum ad proportionis regu-  
lam metiens, duas aures, linguam vnam nobis effin-  
xit, quasi & duplum, disciplinae causâ, audire debeat-  
mus; & ad ea quae rogamur, sequaltera proportio-  
ne, contractum referre sermonem. In quo non pos-  
sumus non illos damnare, qui vniuersa loquuntur,  
qui in conuentu fratrum polito, soli & semper au-  
diuntur, qui alios sua importunitate obruunt, & eo-  
rum ora nimia garrulitate occludunt. Id profecto  
non tantum spiritui, sed etiam vrbانيتati aduersa-  
tur, quae semper modestè segerit, & si non primas,  
saltem aliquas partes alius concedit. Si etiam ad ta-  
eendum pronus; & hi, quibuscum conuersaris, sibi  
persuadeant, te libentius audire, quam loqui, &  
quam libentissimè à sermone superfedere. Sic nam-  
que verba tua magis aestimabunt, sicut illi amici Iob  
nimis expectabant eius verba, de quibus ipse ait:  
Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperie-  
bant, quasi ad imbrem serotinum.] Quod (vt opi-  
nor) non facerent, si verba eius pro nihilo venditari  
cognoscerent.

Iacobi 1. 19. Basil. lib. de Virgini-  
mit.

Iob 24. 23.

VI.

Sermonem tuum praecedat mentis deliberatio,  
qua scilicet diiudices, an verba, quae proferre aues,  
sint vera, sint vtilia, sint virtuti & rationi consona, vt  
si ab his defecerint, ab ore non exeant. Hoc docent  
multa dicta Sapientis, vt: Ne temerè quid loquar-  
is.] Noli citatus esse in lingua tua.] Verba pru-  
dentium statera ponderabuntur. In ore fatuorum  
cor illorum; & in corde sapientium os illorum.] Qua-

Ecl. 5. 7. Ecl. 4. 34. Ecl. 21. 28. Ibi. m. 29.

A] nihil aliud significant, nisi quòd prouerbum dicitur:  
verba prius veniant ad limam, quam ad linguam. Li-  
ma verborum est ratio, est prudentia, est considera-  
tio. Haec ergo prius sermonem examinent; & ab ea  
probatum os dicat, improbatum verò reiciat. Et qui-  
dem licet vniuersas actiones hominum debeat men-  
tis deliberatio praecedere, maxime ad loquendum re-  
quititur: qua facillimum est lingua labi, & mentem  
se verborum effusione distrahere.

B

Quia verò nunquam poteris tanta circumspectio-  
ne linguam moderari, quin interdum per ignoran-  
tiam, aut per inconsiderationem, aut aliis modis ser-  
mone delinquant, enitendum est tibi, sanctis operibus  
iugiter & seruenter instare, vt illicitam locutionem  
bona operatio tegat, & sermonis ineptias aliquando  
nobis nolentibus irrupentes, multitudo studiosa-  
rum actionum absorbeat. Hoc remedio vsus est Bea-  
tus Iob, qui de se ait: Manum meam ponam super  
os meum.] Vsu enim sacri eloquii, inquit Grego-  
rius, in manu operatio, in ore loquutio solet intelli-  
gi. Manu ergo super os ponere, est virtute boni ope-  
ris culpas tegere incauta loquutionis. Et infra: San-  
cti viri ante Dei oculos student culpas lingua tegere  
meritis vitae, student bonorum operum pondere pre-  
mere immoderata verborum. Vnde in sancta Ecce-  
lesia manus super os ponitur, dum in electis eius quo-  
tidie ociosa loquutionis vitium bonae actionis vir-  
tute operitur.] Haec ille: Bonas igitur operationes  
Domino pro vitio incauta loquutionis non semel  
offeramus. Vt quoniam operatio est loquutione pra-  
stantior, in hoc magis eluceat nostra compunctio,  
quòd pro leui verbo, quod vento rapitur, minus cir-  
cumspectè prolato, non iam solo verbo, sed etiam  
actionibus solidis satisfacimus, & veniam maioris  
obsequij oblatione postulamus. Nec in hoc tantum  
sanctus vir imitandus est nobis, sed & in ratione  
quoque, qua ipse se à paulo liberiori & minus mo-  
desta loquutione mundabat. Quid enim ipse ait?

VII.

Iob 39. 34. Greg. 12. mor. c. 2.

C

Vnum locutus sum, quod vti nam non dixissem, &  
alterum: quibus vltra non addam.] Vnum loquutus  
sum & alterum: ecce sincerissimam oris confessio-  
nem. Quod vti nam non dixissem: ecce verissimam  
cordis detestationem. Quibus vltra non addam: ec-  
ce stabilissimum emendationis propositum. Verba  
ergo nostra minus cauta, verè & ex animo deteste-  
mur: non quasi ex consuetudine, sed cum dolore &  
gemitu fateamur: & firmo proposito ab illis abstinere  
deliberemus. Sic enim iam incautè effusa purgan-  
tur, & similia in posterum ab ore nostro remouen-  
tur. A quibus ipse Dominus, in cuius ore nunquam  
inuentus est dolus, liberet nos per suam misericor-  
diam. Amen.

Iob 39. 35.

D



# PARS TERTIA

## De Mortificatione hominis interioris.

**H**uius tractationis exordium duo mortificationis genera esse didicimus: alterum,  
quod exteriorem hominem & carnis oculis obiectum perficit: alterum, quod homi-  
nem inuisibilem interiorèmq; componit. Illud primum haecenus exposuimus: si stud-  
erit postmodum, nunc prout nobis à Domino datum fuerit, in hac vltima huius libri parte tra-  
ctabimus. Ad quod mortificationis genus, vitæ spiritualis munus extendi, immò praecipue in





illo consistere, Paulus manifestè fatetur his verbis: Licet is, qui foris est, noster homo, corrumpatur; tamen is qui intus est, renouatur de die in diem.] Quo loco hunc intellectum inspicio: ut sicut perpetua carnis nostrae occupatio est, laboribus, & pressuris, atque ipso solo decursu temporis atteri, & ad mortem ire: ita perpetua mentis occupatio esse debet, iustitia operibus iuuenescere, vetustatem Adae deponere, & nouis profectibus innouari. Id autem sui mortificatione consequitur, qua se à prauis actionibus separat, & in Christum vitæ puritate transformat. Tanto ergo attentiori studio hæc tractatio legenda & executioni mandanda est, quanto intimius vitæ spiritualis munus tangit, & ex ea profectus ac perfectio mentis nostrae dependet.

2. Corin.  
4. 16.

Mortificationem interiorē precipuam esse,  
ac finem exterioris.

## CAPVT I.



VI Mortificationi sensuum, corporis, & linguæ per aliquod spatium temporis insituerunt, vehementer laudandi sunt, tanquam illi, qui iugum iniquitatis excutere & abominari cœperunt, & virtutis ac sanctitatis itinera inchoare curarunt. Nam sicut opus est non contemnendæ virtutis, hæc externa humanæ naturæ, peccato vitata ab excessibus vindicare: ita non potest priuati laude, quæ non tantum perfectionem, sed etiam primordia virtutis insistant, neque vltra ad interiorē progrediantur, non minus erunt risu & vituperatione digni, quam si iter propter iter & non propter finem itineris, scilicet propter urbem vel locum quietis, arriperent. Interna enim abnegatio ac interioris hominis compositio, exterioris, quæ sensibus & corpori adhibetur, scopus est; quam si non omnino inutiliter, ac cum exiguo fructu accipit, qui eius laborem propter quietem & tranquillitatem mentis non querit. Duris illis & proteruis Israelitis non satis fuit, exiisse ex Aegypto; quia ob pusillanimitatem & dissidentiam suam in Deserto interierunt, & nunquam ad terram sibi promissam, lacte & melle manantem, peruenerunt. De quibus per regium vatem conqueritur Dominus: Et isti non cognouerunt vias meas; ut iuravi in ira mea; si introibunt in requiem meam. Ita & spiritualibus viis, aut ad spiritualem vitam aspirantibus non satis erit, se ipsos exterius abnegare, quod est quali Aegyptum deserere, nisi etiam interius se cohibeant, & subiectis potioribus viribus, quæ intus in mente & in corde latent, ad eam, quam Dominus perfectis pollicitus est, mentis puritatem & tranquillitatem ascendunt. Nihil enim nobis proderit, inquit optimè Cassianus, abrenuntiatio corporalis & localis quodammodo transmigrationis ex Aegypto, si renuntiationem cordis, quæ sublimior & vtilior est, nonauerimus similiter obtinere.] Et huic proposito accommodari potest illa Saluatoris nostri sententia: Multi sunt vocati, pauci verò electi: quia multi sunt, qui carnem domant, qui corpus ieiuniis, vigiliis, hirsuta veste, & aliis similibus, sine cessatione cautigant: qui sensus cohibent, & linguam silentij freno moderantur: pauci verò, qui propriam voluntatem comprimant, qui proprium iudicium alterius diffinitioni subiiciant, qui affectibus imperent, & inordinatum amorem priuatumque deponant: quibus tamen solis ex electione Domini, requies perfectionis promittitur. Illi quandiu in illo primo genere abnegationis hærent, nec vltra procedunt, quasi in deserto vagantur, & huc illucque oberrantes, rectamque viam minimè tenentes, nunquam in opta-

Psal. 94.  
15.Cassian.  
coll. 3. c.  
7.Matth.  
22.

A tam puritatem, quasi in tutissimum portum, appellant. Isti verò, cum exteriora onera quasi puerilia censentes, ad interiora nituntur, & mentis rem publicam primùm sedare & postmodum virtutibus ditare conantur, imaginem quandam illius innocentiae obtinent, quam in primis parentibus antea perdiderant. Illi semper infantes solam corporis accretionem addiscunt, quomodo loquendum sit, quomodo respiciendum & audiendum; quomodo quiescendum aut ambulandum. Isti infantiam deserentes, & corpus satis moderatum & ad debitam virtutis magnitudinem adductum habentes, mentem spiritualis mortificationis doctrinâ perficiunt: Illi leui quodam virtutis gustu contenti, nihil magnum sapiunt, & omnem perfectionem suam in ieiuniis, & vigiliis, & dura corporis exercitatione constituunt. Hi verò hanc carnis sensusque castigationem, initium tantum virtutis esse censentes (sicut re vera est) ad media & ad finem, scilicet ad internam mortificationem & intimam mentis puritatem, iugiter aspirare decernunt.

Illorum ergo misereri debemus, istos sequi; illos ad maiora compellere, istos imitari; quoniam illi incipientes sunt in ipso introitu viæ, quasi in fine sedentes: isti verò proficientes sunt, ad metam perfectionis non lentis passibus festinant. Misereamur illorum: quoniam dum in externa mortificatione gradum fiunt, miserationem Domini, ipsos ad maiora vocantis, impediunt. Eos alloquitur ipse per Oseam prophetam, dicens: Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.] Pro misericordia, Hebraea lectio sanctitatem habet. Vnde sensus est: Quid faciam vobis o homines in incitiis virtutis semper hærentes, quo pacto vos ad sanctitatem vsque sustollam, quorum virtus animo concepra & concupita, matutinae nubi & fori manè transeunti est comparanda? Nam sicut nubes matutina largam imbrem promittit, sicca verò ardore solis arcescit & sicut ros manè cadens & eodem ardore citò euanescens, sufficientem humorem ad fructificandum, terra non affert: ita hæc vestra externa religionis ostensio & dura corporis castigatio, magnam virtutem in animo pollicetur, quam tamen non infert; quia in solo corpore manens, nunquam ad eiusdem animæ informationem procedit. Sunt hi, qui sola externa mortificatione occupantur, sicut qui habent scalam ad ascendendum, aut nauim ad nauigandum, nunquam tamen ascendunt, neque in aliam ripam ad nauigant. Sic enim externe corporis castigationes sensuumque, cohibitiones, sunt velut quidam gradus, per quos ad mentis requiem & puritatem ascendimus. Sed quid prodest gradus tenere, & perpetuò in illis hætere, nunquamque ad mentis mundiciem festinare? Dum corpus castigas, o frater, dum ieiuniis & ciliciis domas, & oculos, aures, atque alios sensus ab illicitis auocas, domam quidem tuam exterius

Ose 6.  
4.



mundas & poliasat si passiones non comprimatis, si iudicium & voluntatem, & inanes cogitationes cohibere non cures, eandem domum tuam foris pulchram & mundam, intus scorpionibus & serpentibus plenam, non mundas. Maceriem vineæ erigis, ipsam verò vineam profusè incultam, desertamque relinquis. Exterior quippe mortificatio maceria est, quam interioris gratia curamus; nihil autem proficiet, hanc integram inuolatamque tenere, nisi pro cordis mundicia, nostra diligentius certet industria. Sapienter profectò Ioannes Cassianus ait: Labor carnalis spiritus contritioni coniunctus, acceptissimum Deo sacrificium dignumque sanctitatis habitaculum puris mundis que recessibus exhibebit. Cæterum si corporaliter ieiunantes, perniciosissimis animæ vitis implicemur, nihil nobis proderit carnalis afflictio, pretiosiore parte polluta: per eam scilicet substantiam delinquentibus nobis, quæ efficiuntur habitaculum Spiritus sancti. Non enim tam corruptibilis caro, quam cor mundum, habitaculum Dei templumque Spiritus sancti efficitur. Et ad idem Dionysius Richelius: Certissimè noueris, ô monachalis vitæ professor, nihil vitique tibi patrocinari, agros pecuniæque spreuisse, si non gula, atque superbia, & omnis demum circa transitoria affectionis superflua motum imperumque contemnis, si non passionum inordinationem coërces, & sensuales quoque appetitus rationis censura subiciere studes. Denique neque exteriora spreuisse, & carnis quoque passionumque incursum frangere, inelytum atque sufficiens reputes, nisi intellectum in super, mentisque affectum, per fidei sinceræ constantiam & item amorosam diuinorum contemplationem, diuinæ voluntati & sapientiæ subdere satagas. Consonat his duobus Eusebius Emisenus: Videte, inquit, vocationem vestram charissimi: Venire ad claustrum aut eremum, summæ perfectionis exordium est: sed non profectò in eremo viuere, summa damnatio est. Quid prodest, si locus claustralis & quietus corporaliter teneatur, & inquietudo in corde versetur? Quid (inquam) prodest, si in habitatione silentium sit, & in habitantibus sit vitiorum tumultus & colluctatio passionum? si exteriora nostra serenitas teneat & interiora temperat? Hactenus hi Patres. Ex quibus manifestè cognoscimus, exiliter admodum profecisse, qui in corporibus per abstinentiam & vestem asperam maceratis, & sub sensibus vicumque mortificatione compositis, animas gestant passionibus immoderatis affectas, & proprii iudicij, & amoris, ac propriæ voluntatis motibus effrenatas. Quorum labor inutilis inuenitur, quia in labore mansit, & ad puritatem mentis non peruenit.

Hoc autem ideo sic est, quia externa mortificatio parua est, si cum interna mortificatione conferatur. Hæc enim præstantior est, & (vt diximus) finis illius, cuius causâ, omnis carnis castigatio & sensuum ac linguæ compressio suscipitur. Sicut enim animus finis corporis est, ita ad perfectionem animæ, tanquam ad finem, tendat necesse est, quicquid virtutis aut abnegationis per corpus exercetur. Non tam in corpore, quam in mente, Christo Saluatore paramus hospitium; secundum illud Pauli: Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborati per spiritum eius in interiorem hominem, Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Ergo meus potius abnegatione mundanda est, vt intus potius quam extra, iuxta id, quod sponsam Christi decet, nostra gloria & pulchritudo resplendeat. Fœliciter in perfectionem, ac ex illa in cumulatissimam gloriam properate disponimus: ne igitur claudicantes, & quasi

A vno pede tantum, longum iter ambulare tente mus. Audiamus eundem Paulum dicentem: Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Ille verò claudicat, qui corpus quidem afflictione domat, minimè tamen abnegatione mentem exercet. Ille claudicat, qui exterius se continet, interius autem propria voluntati & suis affectibus habenas laxat, vt quocumque tulerit vanitatis spiritus, eant. Hic nunquam sanitatem concupitam percipiet, quoniam sanitas animæ non corpori, sed ipsi animæ adhareat, necesse est, quam, nisi medicamina abnegationis illi applicentur, haudquaquam poterit obrinere. Vnde & ipse Apostolus subiungens ait: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Quid est sanctimoniam? Nonne cordis mentisque mundicia? Hanc autem nemo seclatur, nisi proprios affectus mortificatione comprimat, & internas cupiditates cohibeat. Terruit autem, non formidine mali sed amissione boni, quia ad Dei amatorem virtutisque cultorem hæc verba mittebat. Ecce fac quod vis, (inquit Anselmus, hunc locum interpretans, & certè ex Augustino desumpti,) imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quicquid libuerit, licitum puta. Non te hic punio, non te in gehennam mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si ex patisti, amasti. Hæc ille. Nos ergo, qui scholam amoris adimus, qui Dei amatores esse profitemur, non solum pacem externam cum omnibus sed & internam sanctimoniam queramus. Moderemur corpus (hoc enim & bonum & necessarium est,) cohibeamus sensus, motus externos componamus, sed præcipuè affectus immoderatos, priuatum amorem, & voluntatem, ac proprium iudicium frænemus. Hoc namque nos perfectos facit & puros: illud verò tantum ad perfectionem puritatemque disponit.

Hæc duo nobis attulit Christi Saluatoris aduentus, de quo inquit Oseas: Quasi diluculum præparatus est egressus eius: & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus. Ipse Dominus (vt notauit Hieronymus) vocatur manè, aurora, & diluculum: quoniam sicut aurora est prima lux, non in illo paruo splendore manens, sed ad meridiem vsque & perfectam claritatem procedens: ita Dominus spirituali suo aduentu in nobis, non tantum primordia lucis, id est, vitæ spiritualis, quæ in exercitatione corporis sunt collocata, nobis affert, sed etiam augmentum & perfectionem lucis aut veræ virtutis, quæ in mentis moderatione & ornatu posita est, sensim & quasi per gradus efficit. Venit nobis quasi imber temporaneus & serotinus; quoniam sicut imber temporaneus, semina nuper in terram iacta viuificat, & germinare facit, & imber serotinus eadem semina iam nata promouet, & segetes ad maturitatem perducit: ita Saluator noster per iustitiam in nos descendens, principio initia fructuum spiritualium, id est, externam mortificationem profert; postea verò maturus fructus, id est, mentis moderationem & puritatem ostendit. Ideo inquit Paulus, quod pater cum illo omnia nobis donauit; quia auxilia & virtutem ad vincendum corpus & vincendam mentem, & dona ad vramque partem cohibendam, ornandam, & perficiendam, & ad fœlicitatem comparandam, impertiuit. Et alio loco: Cum autem subiecta fuerint illi omnia; tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit ipse omnia in omnibus. Omnia ergo in nobis Christo subicienda sunt corporalia & spiritualia: minorâ & maiorâ, quæ carnis

E

Hebr. 12.  
12.Hebr. 12.  
13.An. el.  
ibid.  
Aug.Osee 6.  
3.

Hier. ibid.

Roma. 8.  
37.1. Corin.  
15. 28.

oculis

Cassian.  
lib. 5. de  
spirit. ga  
sprimar.  
c. 21.Dionys. li.  
1. de vi-  
ta & fine  
solit. art.  
8.Euseb.  
hom.Ephes. 3.  
16. 17.



oculis conspiciuntur, & quæ solis oculis mentis videntur: vt ipse in nobis omnibus imperet, & omnia nostra sibi subiiciat, qui exemplum rectè viuendi in- tus & extrà hominibus dedit. Si ergo ad vtramque partem natura nostræ moderandam auxilia nobis data sunt, ne solam corpoream substantiam excolamus, incorpoream verò incultam incompositamque seruemus. Si corporis moderatio quasi medicina est, & mortificatio mentis velut concupita salus, non est æquum vt potionem ac medicamentum sumentes, ipsam salutem aut præcipuum actum, quo sanamur, detretemus. Si tandem in spiritali vita, corporis abnegatio propter animæ abnegationem & tranquillitatem quaeritur, ne simus tam stulti, vt cili- cius & abstinētis, oneratis, & compressione sensuum afflictis, mētis abnegatio magis necessaria sordet, & interna tranquillitas nunquam obuēniat. Et iam hanc internam abnegationem verbis exponamus: & vrinam, sicut exponimus, nullo vitæ tempore ab eius desiderio & exercitatione cessemus.

### De Mortificatione proprii amoris.

#### CAPVT II.

**R**ACTATIO hæc interioris abnegationis ab ipsa radice sua inchoanda est, vt nostræ mentis conatus in ea euellenda atque excindenda ponatur, & inde facilius destruendis pestilentis radicis ramis spiritalis viri studium applicetur. Radix autem omnium malorum animæ, est priuatus aut proprius amor, quo quis seipsum post Adæ peccatum, quasi finem suarum actionum desideriorumque constituit. Paulus quidem ita sine vlla dubitatione sentit: Erunt, ait, homines seipso amantes: ] inde autem quàm longam deducat malorum seriem, aduerte: Cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, rumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. ] Vide quanta mala ex eo quod dixit, Erunt homines seipso amantes, siue ex proprio sui amore, veluti ex radice ac origine totius iniquitatis eliciat. Ab hoc, velut fonte, inquit Anselmus, quod scilicet homines erunt seipso amantes, manabunt multi vitiōrum riuī. Et Thomas Aquinas ait, quod radix totius iniquitatis est amor sui ipsius. Et Gregorius: Scimus quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus: Quo sanè clauso, facile est in vniuersa mala præcipites ferri, & quò ruamus, penitus ignorare. Ideo verò hic amor omnium est peccatorum & defectuum exordium: quia amor per se sumptus vniuersorum est humanorum affectuum initium. Quare si ipse malus fiat ex aliquo accidente, vel ex præpostero fine, vel ex eo circa quod versatur, omnes affectus inquinat, sicut si bonus sit, omnes etiam affectus rectificat. At amor sui ipsius, de quo nunc loquimur, peruersus est, vt statim ostendemus; ergo omnes affectus ad se pertractos malos efficit. Ex quibus cum opera ipsa progrediantur, quid mirum si mala prodeant, vt ipse malus amor rectè appelletur omnium malorum origo? Quod confirmat Augustinus dicens: Recta voluntas est bonus amor; & voluntas peruersa, malus amor. Amor ergo inhians habere quod amatur, cupiditas est: id autem habens, eoque fruens, lætitia. Fugiens quod ei auertatur, timor est; id quæ si accide-

**A** rit, sentiens tristitia est. Proinde mala sunt ista, si malus est amor; bona, si bonus. ] Sic ipse. Cum igitur amor sit velut cardo, in quo omnis interior respubli- ca mouetur, & à quo omnes cogitationes, & cuncta desideria, operaque procedunt, ille primò ac præcipuè moderandus est, vt reliqua ad rectitudinem redeant, & ordinem spiritali vitæ necessarium admittant. Ac ideo videamus, quid amor sit, & quid proprius aut priuatus amor, quæ eius germina, & quomodo gratia Dei nostram industriam præueniens & adiuuans, infestissimum hunc hostem deiciat.

Amor in creatura rationali esse affectus animi quo quisque bona vult sibi vel aliis: amor verò sui aut amor priuatus aut proprius, dicitur ille, quo quis vult sibi bona, & fugit aduersa propter seipsum, vel sistendo in seipso, tanquam in fine. Ita hunc amorem explicuit Basilus, qui sic ait: Amans sui ipsius est, qui seipsum amat priuato & immodico amore. Talem autem se esse quis cognoscit, si quæ facit, ea commodi sui causâ facit, licet quod fiat, ex mandato sit. Nam illud, quietis suæ causâ omittere aliquid eorum, quæ ad utilitatem fratris pertinet, siue animi illa quies sit suæ corporis, iam hoc quibusvis etiam aliis perspicuum est, vitium esse amoris sui ipsius, cuius finis perditio. ] Sic ille. Meritò autem finis huius amoris dicitur à Basilio, perditio: Quoniam sicut ciuitatem cœlestem, vt ait Augustinus, ædificat amor Dei vsque ad contemptum sui; ita ciuitatem terrestrem, cui diabolus dominatur, ædificat amor sui vsque ad contemptum Dei. Et planè hic amor est inordinatus atque peruersus, quod vel ipsa humana ratio, si non cœcuiat, tantisper adiuua, facili discursu cognoscit. Homo enim conditus est non propter se ipsum, sed propter Deum; quia omnia propter semetipsum operatus est Dominus, ad eò vt quicquid est hominis, id totum factum sit propter gloriam Dei. Ita ergo bona debet sibi querere, si ordinatè querat, vt illa non propter seipsum, quasi propter finem, querat, sed propter Deum qui finis suus est, & vniuersarum rerum, inquit. Quare sicut lectus regis, qui deliciarum eius causâ variis odoramentis aspergitur, si compos rationis esset, dum odoramenta propter se ipsum, & non propter regem vellet, huic infidelis existeret: ita homo, cui bona propter Dei gloriam suppetunt, infidelis est illi, si hæc bona non in Deum referat, sed propter seipsum, quasi propter finem, habere gestiat. Idemque esset, ac si procurator spon- sionem non vt eius partes ageret, sed vt sponsam in sui amorem prouocaret, splendidis & pulcher sponsalibus contrahendis assisteret. Hæc autem amoris proprii peruersitas amplius exponitur, si consideremus aliquid honorificum aut delectabile posse esse homini, quod tamen Deo aliter disponenti aut contraria præcipienti displiceat. Si autem homo seipsum proprio amore diligit, id est, bonum sibi velit propter se ipsum, fiet, vt honorem aut voluptatem diuinis iussis præferat, quam nulla habita ratione Dei, vltimè finis sui, experiri desiderat. Quis autem in hoc facto manifestam peruersitatem non inspicit? Est namque ac si seruus vellet cum detrimento Domini sui, aliquid bonum præter necessitatem accipere: immò est, ac si cuperet cum nec sui Domini, breuissimam voluptatem captare. Sicut enim, qui contra Dei præcepta se oblectat (quod ad se attinet) diuinam voluntatem proterit; ita etiam diuinam illam naturam minimè à sua voluntate diiunctam spernit, atque pessumdat. Verissimèque Dionysius Rikelius sequitur Augu- stinum ait: Hic amor priuatus, omnium radix atque origo iniquitatum, sanctæ extat charitatis venenum. Et minoratio istius detestandi amoris, est

2. Timot.  
3.1.  
n. 2. 3. 4.  
5.

Ansel.  
ibid.

D. Tho.  
ibid.  
Gregor.  
hom. 4. in  
ezechiel.

Aug. 14.  
de ciuit.  
c. 7. To. 5.

Basil.  
reg. bre.  
no. ad in  
ter. 54.

Aug. lib.  
14. de ci-  
uit. c. 28.

Dionys.  
lib. de lau-  
de vitæ  
solitor.  
art. 6.



charitatis profectus & incrementum. Mera verò pravi improbi que illius amoris eradiciatio, est charitatis perfectio. Nec obstat ad hunc excusandum amorem, quòd homo velit sibi bona licita, & non vetita lege Dei. Nam si ea sibi non propter Deum, sed propter seipsum velit, graue quidem peccatum reicit, sed periculum non euadit. Si namque hodie bona, vt virtutem & sanctitatem: aut media, vt cibum & potum, quia sibi conducibilia sunt, nullo respectu habito ad Deum, appetit; cras mala & illicita, quia sibi conducibilia, etiam si Dei repugnent mandatis, concupiscet. Cum enim sua commoditas, suus honor, sua voluptas, & non Deus, sit tota appetendi ratio, quicquid huic honori aut voluptati assequenda fuerit vtile, etiam si Deo repugnet, admittet. Sicut si quis corporis sanitatem p̄ omnibus cupiat, illud sumet amarum aut dulce, quod medicus ad hunc finem assequendum, vtile esse prescripserit.

Ex his perspicua manet amoris sui ipsius priuatiue peruersitas, qui latissimum in vniuersos homines tenet imperium. In illo enim innocentia felicissimo statu, in quo vniuersorum creator hominum genus considerat, erat etiam erga nos ipsos amor iste rectissimus, quia sicut Deum propter seipsum & reliqua omnia propter Deum, ita & nos propter Deum diligebamus; & quicquid voluptatis, quicquid honoris, quicquid commoditatis nobis cupiebamus, non in nostra paruitate sistebat, sed transibat ad Deum, tanquam ad supremum finem ac rectissimam diligendi mensuram. At humana natura per peccatum originale corrupta, ita amor à suo fine desciiuit, vt non in Deum tendat, sed nos ipsos, si in sua corruptione relinquantur, & à gratia non corrigatur, scopum sibi ac finem constituat. Quod significauit illa mulier, quæ, vt ait Lucas, habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Nam hic spiritus infirmitatis, mulierem illam, in qua humana significabatur natura, ad ima deprimens, amorem priuatum designabat, quo à cælestibus separatur, & ad nos ipsos ac terrena conuertitur. Ad corda vestra, fratres charissimi, redite, inquit Gregorius, quid horis omnibus, in cogitationibus vestris voluistis, semper aspiciere. Alius de honoribus, alius de pecuniis, alius de prædiorum ambitu cogitat. Hæc cuncta in imo sunt, & quando mens talibus implicatur, ab status sui rectitudine flectitur. Et quia ad cæleste desiderium non affurgit, quasi mulier inclinata, sursum respicere nequaquam potest. Sic ipse. Miserum autem est aspiciere, quanto impetu homo ad se ipsum amore feratur, & quomodo in omnibus, tum bonis, tum malis, tum temporalibus, tum spiritualibus seipsum inquirat. Et quemadmodum flamma ignis in supernam regionem ascendens, si subito verteretur in lapidem, statim motum illum sursum desereret, & se magna vi deorsum atque in terram inclinaret: ita mens nostra per peccatum, ex cælesti, terrena facta, amoris motu, non sursum in Deum ascendit, sed deorsum in terrena atque in se ipsam, sine vlla requie contendit. In omnibus quæ agit homo, nihil de Deo cogitat, sed de se ipso & de suis commodis eum cura sollicitat. Si edit, bibit, dormit, ea facit, vt seipsum foueat: voluptates, delicias, ille cebras cupit, & captat, vt se ipsum oblectet: opes, honores, dignitates ambir, vt se ipsum effeiat. Quid moramur? Peccatorum remissionem, virtutum adptionem, orationis donum, cælestes consolationes, & spirituales profectum sæpe cum gemitibus & lacrymis postulat, non vt Deo placeat, sed tantum vt semetipsum à malis eripiat. Et videbis in infælici homine, pessima amoris proprii agritudine

A laborante, illius peruersitatis viam imaginem, quam Nabuchodonozor rex, in abominabili statua, sexaginta cubitorum crexerat. Sicut enim ille sublato veri Dei cultu, voluit pro Deo haberi, & ab omnibus populis adorari; ita homo se quasi idolum faciens, vniuersa terrestria & cælestia aduocat, vt ipsi genuflectant, id est, omnibus, quæ habent, ipsius commoditati deseruiant. Immo (& vt penitus appareat huius amoris iniquitas) ipsum Deum, qui (vt est in Apocalypsi) est Alpha, & Omega, id est, principium & finis, quasi à nobilitate vltimi finis deicit, dum homo per hunc amorem, Deum ipsum non propter Deum, sed propter se, tanquam propter finem, habere concupiscit. Et ecce illam peruersitatem ab Augustino deploratam, qua fruimur vtendis, & vtimur fruendis, quia nos propter Deum creatos, quasi propter nos ipsos, amore nostri ipsorum esse volumus, & Deum, cuius causa conditi sumus, quasi ex sua maiestate ad nostrorum commodorum obsequia deiciimus. Longè autem ab hac nequitia est amor supernaturalis, & desiderium, & spes, quibus interdum Deum nobis volumus & desideramus, & in futura vita habere confidimus. Quia his nos quidem ipsos diligimus, nobismetipsos Deum & bona Dei speramus, desideramus, & volumus, sed non propter nos, tanquam propter finem, sed propter ipsum Deum in hæc bona diligenda, speranda, & desideranda, voluntatis affectu contendimus.

Hic ergo amor priuatus, summis conatibus eliminandus est, si locus est concedendus in corde nostro virtuti: quoniam omnem ipse virtutem sanctitatemque peruerit. Oculum in primis simplicis, & recte intentionis obcaecat. Recta enim intentio in omnibus Deum quaerit, vniuersarum cogitationum, desideriorum, & actionum Deum finem constituit, in eum, tanquam in scopum & metam, toto nisu contendit. Sed proprius amor, relicto Deo, hominem ipsum, cupientem aut operantem sibi finem, prescribit, & non diuinum honorem, sed hominis commoda & emolumenta conquirat. Vitiata autem intentione, omnis labor, omnis conatus in virtute etiam assequenda, omne bonum desiderium, actioque corumpitur; qua sublata, vera virtus & animæ sanctitas stare non potest. Niriurque ad summum proprius amor, homines virtutis studiosos facere, similes Samaritanis, de quibus legimus; Quia cum Dominum colerent, diis quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium: ita sanè homines proprio amori subiecti, non solum Domino, sed suis etiam commodis, quasi imputis idolis seruiunt, & ita illum quaerunt, vt se ipsos magis inuenire & fouere conentur. Deinde amor hic peruersus virtuti charitatis, atque adeo medullæ sanctitatis & perfectionis opponitur: quia amor Dei, & amor sui (vt ex his, quæ nunc diximus liquet,) in opposita tendunt, & ad contrarios fines aspirant. Ille creatorem respicit, iste creaturam: ille Deum, iste hominis emolumentum considerat: ille quid Domino placeat amplectitur, iste quid nobis gratum & iucundum sit, etiam si Deo sit iniustum, amplectendum vociferatur. Amor Dei, fons est omnium meritorum; quia nullum meritum est apud Deum, nisi ab amico per gratiam & charitatem, sibi que gratio, procedat. Amor sui est origo omnium peccatorum; quia nullus nisi immoderate se ipsum amando, & bonum verum sibi concupiscendo, delinquit. Si ergo merita sunt contraria peccatis, origines habent oppositas, nec potest quis Dei amore, qui est initium meritorum, cumulari; & sui amore, qui est initium omnium peccatorum, etiam grauium, possideri: Sed necesse est, proprium amorem in aliquo saltem gra-

Daniel.  
3.1.

Apocal.

August.

Luce 13.  
11.Gregor.  
hom. 31.  
in Euañg.4. Reg.  
17.33.

3. 71.



du eicere, vt amor Dei intret, & omnino relegare, vt ipse Dei amor ex initiis ad perfectionem deueniat. Nemo potest simul vno oculo cælum & alio terram aspiceret, sed tota oculorum acies, aut cælo, aut terræ applicanda est: ita nemo potest Deo & sibi, tanquam fini, inhæret: sed si illum, tanquam finem, diligit, se ipsum vt finem non diligit, atque aded à proprio & immoderato amore discedat, necesse est.

Si verò amor sui, matrem, id est, charitatem, impugnat, etiam filias, id est, virtutes omnes, oppugnat. Et verè ita est. Sicut enim aqua ignem corrumpens, omnibus ad ignem præparantibus & ignem sequentibus interitum affert, & siccitatem, calorem, & splendorem ignis disperdit: sic omnino amor sui, ignem charitatis destruens, vniuersarum virtutum charitatem antecedentium vel sequentium inimicus existit. Fidem obnubilat, spem extenuat, timorem Dei pellit: misericordiam, beneficentiam, æquitatem, mansuetudinem, humilitatem, & chorum reliquarum virtutum auerlat: quia cupiens homo super omnia sibi ipsi placere, sanctissimas virtutes odit, quæ aut docendo, aut contraria proponendo, aut in oppositum laborando, prauis amoris proprii desideris obstitunt. Qui seipsum immoderatè diligit, omnem difficultatem timet, omnem laborem refugit, omnem in suauitatem subire detestatur: quomodo ergo virtutes amabilem difficultatibus plenas & laboribus abundè refertas? Certè claudus contemnit gemmam in alto suspensam, & blandus palpator sui virtutem difficultatibus implicatam. Et quemadmodum qui ad gustum dulcedinis naueant, cibum sibi suauissimum, melle tamen illitum, auerlantur: ita amatores sui, virtutes laboribus & duris exercitationibus inuolutas, gustare non sustinent. Virtutibus autem per proprium amorem relegatis, quid superest, nisi vt passionès & affectus animi, quorum moderatiò à duplici virtute, fortitudine & temperantia, dependet, semper duri, proterui, immoderati, effrenatiq; persistant? Nam proprius amor, qui his præsertim virtutibus se opponit, & pusillanimitas est ac parcitatis inimicus, nunquam huiusmodi affectibus dominabitur. Et sicut imple nimis est in voluptatibus, & bonis sensibilibus querendis; ita amorem post se trahit ad amanda immoderatè sensibilia, & odium ad immoderatè odienda omnia difficilia, & passiones reliquas ad sua obiecta inordinatè sectanda, vt sic quotidie in peius eant, & efficiantur à ductu rationis, se subtrahant. Absalon non tantum voluit Dauidem piùm patrem perdere, sed conatus est omnem populum ab eius ditione separare. Denique facebat hoc omni Israël venienti ad iudicium, & sollicitabat corda virorum Israël. Sic proliis immoderatus sui amor, non solum æternam hominis mortem machinatur, sed, vt facilius illum interimat, omnem populum, id est, omnes passiones, aduersus rationem virtutemque sollicitat. Et quemadmodum draco ille magnus, à Ioanne commemoratus, caudâ traxit post se tertiam partem stellarum: sic amor iste inordinatus, verè draco, qui cuncta nostra merita deuorat, trahit post se tertiam hominis partem, id est, mediam affectuum passionumque portionem, menti & corpori interiectam, vt aduersus spiritum rebellans suis excessibus & stultitiis deseruiat. Satis verò perspicuum est, neminem sine passionum mortificatione posse gemmam perfectionis tenere.

Sed quantum amor sui, studium orationis, & diuinam familiaritatem, atque aded nobilissimum instrumentum perfectionis impediatur, nemo potest ignorare. Equidem puto id non ignorasse Iacob, qui ascensus in Bethel, & facturus altare Deo, dixit ad

omnes viros ac mulieres domus suæ: Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Quia profectò ad orandum & inuocandum Dominum, non sufficit maculas præteritorum peccatorum lauisse, & pristinam conuersationem mutasse, nisi etiam idola desideriorum inanium, quæ proprius amor erigere in corde nostro non cessat, mortificationis sollicitudo deiiciat. Nec etiam filij & serui patriarchè fidelis id ipsum ignorarunt, qui, vt faceret textus statim subdit; & deriderunt ei omnes deos alienos, quos habebant, & in aures, quæ erant in auribus eorum: hoc facto demonstrantes, se, vt possent mundas ad Deum leuare manus, non solum vana amoris proprii desideria abiicisse, sed aures quoque obturando eas impuris huius amoris suasionibus, ab omni prophano ornatu purgasse. Sed & Iacob [in fudit idola, & in aures subter terebinthum, quæ est post urbem Sichem:] quia ita debent à nobis luationes immoderati amoris nostri & desideria contemni, vt quasi sepulta & in puluerem versa, nunquam coram oculis hominis interioris appareant. Quod verò familia Iacob scuit, serui Christi, scilicet iusti, ignorare non poterunt. Si enim norunt, se, vt solem videant, debere oculos in cælum conuerrere, & à terris auocare, quomodo nescient, se, vt Deum contemplantur, debere mentis lumina in Deum ipsum attollere, & à se ipsis, qui visis terra & sterces sunt, curam & considerationem dimouere? Id autem proprium amorem impedire manifestum est: Nam ita natura comparatum est, vt homo id curet, quod amat, id cogitet, id animo voluat, ad id seipsum afficiat, quod diligit. Si ergo, o iuste, te ipsum diligis, & immoderatè diligis, omnia in te ipsum tanquam in finem ordinas, te ipsum vti que cogitabis, tua commoda cupies: quibus ergo vitibus contemplaturus & amaturus es Deum tuum? Scito,

& vide, quia, vt dixit Istaas: Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque, nempe te & Deum, operire non potest. Humanus intellectus ab omnibus visibilibus rebus abstractus, vix nouit ad res cœlestes contemplandas assurgere, & limitatus affectus à creaturis auocatus, nec dum valet se diuinis immergere, quid faciet ille caligine offusus, & ite vinculis compeditus, & vterque proprio amore ad ima depressus? Lego: quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Si ergo thesaurum in terra metipso habes, id est, te & commoda tua, scopum tuarum curarum & tuorum laborum efficit, in te procul dubio, & non in Deo, intelledu, & affectum habebis. Lego in Augustino, quia amor & pondus rationalis naturæ coincidunt. Amor, inquit, meus, pondus meum, illo feror, quocumque feror. Si igitur amor tuus proprius, id est, terrenus est, qui in sæculi vilitates inclinatur, non possum credere, quod orationis & meditationis tempore, sanctis cogitationibus & ferendis desideris in cælum attolleris, sed magis vanis distractionibus ad ima deprimeris. Lego:

Quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Ergo per tui amorem non tantum animalis sed bestialis effectus, minime cœlestia & diuina percipies. Quid plura? Lego: Agrum tuum non feret diuerso femine veste, quæ ex duobus, tertia est, non indueris: quia in veritum nitris, cum agrum cordis tui simul amore Dei & amore tui ipsius lerere curas, & cœlestium ac terrenorum desiderio vitam tuam occupare præsumis. Denique quotidiana experientia te doceat: nam in cella abscondita, fenestris & seris clausis, & ab omni externo opere, quod te interpellat, sequestratus, sextentis phantasiis illuderis, ridiculis voluptatum aut honorum cogitationibus

impugna

Gm. 35.

2.

ibid. n. 4.

ibid. n. 4.

Ista. 28.

20.

Matt. 6.

21.

1. Cor. 1.

14.

Leuit.

19. 19.

2. Reg.

15. 6.

Apoc. 12.

4.



impugnaris, & de caelo ad sterora tuarum comoditatum vel nolens resistensque pertraheris. Trahit autem te herus tuus, amor tui, cui teipsum vendidisti, cuius imperio collum subiecisti, qui non sustinet te, nisi terrenis distineri, & in vanis & noxiis desideriis occupari.

Quia ergo amor proprius & immoderatus nostri ipsorum tam exitiosus est, ideo Dominus non tantum illum vetuit, sed & oppositum odium, quod sanctum quidem est & salutare, praecepit. Hoc enim sonant illa verba Saluatoris: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Odium animae nostrae, seu nostri ipsorum, alicui sane amor opponitur. Non autem opponitur illi, quo nos in Deo & propter Deum diligimus, qui charitas est: sed illi, quo nos in nobis & propter nosmetipsos diligimus; qui amor proprius est. Sicut itaque nos male & immoderate amamus, cum seculi bona & commoda propter nostram voluptatem quaerimus; ita bene nos odio habemus, cum, ut inquit Gregorius, anime carnalibus desideriis non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, cum eius voluptatibus reluctamur. Istud igitur odium nos discipulos Christi efficit, ille amor ab eadem disciplina antea quoque admissos excludit. Istud odium vitam spiritualem profeminat; amor ille reuellit: istud vestem perfectionis apprehendit, ille dirumpit. Denique proprius amor nos perdit; odium vero sanctum nostri in vitam aeternam inducit. Nam, qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Qui, inquam, amat seipsum amore hoc immoderato, quem proprium dicimus, quo se sui ipsius quasi idolum facit, quo bona saeculi & carnis voluptates inquirat, is seipsum in perpetuum perdet. Qui autem seipsum odio habuerit, ita ut voluntates suas non faciat, & a rebus illicitis auellat, in omnem aeternitatem vitam felicem possidebit. Id profecto est, seipsum ad mortem male amare, ut optimè interpretatus est Chrysostomus, & ad vitam sancte se odio habeat. Nam qui cupiditatibus propriae voluntatis obtemperat, aliquod bonum falsum & apparens sibi vult, ideoque male & insipienter se diligit. At qui prauis desideriis contradicit, nonnullam tristitiam sibi importat, qua, quia aeternam latitiam mercatur, bene & prudenter se odit. Aduersus ergo amorem hunc proprium, assiduum & implacabile bellum nobis suscipiendum est, quia charitas & perfectio non dominabitur in cordibus nostris, nisi amor iste moriatur, cuius praesentia, sicut sufficiens est omnia mala gignere, & vniuersa peccata suadere; ita de ipso pata victoria potest cunctos alios hostes spiritualis vitae prostrare, & cunctas virtutes generare. Unde diligit se homo amoris, (ut ita dicam) communis: eo scilicet amore charitatis, quo reliquos homines diligit propter Deum: non vero diligit se amore proprio, quo in se ipsum tanquam in finem tendat. Nam quemadmodum sapienter dixit Augustinus: Tunc est optimus homo, cum tota sua vita pergit in incommutabilem vitam, & toto affectu inhaeret illi. Si autem se propter se diligit, non se refert in Deum, sed ad seipsum conuersus non ad incommutabile aliquid conuertitur. Et propterea cum defectu se fuerit, id est, se diligit, quia melior est cum totus haeret, atque constringitur incommutabili bono, quam cum inde vel ad seipsum relaxatur. Diligat se homo propter eum, cuius gratia factus est, amore vero proprio, & immoderato non se amet, sed potius illum di-

Luca 14. 26.

Gregor. hom. 37. in Eua. g.

Ioan. 12. 25.

Chrysost. hom. 66. in Ioan.

Aug. 1. de doctrin. Christ. c. 22.

ligerter mortificet, ut ad eius mortificationem charitas viuat, & ad ipsius mortem eadem charitas in perfectionem assurgat.

De Mortificatione actuum & excessuum amoris proprii.

CAPVT III.



EST omnia peccata, imperfectiones, & excessus nostri ab amore proprio progredientur, tamen necesse est ea sub quibusdam capitibus comprehendere, ut contra hanc belluam immanem pugnare possimus. Quam non omnino inepte in dracone illo à Ioanne in Apocalypsi conspecto, signatam esse per mysterium coniectamur. Hic habebat capita septem & cornua decem, quibus septemdecim defectus proprii amoris signati sunt, à quibus, tanquam à fontibus, omnium malorum nostrorum, (si bene inspiciatur,) turba procedit. Merito vero non solum capitibus bestiae, sed & cornibus ostenduntur; quoniam ceu capita, animae casus initiant, & ceu cornua, vitam nostram feriunt atque cruentant. Draco autem iste, id est, proprius amor, paratus erat, filium mulieris deuorare, quia eius conatus est, spiritum sanctitatis & deuotionis extinguere. Ut itaque hunc filium animae dilectissimum ab omni iniuria vindicemus, necesse est immanem bestiam adoriri, & eius capita & cornua diligenter amputare, & vnicuique, ne iterum pullulet, gratia ignem admouere. Haec ergo capita & cornua proprii amoris quasi digito demonstremus, & quibus mediis excidenda sint, ostendamus legentibus.

Primum caput amoris proprii, est aestimatio sui, qua quis in seipso deceptus se quid magnum putat, dona sua naturalia aut supernaturalia supra meritum magna, & omni aestimatione digna existimat. Ille in nullo se sibi displicet, immò in omnibus complacet sibi, suos defectus extenuat, labores exaggerat, & de eo, quod rectè facit, ac si suum & non Dei esset, latentem quadam cogitatione & abscondito desiderio gloriam ac laudem concupiscit. Morder hoc venenatum caput ore mortifero non tantum eos, qui scientia, ingenio, & donis naturalibus pollent, sed eos quoque, qui virtutibus, & laboribus pro Christo susceptis, & diuina familiaritate resplendent. Qui non semel quasi furuius dicunt: Non sumus sicut ceteri hominù, & distimulantes seipsum aliquid reputant, aliosque contemnunt. Unde Ricardus Victorinus mystice in Iordani immoderatum sui amorem intelligens, sic ait: Cum ceperit semen illud, quod cecidit in terram bonam, producere de se fructum, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, solet nimirum eo tempore Iordanis vnda altius intrumescere: & ut est humani animi, magna de se aestimare, magnum se aliquem credere, cum viderit se multum fructum facere, & ad maturitatis messem peruenire. Tunc, (nec mirù,) quo maiora de seipso aestimat, eo maiori dilectione dignum se esse iudicat, magnumque est valde, si non usque ad superfluitatem in ima defluat, & iusta aequitatis metas utilitatisque ripas non excedat. Quantum ergo putas, quam magnum miraculum existimas, tibi ipsi vilescere, tibi ipsi magis magisque displicere, eo praecipue tempore, cum incipis magnus esse,

Apoc. 12. 3.

I. Caput.

Luca 18. 11.

Ricar. de exterminat. mali c. 14.

PAZ  
omni



magnūque omnibus apparere.] Et statim, cum dixisset facile esse, quemque seipsum contemnere, cum peccatis forderet, tepiditateque fugerit, subdit: Sed illud magnum erit, si in tempore messis & inter virtutum successus, possit Jordanis vnda intra alvei sui ripas includere, & amoris privati imperum intra modestiæ metas cohibere.] Hactenus ille. Ex hoc capite oriuntur peccata superbiæ, arrogantia, iactantia, & alia similia, ad quæ homo propria sui æstimatione raptratur, quibus (vt dicemus) propria cognitio & humilitas opponenda est, ne nos in atram cæcitate atque in immensa mala deiiciant.

II.

Aliud caput huius draconis est, velle ab hominibus non propter Deum sed propter seipsum amari, timeri, reuereri, & laudari. Nam qui seipsum magni reputat, & aliis meliorem ac præstantiorem putat, non mirum si ab illis amorem supra merita sua ac reuerentiam requirit. Huius autem affectus immoderati meminit Augustinus dicens: Itaque nobis propter quædam humanæ societatis officia necessarium est amari, & timeri ab hominibus, instat aduersarius veræ beatitudinis nostræ, ubique spargens in laqueis Euge, Euge: vt dum auidè colligimus, incaute capiamur, & à veritate tua gaudium nostrum deponamus, atque in hominum fallacia ponamus: libeatque nos amari, & timeri non propter te sed pro te, atque isto modo sui similes factos secum habeat, non ad concordiam charitatis, sed ad consortium supplicij.] Hæc ille. Istud autem inane desiderium & iram generat in eos, qui nos nec amant, nec reuerentur, nec timent: & querimonias, obmurmurationes, ac iudicia temeraria procreat, quibus Prælatos, & æquales & minores nostro desiderio minimè satisfaciens, lædimus, & multa ac magna bona spiritalia dissipat. Christus namque sponfus est animæ iustæ, in qua velut quoddam genus, aut initium adulterij reprehendit, velle ab aliis non propter seipsum amari. Idque sæpe cæcitate, & abundantioris gratiæ subtractione castigat. Multique experjuntur se minus impensè ac tenerè à Deo diligi, quoniam volunt à creaturis amari: & amorem ac reuerentiam concupitam non assequuntur, quoniam hæc, ceu umbra, insequentes fugiunt, & fugientes ac se subtrahentes inquirunt.

III.

Tertium caput ad timorem referri potest, quo quis timet contemptum & vilipensionem propriam, tantum quia sibi noxia est, non quia Deo iudicatur iniusta. Sæpe verò impletur in hominibus, immoderate contemptum timentibus, quod dixit Iob: Quia timor, quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit: ] nam in contemptum, quem timidi fugere conabantur, incurrunt, & despectionem, quam auerfabantur, tristes nolentisque percipiunt. Ex hoc affectu nimia tristitia generatur, pusillanimitasque progreditur, quam si homo viriliter abiecisset, contemptum sanè odio habitum euitasset. Et permittere Domino ipse homo suo proprio amore punitur, quoniam vano timore, ex illo nimio amore procedente, cruciatur. Ac proinde iure optimo hic inanis timor prohibitus est, & per Isaiam Dominus ait: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, deuorabit eos tinea.] Ac per Salomonem: Ne paucas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo.] Sed proprius amor, in quo, si in aliquo, quadrat, quod cæcus sit, hæc monita salutaria non audit, & lepulesculo timidior, nunquam fallaces in sapientium hominum opiniones dictaque contemnit.

Aug. 10. confess. c. 36.

Iob 3. 25.

Isaia 51. 7. 8.

Prou. 3. 25.

Quartum caput ab amore proprio procedens, est inanis quædam & insipiens erubescencia, qua homo de aliquibus defectibus, vel à natura ipsa prouenientibus, vel ab ægritudine aut imbecillitate manantibus, erubescit. Quales sunt priuatio vel mutilatio alicuius membri, deformitas corporis, vinculum linguæ, rectam prolationem impediens, infirmitas vocis, natalium vilitas, muneris deiectio, indumentorum paupertas, & alia similia. Hæc enim respicit amator sui, vt suæ propriæ excellentiæ damna & honoris detrimenta, & ideo nititur illa simulatione contegere, quod si non possit, nescit noxiæ verecundiæ & puerili erubescentiæ modum imponere. Cuius cæcitas eo maior est, quo ipse virtutum absentiam, animæ fœditatem, ineptam loquacitatem non sentit, atque Adæ, aduersus Deum rebellantis, imitationem, ociositatem, & vilissimos vitiolorum pannos, quibus circumdatus est, non erubescit. Ne pro his omnibus confundaris, ] ô frater, vt Ecclesiastici sermo te moneat, quia cum hæc culpa vacent, nullam, si sapienter considerentur, & patienter admittantur, erubescentiæ causam important. Sic à Domino factus es, vel in talibus defectibus ad tuam vilitatem & humilitatis custodiam coniectus; quid medicamentum necessarium habens, ex illo confusione, quam non habet, pertimescis? Ostendam tibi cum ipso sapiente, de quibus sit erubescendum. Erubescit igitur à patre & à matre, de fornicatione: & à prædente & à potente, de mendacio: à principe & à iudice, de delicto: à synagoga & plebe, de iniquitate: à socio & amico, de iniuriantia: & de loco in quo habitas, de furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: & à salutantibus, de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati.] Hæc inquam, tibi sint confusione occasio: si in conspectu parentum, scilicet Christi & Ecclesiæ, rem creatam immodicè amans, fueris spiritualiter fornicatus: si fueris coram Deo, omnium iudice & omnipotente, mentitus: si in aliquo in conspectu eiusdem iudicis tui ac factoris deliqueris: si plebem aut congregationem, in qua viuis, iniquitate scandalizaueris: si socium iniuria affeceris: si in domo tua de furto in legem Dei admisso notatus fueris: si in conuiuio superbiens primas sedes elegeris: si muneri tuo minimè satisfaciens tuam famam denigraueris: si salutante teste præ arrogantia non salutaueris: si intentis & minus pudicis aut cautis oculis pulchram mulierem aspexeris: si ad ampliorem dignitatem euectus, propinquos aut amicos habitos in humili statu contempseris. Pro his, & aliis similibus, quæ peccata sunt, tibi erubescendum est; at pro illis, quæ à natura ex diuinæ providentiæ ordine susceperis, nulla est habenda confusio. Pelle vanum de his, quæ in tua potestate non sunt, noxiūque pudorem; hominibus placere non cupias, sed soli Deo, cui humilia & deuota placent obsequia, licet ab exiguo talento, & ab homine, aliquo defectu naturali impedito, procedant. Tibique persuade, hunc pudorem filium esse immoderati amoris tui ipsius, quem si non viceris, in multis, quæ ad Dei gloriam pertinent, te quasi erubescencia puerili ligatum reperies.

Quintum caput est eorum, quæ opinionem hominis minuere possunt, abscondio, qua nimirum quis vitia, & culpas suas, & defectus occultat, non quidem ob ædificationem proximorum, sed ad aucupandum in cordibus aliorum honorem, & nomen sanctitatis aut virtutis, quam nō habet, obtinendū. Hanc autem dolosam hypocritism, proprii amoris esse filiam, ex verbis Nazianzeni discemus. Ac nobis, ait, ingenij

IV.

Ecc. 42. 1.

Ecc. 41. 21. 22. 23. 24. 25.

V.

Nazian. in Apol. longe post initium





solertia, & cæcus nostri amor, & quod facillè cuiquam cedere nec scimus, nec sustinemus, plurimum ad virtutem impediunt affert, ac velut instructa acie se se iis, qui nobis opem ferunt, opponit: quantumque studium à nobis adhiit eii conueniebat, vt morbum medicis detegeremus, tantum ad medicinam fugendam, adhibemus, atque in nostram perniciem fortes sumus & aduersus sanitatem nostram periti. Vel enim turpiter & abiectè peccatum suppressimus, non secus ac malignum morbum quendam & subputridum in intimis animæ recessibus occultantes, perinde ac magnum quoque Dei visque illius vlticis oculum fugituri, si homines fefellerimus, vel exculpationes in peccatis proferimus, verborum patrocinium vitii nostris exquirentes.] Sic ille. Quanta verò peccata, & quantæ simulationes & falsitates ex hoc affectu nascantur, non est difficile explicare. Sed quid nunc ingentia eorum sacrilegia tangam, qui in sacramentali confessione graui peccata celant, ne vel sacerdotes ipse locum Dei gerens, confidentium casus agnoscat? Quasi Deum ipsum fallere possint, & se coram eo, qui corda & renes scrutatur, mendacis & sacrosancti iudicij iniuriis iustificare valeant. Quid periuria? Quid falsa testimonia eorum commemorem, qui ne Prælato non graue vulnus aperiant, animam suam sæuo mucrone grauisissimi peccati confodiunt? Quid tandem illorum dolos & fraudes edicam, qui vt iniquitatem contegant, operiunt se [vestimentis onium, cum tamen intrinsecus sint lupi rapaces?] Hæc ad viros spirituales non pertinent: quos tamen hoc gerimen proprij amoris non parum inquietat, dum suas imperfectiones excusant, malè facta defendunt, alij quàm sint, sæpe videri volunt, & odium, iram, immoderatum amorem, viuendi socordiam, velamine zeli, iustitiæ, charitatis, & prudentiæ cooperiunt. Certè proprius amor, sapientissimus est [sapientia] carnali, quæ [stultitia est apud Deum,] vel potius callidissimus. Nouit enim in oculis saltem inexpertorum vitia nomine virtutum expellere, & culpas ac defectibus apparentes satis excusationes obtendere. Sed Deus non iridetur.] Tu, qui culpas tuas & defectus occultas, eo ipso hanc bestiam proprij amoris impinguas, & te à profectu charitatis elongas. Deinde culpam, quam prudenti confessione & modica confusione dilucres, ad maiorem & omnibus notam penam in sinu recondis. Facit namque Dominus non semel cum suis, quod per os Nathan dixit ad Dauidem: Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis.]

Matth. 7.15.

1. Corin. 3.19.

Galat. 6.7.

1. Reg. 12.12.

VI.

Sextum caput, est nimia quædam, & immoderata cura poliendi & perficiendi ea opera, quæ visuri sunt homines, & è contrâ, ligenda quædam incuria in his, quæ visurus & probaturus est Deus. Hæc cura est crudelis gladius, quo multi spirituales viri non Dei, sed mundi & vanitatis martyres fiunt. Si concionaturi sunt, anxia eos sollicitudo cruciat inueniendi subtilia, disponendi curiosa, & proponendi inania, quæ non animas lucrentur, sed dicenti honorem & nomen sapientis afferant, & astantium aures permulceant. Si philosophi eas disciplinas aut Theologiam lecturi, molestus angor torquet nouas opiniones excogitandi, & probabiles rationes inueniendi, quibus & se ipsos nominatos faciant, & inaudita confirmant. Si munus gubernandi obituri, inquietum desiderium exagitat auctoritatem erga prima-

A tes captandi, subditis placendi, & cœnobij res augmentandi, quo & supra vires occupationes admittunt, & disciplinam labefactari sinunt. Breuiter hæc cura eos facit, vt hominibus placeant, in omni occupatione publica & exteriori sollicitos. At oratio tepida, psalmodia distracta, lectio curiosa, mortificatio ignaua, mentis puritas nulla, satis ostendunt, illos non pro animæ puritate nec pro Dei gloria, sed pro vana nominis exultatione laborare. Quorum imaginem expressit Salomon in eo sanè, quod domum Domini ædificauit septem annis, domum autem suam tredecim annis. Ita amatores sui ipsorum, tempus, altissimo Deo deputatum, nunc decurtant, nunc omnino surripiunt, & ad vacandum ei vix opportunitatem inueniunt: at in captandis suis commodis; & in his, quæ placeant hominibus, totam ætatem infumunt. O misera ætas, quam vniuersi in nouissimo die fructus & meriti vacuam aspicient. Si enim præceptum summæ veritatis est: Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est: quod isti præmium expectant, quorum oculi proprio amore cæci, solum plausum hominum aspiciunt, & Deo propter seipsum obsequi reu-  
nunt?

3. Reg. 6. 38. & c. 7.1.

Matth. 6.1.

C Postremum caput huius amoris est, quo infelix amator sui vltra in malo progrediens, non tantum ea quæ homines vident & probant, vt eis placeat, facit, sed ea quoque, quæ illi improbaturi sunt, licet bona & Deo grata, ad vitandam confusionem omittit. In hoc verò duplex potest inesse peccatum: Alterum grauius, quo homo debita, ne contemnatur, præterit: alterum leuius, quo libera & spontanea obsequia ob eandem rationem derelinquit. Hic enim perniciosus amor ora concionatorum & consiliatorum obturat, ne liberè verum loquantur: cor iudicum & Prælatorum angustat, ne iustitiam cuique præstent, & disciplinam virtutemque defendant: manus laborantium ligat, ne in rebus abiectis sibi iniunctis, Deo tamen gratis, obediât. Similiter Dei seruos pusillanimes facit, ne à cœtu tepidorum se subtrahant, ne conversationis modum perfectiorem arripiant, ne culpas suas sine scandalo & cum aliorum ædificatione prodant, ne ieiunia, vigiliis, & longius, quàm alij, orationis tempus & alia similia suscipiant. Hæc inquam omnia amator sui sæpe deserit, quia timet ex eis apud homines aliquid detrimentum incurere, & nonnullam auersionem aut confusionem subire. Isto vitio laborabat Nicodemus, qui [venit ad Dominum nocte:] quia videlicet erubuit in die, & coram alijs se Christi discipulum profiteri. Laborabat & Petrus, antequam indueretur virtute ex alto: nam & timuit de consortio Christi confundi, & ideo negauit, se illum nosse, à quo omnia bona receperat. E contra Paulus ea spiritus virtute roboratus ait: Non erubescio Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Illius autem infirmitas ex sui amore profecta narratur, vt eam reiciamus: atque istius firmitas à Dei charitate donata, vt eam opere compleamus. Interest autem nostra, istum affectu compescere, & minimè de oborta apud homines confusione confundi, quoniam Dominus ait: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua.]

VII.

Ioan. 3. 2.

Luca. 22. n. 57. 58. 59. 60. Roma. 1. 16.

Luca. 9. 26.

1. Reg. 2. 36.

E Erursus: Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.] Saluator quidem noster probè sciebat quantum esset opprobrium accepturus ex eo, quod se ad nostram



1. Corin. 1. 23.

salutem deiceret, salutemque curaret: Cuius vita, teste Paulo, Iudæis scandalum facta est, gentibus autem stultitia. At non ob id à cæpto desistit, nec cessavit ab officio Redemptoris. Quanta ergo illorum insipientia est, qui amore proprio decepti ea omitunt, ne aliquam confusionem incurrant, sine quibus aut suæ redemptioni non cooperantur, aut omnino nunquam redemptione potentiuntur? Ecce septem capita draconis, id est, proprii amoris, satis horrenda, ex quibus facillè, quam pestilens sit eius natura, conuicias. Hæc verò qua ratione præcédenda sint, inferius agnosces.

Adhuc de Actibus Amoris proprii.

CAPVT IV.



2. Reg. 18. 24.

Gene. 31. 41.

1. Corin.

YSTICVS ille draco, quo proprium amorem signauimus, septem capitibus gubernatus & decem cornibus instructus esse describitur, quibus animas percutit, & in barathrum damnationis deiicit. Sicut enim decem illi armigeri Ioab, Absalonem tribus confossum lanceis percussurunt, occiderunt, & in foueam grandem detrusum lapidibus obruerunt: ita decem cornua, id est, decem alij amoris proprii excessus, hominem triplici cogitationis, oris, & operis peccato transfixum, grauius interimunt, & acervo lapidum, nimirum vitiolorum onere, premunt. Quòd si dixit Iacob ad Laban socerum suum: Per viginti annos seruiui tibi, & immutasti mercedem meam decem vicibus; non minùs bene potest quilibet homo de proprio amore conqueiri, quia per totam vitam obsequutus est ipsi, & his decem cornibus, per decem vices seruientis sibi, mercedem mutat; quia de vno desiderio in aliud captatum, tandem stipendio veræ mercedis euacuat. Iam ergo septem capita draconis expressimus, nunc decem cornua eiusdem explicemus. Quæ, vt mihi quidem videtur, sunt tria desideria, tres amores, & quatuor amantudines, ab amore proprio ad nos ferreos dos procreate.

Proprius enim amor, quo quis se immoderatè & perueniè diligit, eum ad desideranda & amanda omnia bona, quæ corpori seruiunt, & quibus sensualitas delectatur, vehementer impellit. Nam cum amare sit, bonum alicui vellet, consequens est, vt qui seipsum amat, bonum sibi velit. Qualis verò amor est, talia sibi bona concupiscit. Vnde, qui seipsum malo & terreno amore diligit, & ad fruendum seipso & hoc mundo, amore complectitur, bona huius mundi sibi ipsi, cælestibus contemptis, inquit. Desiderat igitur homo proprio amore fauicus sibi ipsi bona temporalia, non ad necessitatem tantùm, sed etiam ad superfluitatem & vanitatem. Hinc inter nos quoque, qui mundum statu deserimus, & vitam religiosam profitemur, tot res non necessariæ, tot curiosæ, tot pulchræ, & exquisitæ, tot superuacua nascuntur, quibus non necessitati succurrimus, non imbecillitatem ad diuinum obsequium fouemus, sed possidendi amore sub voto paupertatis oblectamur. Non aduertimus, quid status religiosus poseat, quid necessitas admittat, quid professio veter, sed quid cupiditas efflagitet, quid mundus & turba cognatorum aut amicorum ingerat, quid cor terrenum concupiscat. Hoc desiderium nos inficit, quia purissimam mentem, ad Deum possidendum cecaram, retum terrenarum amore miscemus. Hoc nos signaues efficit, vt à Christo du-

ce, ad maiora bella vincenda non admittamur, nec cum spitualibus vitiis, qui à carnalibus vincimur, pugnare possimus. Nam & Gedeon ex præcepto Domini solos eos, qui manu lambentur aquas, ad prælium cum Madianitis admisit: reliquos verò, qui flexo poplite biberunt, ab acie proiecit. Ita qui ad res terrenas amore curatur, ipsi que immo dicè adhæret, non est aptus ad militiam Christi sequendam. Ille verò probabilis, ille electus est, inquit Origenes, qui postquam ad aquas Baptismi ventum est, flexi ad necessitates terrenas & corporeas nescit, qui vitiis non indulget, neque ob peccati situm sternitur pronus. Hoc tandem desiderium nos à possessione Dei, boni in infinitum melioris, excludit. Egregiè namque Prosper ait: Qui vult Deum possidere, renunciet mundo, vt sit illi Deus, beata possessio. Nec renuntiet mundo is, quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio, quia quandiu sua non relinquit, mundo, cuius bona retinet, seruit. Et vique non potest mundo seruire simul & Deo: ac sic propterea voluit Deus cultores suos omnibus renuntiare, propter quæ diligitur mundus, vt exclusa cupiditate mundi, diuina in eis charitas possit augeri vel perfici. Pertimescendum ergo hoc desiderium est, quo proprius amor nos illigatos tenet, ne in vitam perfectam proficiamus, & Deum ac diuina secemur.

Desiderat etiam homo, eodem inordinato amore possessus, illicitas vel non necessarias voluptates, quibus sensus externi delectantur, vel sensus capiuntur interni. Inhiatque in pulchra, quæ pascant visum; in curiosa, quæ mulceant auditum; in suauia, quæ capiant odoratum; in dulcia, quæ oblectent gustum, & in mollia, quæ inescant & tactum. Visum pascit colorum varietas, corporum decor, ædificiorum superbia, vestium & aulæorum splendor, theatrorum ludi, mimorum gestulationes, saltatorum tripudia, & alia quæ ad pulchritudinem spectant. Mulceat auditum vocum melodia, instrumentorum musicorum pulsatio, fabellarum narratio, defectuum proximi auditio, librorum curiosorum lectio, & quæcumque sono continentur. Caput odoratum vnguentorum suauitas, herbarum succus, indumentorum fragrantia, & omnia quæ odore comprehenduntur. Oblectant gustum ciborum delicia, quos vel ipsa natura dedit, vel hominum effrenatus appetitus inuenit, saporum differentia, & conuiuiorum lautitia & abundantia, qua venter nonnunquam ad ea, quæ torqueant, quæ sanitatem eripiant, quæ occidant, capienda distenditur. Inescat tactum vestium subtilitas, lecti mollicies, linteorum pretiositas, & alia, quibus homo ad imbecillitatem infantium & ad teneritudinem mulierum reuocatur. Hæc pro sensibus externis quaruntur, ac pro illis & pro internis, quanta inania; quanta illicita in libris, in discursibus, in consulationibus, & in cogitationum varietate comparantur? Cerrè sensus ea percipiens vix poterit recensere, & decursu temporis numerare. His autem omnibus dum oblectationem quarimus, dolorem & morsum conscientie reperimus, & dum in quietem sensuum nostrorum tendimus, à vera pace, quæ intus residet, elongamur. Vnum scio, inquit Ricardus Victorinus, nec dubitare audeo: quia quandiu amor ad multa spargitur, & ad ima deriuatur, nunquam ad plenam pacem perducitur, nunquam ad veram securitatis tranquillitatem lernatur. O anima infelix & misera! vique quò sollicita es, & turbatis organa plurima, ] porro cum vnum sit necessarium Tandem aliquando fige

Indic. 7. 5.

Orig. hom. 9. in Iudic.

Prosp. 2. de vita cont. cap. 16.

II.

Ricard. tract. 1. de exerc. mali. ca. 19.

Luca 10. 41.

deside



Prover. 17. 14.

Prover. 14. 13.

III.

Bern. ser. 3. in raris pat. marum.

desiderium, dilige vnum. Fœlices illius civitatis ciuites, cuius participatio eorum in id ipsum. Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum, noli sine eas fluere deorsum. An nescis, quia, qui dimittit aquas suas, caput est turgiorum? ] Quid per ima desideria defluis? Quid tibi cum bonis perituris gaudiisque lugendis? An nescis, quia omnis aqua, quæ deorsum currit, in mare descendit? Omnia siquidem flumina intrant in mare, & omnis infima delectatio definit in dolore. His magnus contemplator ab amore temporalium commodorum nos auocat, & meritò: quoniam iuxta illud: Extrema gaudij luctus occupat, ] omnes illicitæ aut superflua voluptates in luctum desinent, & in dolorem conscientia deficiunt. Et quemadmodum omnis aqua dulcis in mare descendit, ibique dulcedinem perdit: ita omnis vana delectatio in suum finem veniens, inquietudinem animæ afferet, & eam, qua nos decipiebat, suauitatem amittet. Quin & animum relinquunt bonis vacuum: nam sicut illæ meretrices, filij prodigi substantiam diripuerunt, & ad pacendos porcos adegerunt; sic voluptates sensuum, delicias & opes animi auferunt, & seruituti concupiscentiæ subiiciunt.

Desiderat tandem homo, si ab amore proprio regatur, honorem, laudem, & excellentiam super alios; & inter desideria nostra, nescio, an aliquod sit hoc desiderio potentius. Mens enim humana ad æternam gloriam creata, cuius tanta est bona suscipienda capacitas conditionisque nobilitas, non potest sine desiderio honoris ac gloriæ esse, qua suo possit appetitui satisfacere. Quare si hoc desiderium in vero honore ac vera gloria quærenda non ponat, qualem in cælesti mansione tenebit, consequens est, vt in vano honore huius sæculi & in inani gloria constituat. Hinc, qui non ducuntur charitatis amore, sed immoderato sui amore reguntur, ad huius sæculi magnitudinem & splendorem aspirant. Nunc ex hoc honoris desiderio Prælationes super alios & dignitates ambiunt: quandoque palam & sine vilo furo, quandoque dissimulanter, & se eas nec cupere, nec libenter admittere, sed obedientia compulsos, ad eas ascendisse fingunt. Nunc sedes honorabiliores & eminentiora loca in conuentibus quærunt, & pro illis vsque ad pugnas & conuita decertant. Nunc splendidiora nomina & titulos illustriores aucupantur, quibus audientibus & legentibus nobiliores appareant. Nunc se arroganter iactant, & ab aliis, verbis extolli, & laudari appetunt, & de nobilitate generis, de rebus optimè gestis, de laboribus exantlatis, & de virtutibus, ac sanctitate magnificari concupiscunt. Nunc opera singularia ostendunt, quæ alius non fecit, ædificia perpetua aggrediuntur, in quibus eorum nomen permaneat: amorem erga seiplos aut intimam principum familiaritatem euigant, parentum claritudinem & maiorum stemmata publicant, & si quid culpa, si quid ignorantia, si quid imperfectionis habeant, aut abscondunt & excusant, aut si non possint, ita vt in aliquem eorum honorem redundet, & quasi ex humilitate manifestant. His omnibus cupiendis, quæ honorem & excellentiam sapiunt, habenas desiderij laxant, putantes se non pro vanitate, sed pro Dei gloria huiusmodi quærere. Legunt namque in Bernardo, Quod sicut temperantiæ est, præconia populi & sæculi eius prospera declinare, sic interdum iustitiæ est, certa quidem dispensatione admittere ea. Sed desiderium eminendi, & modus quærendi, & ratio viuendi in honoribus, &

A inquietudo non acquirendi, & tristitia perdendi satis aperunt se non ad iustitiam, sed ad ambitionem & superbam excellentiam, honorem desiderare & admittere. Illis dicit Dominus non sine pertimescenda comminatione, quod dixit Pharisæis: Væ vobis, quia diligitis primas cathedras in synagogis & salutationes in foro. ] Et optimè istis assignatur væ, qui tam stulti sunt, vt velint periculosis muneribus onerari, & obligatione reddendæ rationis obstringi. Noli quærere à Domino ducatum, inquit Ecclesiasticus, neque à rege cathedram honoris. ] Et Iacobus: Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam maius iudicium sumitis. ] Et Dominus: Vos autem nolite vocari Rabbi; quibus omnibus interdicitur honoris, & dignitatis, & præcipui loci stulta cupiditas. At homo proprio amore cæcus & surdus, has voces non audit, nec pericula animaduertit, sed dum seipsum immodicè amat, aliis dignitate & honore præferti concupiscit.

B Hæc tria desiderat amator sui, sed quid amat? Certè amat hæc eadem, quæ desiderat, vt se opponat illi præcepto Domini, per os Ioannis promulgato: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: Quoniam omnè quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. ] Quæ igitur ex his adeptus est, nempe ex rebus temporalibus, ex voluptatibus, ex honoribus, immodicè amat, non vt mutuo accepta, sed vt propria amat vsque ad contemptum Dei, aut saltem vsque ad detrimentum virtutis & perfectionis amat, & se ab illis patienter auelli non sustinet, & ab aliquo tangi nulla ratione permittit. Hæc autem amore mens humana non leuiter maculatur, & inepta ad suscipienda cælestia dona redditur. Deus enim, vt ait Paulus, lux est: anima verò speculum, quod illa suprema lux radio sui splendoris illuminat. At amor hic visibilibus speculum animæ inficit & turbat, ne cælesti splendore perfundatur. Absalon capillis hæsit quercus, illique vincitibus atque detentus, lucem hanc, qua fruebatur, amisit. Sic & homo rerum visibilibus affectibus compeditus lucem spiritualem extinguit, & eoque aliquando procedit, vt gratiam etiam vitamque spiritualem abiiciat. Quod illa Osee verba designant: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. ] Nam verè, qui variis amoribus rerum visibilibus diuiditur, & quasi in multas partes discepsitur, proximus est peccato, quo quoad Deum eiusque gratiam intereat. Nec nos ab hoc periculo putemus immunes, ex eo quod ea, quæ diligimus, parua sunt, & vitæ huius visibus necessaria; quia hæc si immoderata & ex proprio amore diligantur, non minus quam maiora & superflua puritati mentis officiant. In quam sententiam Cassianus grauissimè ait: Nam illud ridiculum qualiter exprimeretur, quod nonnullos post illum primæ renuntiationis ardorem, quod vel res familiares, vel opes plurimas, ac militiam sacculi relinquentes, semetipsos ad monasteria contulerunt, tanto cernimus studio in his, quæ penitus abscondi non possunt, & quæ neque in hoc ordine non haberi, quamuis parua viliaque sint, esse deuinctos, vt horum cura, pristinum omnium facultatum superet passionem? Quibus profectò non magnè proderit, maiores opes ac substantias contempsisse, quia affectus earum, ob quos illæ contemptæ sunt, in res paruas atque exiguas transfulerunt. Nam vitium cupiditatis & auaritiæ, quod erga species pretiosas exercere non possunt, circa viliores materias resistentes, non abscondisse, sed

C  
D  
E

Luca. 11. 43.

Ecclesi. 7. 4. Iacob. 3. 1.

Matth. 23. 8.

IV.

1. Ioan. 2. 15. 16.

2. Greg. 18.

Osee. 10. 2.

Cassian. coll. 4. c. vli.



sed commutasse se probant pristinam passionem. ] Hæc, & multa alia pulchre Cassianus, Merito proinde reprehendit Nehemias Eliasib, eo quod thesauros Tobia viri gentilis in templum intulerit. Et veni, inquit, in Ierusalem, & intellexi malum, quod fecerat Eliasib Tobia, ut faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei. ] Qua nos etiam reprehensione percellimur, si in domum Dei, id est, in mentis nostræ recessus nimium amorem rerum visibilibus, licet necessarium, inferamus.

2. Esdræ. 13. 7.

V.

Ioan. 16. 7.

August. tract. 94. in Ioan.

Bern. ser. 6. de Ascens.

Ansel. li. de similit. li. 6. 76.

VI.

Non in hoc sistit amator sui, sed qui à proprio amore didicit amare res nimè, dicit etiam immodicè amare personas. Propinquos ergo & conanguineos vsque ad sui odium diligit, amicos & familiares vsque ad distractionem spiritus, & vsque ad aliorum scâdalum, amat, & nullam scit in amore discretionis tenere mensuram. Ignorat fortassis hunc amorem etiam bonorum, Dei amorem mentis quietatem impedire. At Dominus, id, quod amator sui nescire se dicit, mirabili quadam ratione monstravit. Dixit enim discipulis suis: Sed ego veritadico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. ] Interpretetur locum Augustinus, & dicat, quare expediens erat Apostolis Christum abire, & sine eius discessu, quare non poterat spiritus sanctus venire. Expedit, inquit, vobis ut hæc forma serui auferatur à vobis. Caro quidem factum Verbum habitum in vobis, sed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & isto lacte contenti semper infantes esse cupiatis: expedit vobis ut ego vadam, si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si alimenta tenera, quibus vos alii, non subtraxero, solidum cibum non esurietis. Si carni carnaliter hæseritis, capaces spiritus non eritis. ] Et ad idem Bernardus: Itane inuisa paracleto præsentia Christi, aut contubernium Dominicæ carnis? Spiritus sanctus horrebat, quæ (sicut Angelo prænuntiante cognouimus) nec concipi quidem, nisi eo superueniente potuerant? Quid ergo est: Nisi ego abiero, paracletus non veniet? Nisi carnis præsentia vestris subtrahatur aspectibus, spiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, non recipit animus, non capit affectus. ] Si ergo amor hominis Christi aliquantum tenet, aliquantum imperfectus spiritus sancti aduentui obstabat, & mentis ascensum ad perfectionem impediēbat; putas tu quia amor cognatorum & amicorum immoderatus proficiet? Vitis quidem putanda est, ut fructus ferat, & tu similiter cor tuum debes circumcidere, & huiusmodi affectus immodicos erga propinquos & amicos amputare, ut fructus facias perfectionis. His namque affectibus in corde regnantibus, facile ab hoste, ut inquit Anselmus, id est, à diabolo, capiētur. Qui, ait, in monachatum non valet irumpere: nec his, qui monachi sunt, quicquam facere mali, nisi ad seculum redierint corpore, vel aliqua parentum affectione. At proprius amor, qui damna spiritualia non cogitat, & sola temporalia aestimat, etiam cum tam graui detrimento iubet, parentes & propinquos immoderatè diligi, & amicos vsque ad effusionem cordis amari.

A pro vnoquoque eorum millies in singularitatis vitium cadat, & fraternam charitatem, misericordiam erga indigentes, charitatēque pessudent. Et illi quidem plurimas orationes vocales; vltra eas, quas sanctè prudentēque statuit Ecclesia, recitandas suscipiunt, proluxa tempora ad meditandum & legendum sibi præiungunt, ieiuniis, & vigiliis, aliisque alperitatibus supra vires se onerant, & non tam in gratia Dei, quàm in his, veluti in efficacissimis instrumentis perfectionis adipiscendæ, confidunt. Et sicut le-  
B roboam seque [ duos vitulos aureos, ] & in eis, non verò in loco, quem destinauerat Dominus, ipsum Deum adorare constituit: Ita hi non in operibus ad quæ à Domino vocantur, sed in his, quæ mente sua excogitant, ipsi seruire volunt. Hæc non aliter amant, quàm sæculi amatores aurum, argentum, & reliqua bona temporalia diligunt. Nam sicut isti cæco amore ducti propter temporalia Christum deserunt, & eius mandata transgrediuntur: ita illi propter suas orationulas, & propter suum viuendi modum irremisè tenendum, virtutes solidas, quibus boni fierēt, pro nihilo ducunt. Ad opus obedientiæ vocantur: sed nunc precandum est, aut ad proximi spiritalem necessitatem depellendam inuitantur: sed nunc legendum est, inquit: clamat ad eos agrotus in xenodochij lecto secumbens, aut infelix compedibus in carcere compeditus opem postulans, & apud illos onus peccati deponere confessione desiderans; sed hunc diem, inquit, certis exercitiis destinauimus, non possumus exire domo, nec indigentem à suis misericordis liberare. O quantum vales immoderate amor! o quam late dominaris, qui etiam sanctitatis operata ditioni subdis, qui spiritales actiones ad proprium commodum ordinas, qui sub prætextu deuotionis te ipsum quæris, & pro minoribus meliora relinquis! Hæc ergo bona diligenda sunt, sed sine proprietate diligenda, ita scilicet ut illa non ob proprium commodum, sed ob Dei gloriam faciamus: ita ut dum non instat præceptum illa faciendi, propter meliora charitatis opera, si opus fuerit, ad tempus intermittamus; ita ut non nostris laboribus confidentes, propter illos nos meliores esse putemus.

1. Reg. 12. 28.

D Ex his omnibus in amatoribus sui ipsorum quadruplex amaritudo consurgit. Vna est amaritudo tristitiæ, quæ ex propriis desiderijs aliquo modo impeditis exoritur. Qui enim terrena amant, visibilia desiderant, & plus nimio suis occupationibus & exercitiis adhaerent, non possunt non ex impedimento emergente tristari, & aduersus eum qui illud suscitauit, commoueri. Altera est amaritudo inuidiæ, quæ se ipsos amantes alienas virtutes & proximorum dona obscurare conantur, ne sibi aliquis præferatur. Nam amor sui valde superbus est, excellentiam ambit, singularitatem virtutis & donorum amat, & consortium alterius in honore aut dignitate non sustinet. Tertia est amaritudo impatientiæ, quæ immodico sui amore deceptus, aduersus eos, qui suis desiderijs obstant, vel sibi quoquomodo exaquantur, per indignationem irritatur, & verbis aut operibus eorum bonum nomen eleuare aut iniuriam inferre molitur. Postrema est amaritudo scrupulorum, quibus profectò amatores sui ipsorum acriter vexari solent. Nam hæc omnia quæ diximus, non possunt conscientiam teneram & virtutem sitientem non pungere, quam ex vna parte vera iustitia ad se vocat, & ex alia tot, si non peccatorum granium, at defectuum & imperfectonum multitudo delectat. Hæc sunt decem cornua immanis draconis, seu decem tela amoris proprii, quibus omnes homines percussit, & vniuersum genus humanum euenulat.

VII.

VIII.

IX.

X.

Ab his



Ab his iusti se immunes non putent; quia si proprius amor regnat in eis, si non ad graue & lethale peccatum trahat, at innumerabilibus peccatis leuibus vulnerat. Oportet ergo aduersus hunc peruersum amorem pugnare gnauiter, si perfectam virtutem finimus, si ad mentis puritatem & tranquillitatem properamus.

*De Medijs generalibus ad mortificandum proprium amorem.*

CAP V. T. V.

**S**ANCTA Illa mulier Christum, seu eius imitationem, & spiritum perfectionis pariens, sub cuius typo à Ioanne Catholica Ecclesia depingitur, duobus modis, nimirum fuga & praelio, draconis ferociam & immanitatem effugit. De fugâ dicitur: Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo. De praelio verò: Et factum est praelium magnum in caelo, Michael & Angeli eius praeliabantur cum dracone. Quo nobis, si draconis nomine amorem proprium intelligamus, signatum est, aduersus eum, si victoriam cupimus, fuga & bello nos debere pugnare. Fuga est motus animi, quo à nobis ipsis & à rebus terrenis discedimus, & Christi imitationem imbuimus. Ille quippe est solitudo, in quam, dum cordis affectibus venimus, umbraculum ab æstu amoris immoderati, & tranquillitatem inuenimus. Pulchrè sanè in hanc sententiam Ambrosius ait: Solitudinem Ioannes Christum vocat. Solitudo quippe dicitur, eo quod sola sit, deserta ab habitatoribus. Similiter & Christus desertus est à suis, sicut Euangelista loquitur, dicens: In propria venit, & sui eum non receperunt. Et per prophetam loquitur Dominus dicens: Torcular calcavi, solus, & de genibus non est vir mecum. Mulier igitur fugit in solitudinem: quia Apostoli & cæteri discipuli, ex quibus constabat Ecclesia, relicto diabolo relicti que omnibus quæ possidebant, Christum secuti sunt. Hæc ille. Praelium autem est spiritualis ille conflictus, quo aduersus nos ipsos, & omnia prædicta mala pugnamus, eo quidem fine, ut proprium amorem relegant, perfectæ charitati in nobis domicilium assignemus. Quod bellum tam anceps & periculosum est, ut ad victoriam obtinendam egeamus sanctorum Angelorum præsidio iuvari. Quibus & omnis pugna & omnis victoria conuenienter ascribitur; quoniam licet nos aliquid faciamus, dum cooperamur Deo, tamen hoc opus prius atque præstantius est gratiæ Dei, qui caelestibus prædijs hanc bestiam in nobis amoris immoderati prostermit. His ergo duobus instrumentis, fuga & praelio, omnis armatura aduersus hunc hostem comprehensa est: nam dum à nobis ipsis fugiendo discedimus, & prædictos affectus pugnando calcamus, victores profecto huius peruersi amoris existimus. At quia non sufficit ita summatim arma contra hunc importunum hostem notare, libet ea ad legentium utilitatem, seruata debita breuitate, sigillatim attingere.

Tu ergo, ô iuste, qui itineribus externæ abnegationis emensis, ad sublimiorem abnegationem cupis ascendere, & primo loco, cum principe omnium hostium animæ, scilicet cum proprio ac immoderato amore, pugnare, his quæ subiicimus, armis tibi pugnandum est, ut coronam victoris accipias. Principio duas vestes, nomine quidem oppositas, sed

**A** naturâ sorores, diffidentiam & confidentiam inducunt. Diffidentiam scilicet, quâ tibi ipsi, veluti abyssus omnis imbecillitatis & impotentia, diffidas: confidentiam verò, quâ in Deo potentissimo, benignissimo, ac omnium donorum auctore, confidas. Paris enim in hoc negotio periculi est, aut nobis ipsis, qui nihil profus valemus, fidere, aut de eo, qui omnia potest, & nostram perfectionem vehementer sitit, desperare. Nos huius operis instrumenta sumus, ille causa prima atque præcipua, ut omnis Theologia clamat, & Marcus Eremita egregiè his verbis exposuit: Quemadmodum ferrum dum secat, scindit, arat, plantat, ipsum quidem, quatenus impellitur, aliquid præbet; alius tamen est, qui mouet, & agitatur: ferrum: & ubi fuerit attritum, igni mandat, & instauratur: hunc in modum homo, licet exerceatur, & laboret, operans quod bonum est, Dominus tamen clam in ipso operatur; & dum labore fatigatur & atteritur, ille consolatur, atque recreat animum: ut ait Propheta: Num gloriabitur securis absque scindente: aut in altum trahetur terra sine trahente? Nostræ itaque naturæ admoniti, qua sine Deo in minimis, necdum in maioribus nihil possumus, de nobis ipsis desperemus, at in eo, qui nos ad bonum mouet, confidamus.

**B** Hic autem affectus, quo quis de se ipso diffidit, & in Deo omnipotente confidit, orationem parit, facitque auxilium pro obtinenda huius hostis victoria postulari. Ora igitur obnixè Dominum, ut ipse in te amorem immoderatum vincat, & vires gratiæ tibi ad fortiter dimicandum concedat. Casta illa Iudith, cui Dominus cor virile ac planè robustum impresserat, volens Holofernem occidere, ita precata est: Confirma me Domine Deus Israël, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, ut, sicut promissisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas, & hoc quod credens per te posse fieri cogitavi, perficiam. Hanc eandem orationem cum proprio amore pugnaturus, ex ore huius sanctæ mulieris assume: O Domine, qui Deus omnium cum sis, iustorum, & videntium te, Deus nuncupari voluisti, respice seruum tuum, obsecro, tuum auxilium implorantem, & in omnibus, sed præcipuè in hoc insigni opere, quod caput est cæterorum, à tua larga benedictione pendente: Robora infirmitatem meam, sine te penitus impotentem, faue conatui meo, quem tu dedisti, sine tuo præsidio frustra aliquid molient, ut meum immoderatum amorem vincens, animam meam erigas, & puritatem eius, quam iam incœpisti, perficias. Sic aut aliter pro adipiscenda amoris proprii victoria, tibi orandum est, & non semel, sed quotidie hæc est oratio fundenda, quia licet hodie in occasionibus occurrentibus, quæ multæ sunt, hunc amorem vincas; tamen cras illum procerum & aduersus te insurgentem senties. Ora ergo quotidie, ut quotidie diuina gratia adiutus illum repugnantem virtuti subiicias.

**C** Enitere magis ac magis Dei charitatem augere, & diuini amoris affectibus, si fieri possit, singulis momentis, tibi ipsi prestare. Hic enim purissimus amor est lux, quæ tenebras terri amoris dissiat: est relictudo, quæ mentem in terram curuatam effert: est calor, qui frigus distorti in nos amoris dispellit. Et quidem amor Dei est acutissimus gladius, qui caput proprii amoris amputat, ut vitæ in nos regnare non possit. Nam caput, id est, præcipuum in amore proprio illud est, quo homo per hunc amorem omnia in se ipsum ordinat, quatenus suum bonum non ob aliud, quam ob se ipsum, peroptat. Caput hoc charitas præcidit, quæ in Deum vnice dile-

Mar. Ere. de paradiso & lege spir. ad finem. To. 3. Bibliotheca.

Isaia 10. 15.

Iudith. 13. 7.

Apoal. 12. 6. & 7.

Ambros. in 6. 12. Apoc.

Ioan. 1. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

PAZ  
Tom II



Iustin. li.  
de disci-  
pli. mo-  
nar. con-  
uer. c. 10.

atum refert. Vnde Laurentius Iustinianus: Charitas, ait, cum sit abyssus indeficiens, riuus defluens, Paradisus affluens, lumen irradians, cibus replens, satietas fouens, exultatio eleuans, vinculum vnians, amor liquefaciens, gustus inebrians, sicut ordinatur à Deo; ita cunctas ad eum dirigit actiones, intentiones, & affectiones, quæ quanto purius exercentur, tanto vehementius ipsam, de qua prodeunt, augent charitatem. ] Sic ille. Semper itaque dilige Dominum, & hæc, si non tota, at præcipua occupatio tua ad Deum ignitis affectibus aspirare, eosque sine vlla cessatione aliis occupationibus, quantum permiserit discretio, miscere, qui facient vt te, & reliqua propter Deum tam ardentem dilectum diligas, vt illum peruersum amorem, quo te & reliqua propter te diligis, omnino prosternas. Paulus fratrum amore succensus, ait: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. ] O si erga Christum amore charitatis arderes, quomodo te ipsum despiceres, & pro illo anathema esse, & ab omnibus despicere ac conculcari gratum haberes! Si ergo odium tui concipere aues, ama; ama, inquam, illum cuius amor potentissimus est, qui vt se non amet, immò nec sentiat, mentem inebriat.

Rectam intentionem non tantum habitu aut virtute, ( vt dicitur, ) sed actu in omnibus habe: ita scilicet vt in cunctis, quæ cogitas, vel desideras, quæ loqueris, vel agis, non teipsum, sed Deum tuum eiusque beneplacitum & gloriam inquiras. Dic frequentissime, sed præcipue cum aliquid commoditatis assumis, id quidem non propter me capio, non propter meam commoditatem admitto, sed vt me Domini voluntati subiiciam, cui gratum est, me commodum istud accipere. Si cum æquali eius gloria possem, magis vellem ad mei abnegationem hac commoditate aut voluptate catere. Ista in omnibus intentionis directio ex animo facta, crede mihi, mirum in modum mentem purificat, & in dies proprium amorem extenuat: adeò vt homo his affectibus aduetus, planè sentiat, se cum Dei gratia solum ad eius voluntatem explendam quæque commoda acceptare.

Triplex autem est recta intentio, vt Henricus Herpius annotauit: altera recta, altera simplex, tertia deiformis, & hæc adeò proprio amori repugnat, vt si perseveranter teneatur, illius vires infringat. Intentio recta est, qua homo bona operatur, & mala fugit principaliter propter Deum: iuxta dictum Gregorij: Rectus est ille, qui aduersis non frangitur, qui ad temporalia non inclinatur, qui ad superiora totus erigitur, qui diuinæ voluntati totus subiicitur. Intentio simplex est, qua homo non solum intendit Deo placere, illum laude atque honore afficere, verum etiam querit, omnibus operibus Deo se per imitationem vnire, eiusque quoad fieri potest, perfectionem induere. Intentio deiformis est, qua quis tam in prosperis quàm in aduersis Dei gloriam & imitationem querit, solum vt illi placeat, & quia ipse Dominus vult prospera ab operante admitti, & aduersa atque amara fortiter sustineri, nec vilo modo homo seipsum inquirat. Quæ intentio non ineptè deiformis vocatur, quoniam nos nostris commodis exuit, & vndique Dei voluntate conuestit. Et sic eam appellauit Bernardus, dicens: Quoniam scriptura loquitur, Deum omnia fecisse propter semetipsum, erit profectò vt factura sese quandoque conformet, & concordet auctori. Oportet proinde in eundem nos affectum quandoque transire, vt quomodo Deus omnia esse voluit propter semetipsum, sic nos quo-

Roma. 9.  
3.

Herp. in  
directorio  
mortif. 2.

Greg.

Bern. de  
diligendo  
Deo. 5.  
Felix.

A que nec nos ipsos nec aliquid aliud fuisse, vel esse velimus, nisi æquè propter ipsum, ob solam videlicet ipsius voluntatem non ob nostram voluptatem. Delectabit sanè non tam nostra, vel sopita necessitas, vel sortita fœlicitas, quàm quòd eius in nobis, & de nobis voluntas adimpleta videbitur: quod & quotidie postulamus in oratione, cum dicimus: Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. ] O amor sanctus & castus! ò dulcis, & suavis affectio! O pura & defœcata intentio voluntatis, eo certè defœcator & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtum relinquatur: eo suauior, & dulcior, quo totum diuinum est, quod sentitur! Sic affici, deificari est. ] Hæc ille. Istam ergo intentionis rectitudinem ardentem postula, instanter efflagita, & ex illa omne opus, & omne desiderium, ac cogitationem proferre cura, qua validissime & proprium amorem prosternes, & ad mirabilem tranquillitatem assurges. Tunc aduersi euentus mentem non pungent, tunc dolores & ægritudines bene sapiant, tunc honoris iacturæ & infamiae dulcescent, quia in his omnibus diuinam voluntatem, ad quam tendebas, impletam inuenies. Interim verò quòd hoc donum ex Deo accipis, sat scio, & expertus loquor, proprius amor te prosperis successibus per vanitatem extollet, & aduersis per tristitiam, impatientiam, & pusillanimitatem, dilacerabit. Vt enim inquit Leo Papa: Quod de specie, de copia, de varietate blanditur, non facile declinatur, nisi in illa visibilibus pulchritudine creator potius quàm creatura diligatur. ] Diligatur itaque creator, & tu, ac reliqua omnia tantum propter ipsum amentur, vt sic proprius amor corruat, & Dei amor in dies magis ac magis accrescat.

B Odiu tandem tui ipsius comparare curato, nam sicut lux tenebras discit; ita odium sanctum tui ipsius peruersum amorem repellat. Est autem hoc odium nihil aliud quàm affectus voluntate conceptus, quo aduersa & molesta corpori tibi eligis, quo dulcia & suauia carni subtrahis, quo nullum bonum, siue corporale siue spirituale, tibi, nisi propter Deum, concupiscis. Hac similitudine qualitatem huius affectus intelliges. Sit tibi amicus charissimus, cuius amor te totum possideat, cuius voluntatem explere super omnia desideres: Sit illi seruus tibi infestissimus, quem magno odio habeas, cui multa mala inferre non dubites: Hunc seruum libentissime flagellares, & verbis proscinderes, si id gratum hero illius & amico tuo esse cognosceres. E contra verò cibum, & potum, & vestem, & reliqua ad vitam necessaria illi, non propter ipsum, sed propter amicum tuum, quem scis ita velle, concederes. Eadem si tibi accommodaueris, erga te ipsum odium salutare concipies. Amicus enim est Deus, quem debes ex toto corde & ex tota mente diligere: Seruus es tu ipse, qui non alteri, sed tibi metipsum magnum ac multiplex malum intulisti. Considera enim te esse geminum, cum naturam bonam ex seque Deo subiectam habeas; & propensionem ad malum, ex primo parente hæreditate transfusam, seque ipsam querentem, nodum omiseris. Hunc ergo seruum rebellem, & tibi maxima mala afferentem duriter tracta, libenter percutite, & afflige in omnibus, quæ Deo grata esse perspexeris. Si autem pascis, si foues, si sustines, non propter illum, sed propter amicum, id est, propter Dominum ita volentem ac præcipientem, efficiet. Scito verò istud odium salutare, quod charitatis est frater, eadem prorsus ratione ac

Math. 6.  
10.

Leo. ser. s.  
de ieiunio. 7.  
mensis.

chari



charitas, generati. Nam sicut charitas erga Deum, iteratis amoris actibus & assidua oratione gignitur: ita odium tui, odij actionibus (id est, assiduis abnegationibus & oratione) procreatur. Quod manifestè testatus est Augustinus, dicens: Prima hominis perditio fuit amor sui. Si enim se non amaret, & Deum sibi praponeret, Deo esse semper subditus vellet. Non autem converteretur ad negligendam voluntatem illius, & faciendam voluntatem suam. Hoc est enim amare se, facere voluntatem suam. Prapone his voluntatem Dei, prapone melioris voluntatem, disce amare te, non amando te. Sic ille. Sape itaque teipsum abnega, in omnibus (quoad fieri possit) te mortifica, tuae voluntati contradicito. Idque non tam ob tuum profectum facias, quam vt Deo obsequium praestes, & eius voluntatem perficias. Ora etiam instanter (quod iam diximus) vt tibi hic sanctus affectus concedatur, quia verè donum est Dei, quod homo sine ope caelesti, non solum non habet, sed nec possibile esse cognoscit. Si autem ita fueris teipsum ac prauos cordis affectus detestatus, absque vllò peccato aut perfectionis defectu diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Nam verè Dominus ipse proximus tuus est, qui tibi & Deus & pater est. Et omnes homines proximi sunt, quos tibi Deus naturà coniunxit. Amor verò proprius inimicus est tibi, qui bona caelestia à te surripuit, & tot damna, id est, tot peccata, in tuum caput sine cessatione congescit. Iam igitur Deum tuum & vniuersos homines dilige, hunc verò amorem odio habe, qui tantorum malorum initium existit. Sicque prapceptum implebis, quod Dominus in hoc sensu nunquam auxit, nec aliqua adiectione correxit. Occiditque Amalec, & delebit nomen eius sub caelo, quia hunc principem hancve originem peccatorum interimes, ne ipsa te interimat, & à vera vita deiciat.

*De specialibus medijs pro mortificatione proprii amoris.*

CAP. VI.

**S**PECIALIA documenta pro obtinenda amoris proprii victoria generalia sunt, quae vniuersis eius malis repugnant, sed sunt alia magis specialia, actibus huius amoris opposita, quae etiam opere tenenda sunt, vt crudelis sanctae perfectionis hostis intereat. Haec autem breuiter percurramus, vt arma accommodata ad resistendum multiplicibus eius incurtibus habeamus.

Contemne igitur teipsum, o homo, & vt ex corde contempnas, saepe teipsum inspice, & quis ac qualis sis, penitus agnosce. Minime dico nunc, vt scias te hominem esse, id est, calamitatum, & vilitarum, & caecitatum abyssum, (id namque non diffiteris,) sed dico vt scias te non esse hominem singularem, alius scientià, aut virtute, aut alio dono praelatum, sed vnum esse ex multis millibus, quos Deus quotidie & natura progignit. Tibi dicunt reliqui homines, & merito, quod Iob effatus est: Secundum scientiam vestram & ego noui, nec inferior vestri sum: quia te vera, quae tu cognoscis, comprehendunt, quae conaris, possunt, & quod pertingere cupis, accedunt. Sol illis oritur, sicut & tibi, & Deus, qui omnium est Dominus, non solum tibi, sed reliquis quoque dona concedit, & ita te condicione similibus colligauit, vt

A paucis praponeret, & infinitis pene supponeret. Id itaque de te sentias, id de te praesumas, quod infimum animalculum, inter innumera alia paria & maiora creatum, par est de seipso sentire. Id sanè proprio amori repugnare non obscure docuit Augustinus, qui amatorem sui in filio prodigo reuertente ad patrem intelligens, ait: Si ergo exierat à se, & à quo exierat redeundo ad se, vt eam ad patrem, neget se. Quid est, neget se? Non praesumat de se, sentiat se hominem, & respiciat dictum propheticum: Maledictus omnis, qui spem suam ponit in homine. Subducatur se sibi, sed non deorsum versus. Subducatur se sibi, vt hereat Deo. Quicquid boni habet, illi tribuat, à quo factus est: quicquid mali habet, ipse sibi fecit. Hæc ille. Maximi momenti est ista modesta aestimatio sui, qua quis non excelsa de se sapiat, ne amore sibi ipsi immoderatis inhareat. Quam quia non habes, dum te singularem putas, latentem quadam cogitatione te aliis prapones, & singulari amore dignum ducis. Ac proinde necesse est, radicem tollas, vt tami huius arboris, id est, actiones huius amoris arefiant.

B Ne velis singulariter ab hominibus amari, aut timeri, nec laude ac reuerentia affici. Si enim ad summum es vnus ex aliis, non verò super alios, non est cur illis amore, vel laude, vel quoniam alio affectu apud alios emineas. Immo id ob amorem Dei cupias, vt homines te non diligant, te aspernentur, & nulla laude dignum fateantur. Si quando de seipso loquaris, te, & tua quantum veritas patietur, verbis extenua: & melius est (nisi causa specialis adit) nihil de seipso loqui, nisi quod possit te ad tui deiectionem & ad humilitatem adiuuare. At si necessitas instet laudandi, aut excusandi teipsum, quæ profectò instat, cum id vel gloria Dei, vel proximorum magna edificatio, vel muneris demandati executio, vel scandali vitatio postulet, tunc non sine directione intentionis ad Deum, nec sine modestia te lauda aut excusa, vt propria laus ac propria defensio non tui amorem augeat, sed praesenti necessitati subseruiat. Sic se laudauit Paulus, cum opus fuit: & donis Dei, ne illum extollerent, suam eadem serie verborum infirmitatem commiscuit. Quin & laudationem suam illa correctione concludit: Factus sum insipiens, vos me cogistis. Hæc laudes ex necessitate & recta intentione aut susceptæ aut admittæ culpa vacant, nullamque Deo, sicut laudes superborum, iniuriam irrogant. Sicut enim gratis culpa est, ita quæ Gregorius, sibi hoc hominem arrogare, quod non est: sic plerumque culpa nulla est: humiliter bonum dicat, quod est. Vnde saepe contingit, vt iusti, & iniusti habeant verba similia, sed tamen cor longè dissimile, & ex quibus dictis Dominus ab iniustis offenditur, in eisdem quoque à iustis placatur. Id statim in Pharisæi & Ezechiae verbis ostendit, quorum iste, quia ex humilitate se laudauit, vt misericordiam acciperet, placuit, & ille quia se ex superbia prædicauit, & alde displicuit. Sed eam necessitate compulsius te laudaueris, aut laudes tuas ab alio prolaras sustinueris, postea ad cor rediens, teipsum vehementer argue, reprehende, atque vituperâ, vt sequens vituperatio sit praecedentis laudis medicina, quæ laus hæc ex necessitate suscepta, quasi venus pestilens laedit, & caput propria aestimationis ac proprii amoris extollit.

C Contemptum apud homines & confusionem non timeas, & quæ ad hunc timorem repellendum valent, attentè consideres. Haec autem non pauca esse possunt, nec leuis momenti: dum verò alia menti non occurrunt, tria ista cogita. Vnum est, te ob pusilla

D

E

Aug. ser. 47. de diuersis c. 2.

Matth. 5.

Aug. ser. 47. de sanct. c. 2.

Jerem. 17. 5.

2. Cor. 11. 11.

Greg. 12. mor. c. 11.

Luce 18. 11. aia 38.

peccata,



*Psal. 61.*  
*10.*

*Iob 31. 6.*

*Iob. 27. 5.*

*Hebr. 12.*  
*2.*

*Leuit. 23.*  
*18.*

*Greg. 1. p.*  
*Pastor. c.*  
*11.*

peccata, & ob presentem ignauiam dignum esse magno contemptu, quem paruula confusione apud homines sustentata redimes. Alterum est, homines saepe falli, de quibus dicitur: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: ] quid autem refert, iudicio ignorantium non probari, & statera dolosa minus habentem inueniri, dummodo iudicio Domini proberis, & eius statera integer inueniaris? Hanc stateram suspiciebat Iob, dicebat enim: Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam; ] fallaces vero hominum stateras penitus aspernabatur, ad quos ita loquutus est: Abiit a me, vt vos iustos esse iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. ] Tertium est, Saluatorem nostrum crucis sustinuisse patibulum, multis ac magnis ignominis circumseptum: de quo Paulus: [Sustinuit crucem confusione contempta,] cuius certe membrum non apparet, qui ignominiam vsque adeo timet, & minimè contemptum contemnit.

Omni erubescientiam abiice, quæ ex defectibus naturalibus manar, & te luscum, balbum, aut deformem, ad diuina obsequia siue negotia tractanda cum debita libertate compelle. Defectum habentes in corpore, propter decentiam & propter significationem ab altari Domini repellentur, sed non prohibebantur ab exercitatione virtutis. Non est cur tu, defectum corporis inculpabiliter patiens, præ inepto pudore ab actionibus virtutis abstineas. At defectum habens (inquis) corporalem, ad Domini altare conscendo, & hierarchica ministeria tracto, nec valeo eo decore ac splendore, atque alij, meo muneri satisfacere. Sed rogo à te, apud quos splendorem exquiris? An apud homines? Sed hoc est hominum gloriam querere, hominibus placere velle, & proprium amorem virtutis etiam actibus impinguare. An apud Deum? At apud illum nitet virtus, splendet animi puritas, nec est contemptibilis aut ridicula corporis imbecillitas. Audis in Leuitico Dominum præcipientem: Homo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si paruus vel grandi vel torto naso, si fracto pede, si manu: si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si imperiginem in corpore, vel hermosus. Sed audi etiam Gregorium exponentem quid ista significant: Cæcus quippe est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat, qui presentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quò gressus operis potrigat, nescit. Claudus est, qui, quò pergere debeat, aspicit, sed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ non valet tenere, quam videt. Ille est paruus, vel grandi, vel torto naso, qui aut mensuram discretionis non tenet, aut immoderata discretionem, quæ eo ipso, quòd immoderata est, in imprudentiam vergit, rectitudinis mensuram confundit. Ille est fractus pede vel manu, qui in via Dei ultra non pergit, & virtutum actibus non insistit. Gibbus est, qui terrenis desideriis ad ima deprimitur: Lippus, cuius ad videnda cælestia animus obscuratur. Albuginem habet, qui veritatem agnoscens, arrogantia tumore distenditur: iugem scabiem, cui carnis ardor dominatur: imperiginem, qui possidendi cura mordetur: ponderosus est, qui prauis cogitationibus, quasi in multa discerpitur. Hæc, frater, si habes, tibi pudorem iniiciant, qui salutaris est, & ad vitiorum emendationem prouocat. At defectibus naturalibus affectus, Deo seruire non erubescas, si Ecclesia te ab altari non arceat, sed vt filium mater benigna sustineat.

**A** Non abscondas defectus vel culpas tuas, immò interdum ex consensu spiritualis patris coram aliis fratribus reuelato, si ex illis nullum scandalum generatur, nec minor ædificatio dānūmve tibi vel illis, qui audiunt, obtenditur. Id viros sanctos fecisse legimus, non tantum in suæ conuersionis exordio, sed etiam post multam virtutem adeptam: id etiam spirituales viros multis sanctis laboribus exornatos, & venerabili canitie conspicuos, non sine magna ædificatione nostra egisse conspeximus. Augustinus certe in libris confessionum, ad humilitatis augmentum & proprii amoris decrementum, ineptias iuuentutis suæ litteris consignauit. Quem ex parte imitantur, qui licet non scripto, verbo tamen coram fratribus negligentiosas suas pandunt, & ignorantias ac defectus, nullum scandalum afferentes, aperiant. In quibus exercitatio hæc sicut humilitatem affert, ita proprium amorem obtundit. Nam sicut hic culpas & defectus excusat, ita odium sanctum quatit pia humilitas, qua quis seipsum accusat. Quam autem habeat utilitatem ista culparum detectio, Bernardus optimo simili patefecit. Propterea dico vobis, charissimi, vitæ est abscondere magis, quam ostentare, si quid habemus boni: sicut & mendici, cum elemosynam petunt, non pretiosas vestes ostendunt, sed seminuda membra aut vlcera, si habuerint, vt citius ad misericordiam videntis animus inclinaret. ] Sic ille. Et ita profectò est, quòd dum vlcera defectuum nostrorum fratribus aperimus, largam benedictionem à Domino comparamus.

**C** Ne te placendi hominibus cura sollicitet, aut anxietas displicendi molestat. Seruus enim in obsequiis dominum suum respicit, illi tantum placere cupit, illi molestiam afferre metuit. Et tu seruus Dei es, non hominum, quare eorum gratiam aucupare, & auersionem amouere curabis, ac si ab eis præmium expectares, eisque, mancipiij more, seruires? Insuper, inquit Bernardus, tu, qui merces congregas in saccum pertusum: qui thesaurum tuum alieno in ore constituis: ignoras quòd aca ista non clauduntur, nec seras habet? Quanto melius sapiunt, qui thesaurum suum ipsi sibi seruant, aliis non committunt? Verum nunquid semper seruibunt? Nunquid semper abscondent? Veniet, cum manifesta erunt abscondita cordis, quæ verò non fuerint ostentata, non comparebunt. ] Hæc ille. Dum ergo te ipsum insipienter amas, & hominibus placere gestis, aut displicere formidas, te verissimo odio, illòque satis noxio prosequeris, quia labores tuos tibi surripis, & inani gloriæ vorandos committis. Satiis ergo est, hominum opiniones pro nihilo ducere, & Dei solius beneplacitum queritare.

**E** Corpori tuo perpetuum bellum indicito, sensus omnes, non tantum ab illicitis, verum & à licitis comprime, delicias ac voluptates nega, & carnem assidua & prudenti afflictatione castiga. Quòd sanè non putabis difficile, nec durum aut importabile iudicabis, si corpus tuum, hostem tuum esse, quòd mortem animæ machinatur, attentè consideres. Quid namque sunt impuri motus eius, quid clamores eius, illicita aut superflua poscentes, nisi immanes ictus, quibus vult mentem peccati gladio necare? Hanc in corde cogitationem fouebat Macharius Abbas, qui cum sporta arenis plena onustus incederet, & à quodam interrogaretur, quare ita seipsum oneraret, vexo vexantem me, id est, carnem quam gestabat, clara voce respondit: Eandem Dorotheus Abbas sanctissimus versabat in pectore, qui, vt narrat Sozomenus, durissimam vitam aggressus, & irridem rogatus ab alio, cur corpus ita conficeret, hoc

*August.*

*Bern. ser.*  
*4. de Ad.*  
*uentu.*

*Bern. ser.*  
*4. de ad.*  
*uentu.*

*Suuius in*  
*Inquar.*

*Sozome.*  
*lib. 8. hist.*  
*c. 29.*

respon



Hieron. in  
vita eius.

responsum protulit: Quia illud me conficit. Eadem tandem regebat Beatus Hilarion Abbas, qui, referente Hieronymo, corpori suo recalcitranti & deliciis meditati, dicebat: Ego aelle faciam, vt non calcitres: nec te herode alam, sed palcis. Fame te conficiam, & sicut graui onerabo pondere, per astus indagabo, & frigora, vt cibum potius quam lasciuam cogites. ] Corpus igitur, hostis cogitandus est, à quo debemus prudenter cauere, eiusque motibus effranatis, afflictionibus & laboribus, obstat. Quòd si putamus, hostem hunc atque inimicum esse cum reliquis inimicis diligendum, sciamus illum verè corpus suum diligere secundum Deum, qui ei illicita negat, & ne in prohibita desinat, aliorum quoque concessorum priuatione castigat. Si enim pater diligit filium, dum eum ob inique facta reprehendit, & punit, vt, quæ in futurum esse possent, mala vitet, & præterita luat, quis non videat corpus ab homine diligi, dum illud per mortificationem à malis auocat, & ad virtutis opera sectanda atque amplectenda reuocat? Corpus itaque, vt equum indomitum, rege, & vt belluam, sua tantum commoda respicientem, mortificatione comprimito, vt proprio amore circa corpus abnegato, facile sit ad maiora bella progredi, & illum in magis arduis ac difficilibus vincere.

Bona temporalia affectu desere, si fortè relinquere non vales actu: Si verò ex illis es, qui omnia pro Christo reliquerunt, paupertatem ama, vt fontem verissimarum opum, & nihil quod ipsa aueretur, habere sustineas. Vilis sit vestis, moderatus lectus, communis cibus, curta supellex, & omnia non luxui, non vanitati, sed puræ necessitati deseruiant, quæ etiam, si deseruiant, patientia sufferat, si adfuerint, non propriæ commoditatis desiderium, sed amor exequendæ diuinæ voluntatis admitat. Hoc est enim quod monet Gregorius, ita scribens: Iusti nec oblata bona hinc pro magno suscipiunt, nec illata mala valde pertimefcunt, sed cum bonis presentibus vtuntur, ventura mala metuunt, & cum de malis presentibus gemunt, bonorum sequentium amore consolantur: sicque temporalia resouentur subsidio, sicut viator in stabulo vitur lecto; pausat, & recedere festinat, quiescit corpore, sed ad aliud tendit mente. ] Qui ita temporalia accipit, mirum in modum proprium amorem in dies imminuit. Estque ex illis, qui Pauli præceptum implent: Hoc itaque dico fratres, tempus breue est. Reliquum est, vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint ] & postea: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. ] Ita quippe presentibus vtitur, vt tamen immodico eorum affectu non faderetur. Verè homo sapiens, qui ita necessaria accipit, vt cor suum illibatam in Dei sui habitationem obseruet. Nam ille prudentissimus est, inquit Hugo, qui sic scit transire in vsum vetere, vt tamen non noxi in eorum defectu mentem à sua stabilitate declinat. ] Ita igitur temporalia accipias, vt affectui non adhareant: ita respicias, vt concessa simpliciter sumas, & si ei non offerantur, patienter sustineas.

Honores ac dignitates non queras; oblatas, si potueris, prudenter fugias. Et quidem potetis: paucissimæ enim aut ferè nullæ sunt iam congregationes in Ecclesia, in quibus dignitates dignis uolentibus ingerantur, immò vltro se ad onus offerentibus, & postulantibus, & ambientibus conceduntur. Tu verò, qui proprium amorem impugnas, honores fuge, & te à dignitatibus subtrahere, in quibus hic hostis non contemendas vires resumit. Dignitas quippe non bene administrata, voluntatem propriam fouet, pro-

A prium iudicium obdurat, sui estimationem & aliorum contemptum generat, passiones interdum ab abnegatione dissoluit, quæ omnia velut stipula, & ligna igni proprii amoris iniecta, illum in suo ardore corroborant. Annon vis velocius & securius incedere, & quantum sine impedimento poteris, ad salutem animæ festinare? Sed crede mihi, quia dignitas, (nisi fortè sis alter Bernardus, aut alter Augustinus, vel Chrysostomus) tibi mille compedes, ne progrediaris, iniiciet, mille pericula suscitabit, mille impedimenta profectus spiritualis opponet. In statu humili constitutus, quotidie in multis cadis, & in multis à te cognitis, & in pluribus forsitan te absconditis, per culpam delinquis. Quid facies ad dignitatem & honorem sublimatus, in quo maiores sunt delinquendi occasiones, & difficilior aduersis innocentiam & virtutem bellum insurgit? Nisi fortè putas (quod stultum est) te in via lata & plana non esse à casu tutum, & in femita angusta, & scopulis plena, & hostibus cincta, te esse securum. Modò dum nihil es, & ipsa te deiectione conditionis cohibet, vix superbiam comprimis, vix à vindicta temperas, vix à luxu & superfluitate te contines, quid facies, cum aliquid eris, cum laudatoris, dico adulatores, te circumspicient, qui malè etiam gesta laudabunt, qui ad vitionem animabunt, qui aliorum superbiorum, qui præsumunt, exemplo ad fastum ac luxum accendent?

B Quid? quòd non sufficit in Prælatione bene viuere, nisi etiam aliorum vitas emendes, errata corrigas, & ita illis præficiaris, vt eisdem quoque proficias? At non est facile, eum, qui nunquam in spiritu proficit, pro desse aliis, & in imperfectionum salebra temperarentem, alios à suis delictis extrahere. In Ecclesiastico legis: Vir infcius non honorabitur, id est, dignus honore non habebitur. Si autem ad id infcius es, licet aliis sapiens videaris, vt te ipsum gubernare nescias, & ad veram virtutem adigere, quare te honore & Prælatione dignum iudicas? Bernardus loquens de cella vinaria, in quam sponsa se gloriatur introducã, in quaque zelus feruentis charitatis reconditur, ait: Nec debet omnino præesse aliis, qui in eam necdum meruit introduci. Oportet prorsus hoc vino astueri, qui aliis præfideri, quemadmodum doctor gentium astuabat, quando dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Alioqui improbè satis præesse affectas, quibus professe non curas: & quorum non zelus salutem, subiectionem nimis ambitiosè vendicas tibi. ] Hæc ille dicit. Ego autem video te tuum, non Domini honorem, zelantem; tuis, non subditorum commodis inhiantem, proprio amore, & non charitate feruentem; quare cogito Prælationem tibi periculosam esse, ad quam non pro Dei gloria, sed ex desiderio ambitionis aspiras; sed de hoc alibi fusiùs loquemur. Satis nunc sit dicere ad proprium amorem profligandum oportere, affectu hunc honorum & dignitatum acquirendarum omnino deponere, vt ille, qui se despicit, ab aliis non honorari, nec extolli, sed despici velit, vt vera sit erga proprium contemptum affectio.

C Breuiter dico, nihil huiusmodi diligas: nec res aliquas huius mundi, nec personas, (vt propinquos & amicos) nimio amore complectaris, vt hoc erga alios amore compresso, etiam erga teipsum moderatus amor & Deo subiectus exiit. Alij quidem homines diligendi sunt, res etiam create in vsum assumenda; sed ita vsus in has & amor in illos feratur, vt moderatè, & propter Deum, non propter nos ipsos effereat. Cuius causam exponit Leo Papa in hunc modum scribens: Duo amores sunt, ex quibus omnes

D prodeunt,

Gregor. 8.  
mor. c. vlt.

1. Cor. 7.  
29.  
Ibid. n.  
31.

Hugo lib.  
4. de vni-  
uersitatibus  
ad finem.

21. mod.  
22. ad  
23. 18  
24. 18

Ecclesi. 10.  
28.

Bern. ser.  
de cans.  
23.

1. Cor. 11.  
29.

1. Cor. 11.  
29.

Leo ser. 5.  
de seruicio  
7. int. offi.

PAZ  
omni



prodeunt voluntates, ita diuerse qualitatibus, sicut diuiduntur auctoribus. Rationabilis enim animus, qui sine amore esse non potest, aut Dei amator est aut mundi. In dilectione Dei nulla nimia, in dilectione autem mundi cuncta sunt noxia. Et ideo æternis bonis inseparabiliter inhærendum, temporalibus verò transeuntibus utendum est, ut peregrinantibus nobis & ad patriam redire properantibus, quicquid de prosperitatibus mundi huius occurrerit, viaticum sit itineris, non illecebra mansionis. ] Sic Leo. Docetque nos, si volumus semper vita spirituali proficere, ita oportere in res terrenas amore ferri, ut mentem ab itinere non retardent, nec cursum perfectionis impediunt. Quod tunc fit, quando non tam ipsa desiderantur, aut diliguntur, quam Deus in illis diligitur. Sed si res à Deo conditæ, à Deo ipso nos separant, & intellectum obsecunt, affectum illigent, & passiones cordis perturbent, quis non videat eas esse reiiciendas, quousque discant, aut nos in earum usu & amore discamus, Deum amare, & non instrumentis ad amandum datis in amore datotis inpelescere? Et ego si exaltatus fuero à terra, dixit Dominus, omnia traham ad me ipsum. ] Quæ vox secundum Bernardum, omnibus iustis conuenit, qui omnem profectum comparabunt, omnes hostes prosterent, omnia dona consequuntur si se ab amore terrenorum expedit. Si autem amor sæculi dominetur in nobis, amor etiam nostri ipsorum dominabitur, qui illo crescente succrescit: à quo victi nunquam valebimus caput atollere, ut ad medium montis, id est, ad aliquem profectum mediocrem veniamus.

Ita pijs occupationes assumas, & erga exercitationes spirituales afficiaris, ut tamen spiritum liberatis, ad eas immutandas, aut ad tempus intermitendas, aut cum expedierit, penitus omittendas, non deseras. Nam quæ pro charitatis augmento sumuntur, charitati seruire debent, non illi, nec in minimis imperare. Tunc verò pia opera, charitati imperant, cum Deo aut obedientia aliud iubente, quod cum illis non potest compari, perseverant. Cognosces autem ad illas proprio amore te duci, si in illis exercendis sis agilis, quæ tibi præcepta non sunt, & assuetudine dulcetunt: in tebus tamen ab obedientia iniunctis, aut Deo magis acceptis, tardus & difficilis inueniatis. Saluator quidem noster, ut rationem bene operandi nos edoceret, aliter in sua conuersatione se habuit. Nam opera (ut ita dicam) naturæ consona, quæ scilicet nullam ei molestiam ingerebant, qualia sunt prædicatio & miraculorū patratio, communi modo edidit, id est, nulla ardentioris desiderij significatione patranda suscepit, at ad passionem & crucem sibi molestissimam, & penitus tenebrim humanitati contrariam, ardentissimo desiderio & celebri gradu properauit. De quo scribit Marcus: Quia præcedebat illos Iesus, nempe discipulos, ascendens Ierosolymam, & illi stupebant, & sequentes timebant. ] Vide hic charitatis in Christo, & proprii amoris in discipulis expressam imaginem, ille ad passionem sibi quidem acerbissimam, sed patri gratissimam, nobisque summè necessariam properat, & celeri passu discipulos robustiores præcedit, ut charitatis ardorem, & in patiendò exultationem ostenderet. Vnde Theophylactus: Insuper hoc, quòd omnes præcedit, & præuenit in via, ostendit, quòd ad passionem accurrat, & non fugiat mortem propter nostram salutem. ] At discipuli stupent, & timebunt, & vix præeuntem sequuntur, quia, ut ait Beda, timebant pati, & occidi. Nos ergo non discipulos in hoc, sed Dominum ipsum imitemur, & nostra qui-

Ioan. 12.  
32.  
Bern. ser.  
21. in  
Caus.

Marc. 10.  
32.

Theophyl.  
ibid.

Beda ibi.

dem bona, quæ sponte suscipimus, liberâ mente tractemus, sed maiora bona, quæ nobis præcipiuntur, & licet nobis sint molesta, utiliora tamen Deoque gratiora inueniuntur, ardentiori voluntate & maiori cura faciamus. Enimvero qui contrâ faciunt, ab Henrico Susone, viro rerum spiritualium peritissimo, hac sententia notantur: Nimis, proh dolor, hodie ex-cæcati sunt homines, & multa facere volunt, varia quoque instituunt, ac moluntur, perinde quasi Deum ipsum nutrire velint: & hæc omnia non nisi ex seipsis, ex propria voluntate, cum vana sui complacentia, ex proprio sensu ac iudicio, & suapte natura. Sed hæc perfectiora non sunt, nec tam nostris conatibus, quam nostri resignatione, mortificatione, perditione, abnegatione ad perfectionem peruenimus. ] Omnia itaque propter Deum agenda, aut omittenda sunt, ut ubi diuina voluntas magis eluxerit, ibi nostra voluntas, sedula operatrix assistat.

Omni tandem amaritudinem tristitiæ, inuidiæ, impatientiæ, & scrupulositatis cohibe, & cor tranquillum, & quantum ista mortalis vita suffert, imperturbatum habe, nec aduersis successibus frangi aut opprimi sinas. Amaritudo namque ex proprio amore orta, & ex eo quòd non fit nostra voluntas, aucta, ipsi proprio amori vires adiciit, ut nunquam mens à nexibus eius se extricet. Quare suauitas Dei intima mentis edulcans, & quæ aduersa acciderint, æquanimiter ferens, & non propria commoda, sed beneplacitum diuinum exquirens, ab hoc amore robur adimit, & hominem à proprio amore, quo inficitur, in Dei amorem, quo mundatur, paulatim transfert.

*Ufus mortificationis proprii amoris.*

**H**æc ergo, ut omnia, quæ dicta sunt, breuiter colligantur, ad vincendum proprium amorem plurimum valent.

I. In adeptione cuiuscumque boni, sed præcipue in victoria amoris tui, ita de teipso diffidas, ut tamen Deum ad vincendum tibi certissime affuturum esse confidas.

II. Ora illum assidue, ardens, & confidenter, ut te à tuo proprio amore expedit, & suo diuino amori ex toto submittat.

III. Ignem charitatis iteratis affectibus magis ac magis accende, qui ignem priuati amoris & terrenarum cupiditatum extinguat.

IV. Quicquid egeris, quicquid omiseris, non ob tuam vilitatem aut commoditatem, sed ad diuinam voluntatem explendam per intentionis rectitudinem semper agas, vel omittas.

V. Si vis non te malè diligere, odio sancto teipsum prosequere, quo tibi sensibilia bona adimas, ut inuisibilia & cælestia conquiras.

VI. Assuesce teipsum agnoscere, non supra alios, sed infra omnes, aut certè vnum ex aliis cogitare, & nihil singulare te habere præsumas.

VII. Ne singularem amorem, timorem, aut reuerentiam alicuius erga te exigas, sed, ceu alij, tractari concupiscas.

VIII. Contemptum confusionemve, qua (si humilis es) te dignissimum reputabis quantum poteris, non fugias.

IX. Defectus naturales, quibus culpa non subest, patienter, immò & libenter sustine, nec de illis apud homines erubescas.

X. Culpas tuas, quæ offensionem in auribus audientium non generent, apud fratres, humilitatis gratiâ, reuelato.



XI. Hominibus placere aut displicere, pro nihilo ducito.

XII. Corpus castigato, sensus cohibeto, & passionibus, ut postea dicemus, acriter imperato.

XIII. Affectum erga honores, erga res, quibus vteris, erga propinquos & amicos, & erga omnem rem creatam, si immoderatus sit, & non propter Deum acceptus, animosè comprimito.

XIV. Occupationes pias & bonas, non sine spiritus libertate suscipito.

XV. Cor omni amaritudine liberum, & spiritus caelestis suavitate repletum, in aduersis successibus habere curato.

Ex hisque omnibus videbis, amoris proprii abnegationem quacumque immortificatione impedi, & quacumque nostri mortificatione iuuari.

De mortificatione propriae voluntatis.

CAPVT VII.

**B**ELLO iam aduersus proprium amorem exposito, sequitur ut de propriae voluntatis impugnatione tractemus, quae proprio amori ita adheret, ut nunquam ab illo tanquam ab indiuisibili socio se permittat separari: necesseque sit utrumque hoc bellum simul inire, ne labor assumptus capito priuetur effectu. Voluntas autem propria dicitur, quae ita nostra est, ut in eo, quod volumus, non sit Deo proximiisque communis. Ut si ego velim dormire, aut vigilare, quo tempore non est secundum diuinam voluntatem, quod vigilem, & ordinis instituta, iussiones Praelatorum, & consensus fratrum, tunc vigilandum esse non censent, id dicitur fieri ex propria voluntate. Ita quidem propria voluntas exposita est à Bernardo, cuius haec sunt verba:

Voluntatem dico propriam, quae non est communis cum Deo & hominibus, sed nostra tantum: quando, quod volumus, non ad honorem Dei, non ad utilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse fratribus, sed satisfacere propriis motibus animorum. Et Anselmus in idem conspirat, licet aliis verbis sit usus. Propria voluntas est, inquit, quae Dei voluntatem sibi aduocatum habere non potest: ut si quaeratur, cur hoc aut illud velit, respondere veraciter non valet, quia & Deus vult, ut hoc velit. Sic illi. Ut autem exquisitior habeatur propriae voluntatis notitia, obseruandum est, eam aliquando reperiri in substantia eius, quod volumus, aliquando verò solum in his, quae insunt rei, quam peroptamus. Si enim velis in die ieiunij manducare, acceptio tibi ex propria voluntate est, quia nec Deus nec Ecclesia volunt, ut illo die, more aliorum dierum, comedas, sed vetitis tibi abstineas. At si velis orare, non tamen tempore aut modo, quo est oratio fundenda, res quidem volita, nempe oratio, non ex propria voluntate est; quam Deus vult à te fundi; sed modus ac orandi ratio est ex propria voluntate, quia Deus non vult, ut distractus & tepidus ores, aut in tempus importunum praestantissimam occupationem reicias.

Si aggredieremur omnes causas abnegandae propriae voluntatis exponere, prolixum satis cuderemus tractatum, & magnum tedium ingeneremus lectori. Aliquas ergo scribendas eligamus, quae serio considerate huius abnegationis necessitate satis efficaciter persuadent. Ac primum, quid duo patres de propria voluntate dicant, ad diamus; tanta enim eius ingemnant probra, ut vel hoc solo esset omnimodis detestanda.

Dictu Laurenti Iustiniæ, Patriarcha Beatiſſime, & magister rerum spiritualium clarissime, de propria voluntate quid sentias. Grauiſſimum, inquit, à se onus reicit, qui suam repulit voluntatem. Propria voluntas Deo semper inimicatur. Dominari toto posse conatur; rationis iudicium extorquet, suo faciens arbitrio militare. Non maioribus acquiescit, non reueretur, non obtemperat, nulli subesse potest: nec commoditate ſectitur, nec minis humiliatur, semper procax est, estranata in locutione, in composita in moribus, inordinata in affectionibus, ignara sui, & à proximi dilectione aliena. O malum detestabile, ò antiqua nequitia, quantum prauales! Quantum dominaris! Per te Angelorum ruina facta est, & caelorum agmina minorata: per te deliciarum paradisus homine orbatus est, & humanum genus innumeris cladibus ſauciatum. Te ſuadete corruit Adam, & innocentiae stola nudatus est. A te dominandi ambitio & à Deo apostatandi ſumpsere principium. Tu cognatorum amorem ſcindis, & coniugum diuortia facis. Tu amicitiarum iura violas, & domesticorum vota diſſoluis. Tu cunctum perturbas orbem, & plurimis repleſ flagitiis. Tu bellorum diſcordias generas. Tu pacem fugas, & odiorum venena diſſeminas. Tu infernum ditas, & gehennalibus flammis fomentum ſubminiſtras. In caelo prauauiſti, & in hoc ſaeculo p̄nciparis. Et tu Bernarde de propria voluntate quid cogitas? Porro, inquit, voluntas propria quo furore Dominum maiestatis impugnet, audiant, & timeant ſerui propriae voluntatis. Primum namque ſeipſam ſubſtrahit, & ſubiicit eius dominari, cui, tanquam auctori, ſeruire iure debuerat, dum efficitur ſua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in ſe eſt, omnia quoque, quae Dei ſunt, tollit, & diripit. Quem enim modum ſibi ponit humana cupiditas? Nonne qui per uſuram acquirit pecuniam modicam, ſimiliter mundum conatur vniverſum lucrari, ſi non deeſſet poſſibilitas, ſi ſuppeteret voluntati facultas? Dico fiducialiter, nemini, qui ſit in propria voluntate, poſſet vniverſus mundus ſufficere. Sed vitanam vel rebus iſtis eſſet contenta, ne in ipſum (horribile dictu) deſcendiſſet auctorem. Nunc autem & ipſum ( quantum in ipſa eſt ) Deum perimit voluntas propria. Omnino enim veller, Deum peccata ſua aut vindicare non poſſe, aut nolle, aut ea neſcire. Vult ergo eum non eſſe Deum, quae quantum in ipſa eſt, vult eum, aut impotentem, aut iniuſtum eſſe, aut inſipientem. Crudelis planè & omnino execranda malicia, quae Dei potentiam, iuſticiam, ſapientiam petere deſiderat. Haec eſt crudelis beſtia, fera peſſima, rapaciſſima lupa, & læna ſeuſſima. Haec eſt immundiſſima lepra animi, propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum, qui non venit facere voluntatem ſuam. Vnde & in paſſione: Non mea, inquit, voluntas, ſed tua fiat. Haec tenus Bernardus. Iſta certè ſatis ſufficerent ad propriam in omnibus deponendam voluntatem, cuius iugum importabile, cuius fructus, omne flagitium, cuius opus, inferni repletio, cuius conatus, aduersus Deum, bellum, & defectio iudicata ſunt. Sed nos pauca quaedam ex aliis patribus adiciemus, quae clarus expoſita, huius eximij mali damnū oſtendant.

Duae nobis vitae contingunt, satis natura diſſita actionibusque contrariae. Altera, qua in nobis ipſis, in regione ſcilicet ſteriliſſima, & obſcuriſſima viuimus: altera, qua in Deo, in cumulo nepe omnium bonorum, habitamus. Iſta vita ex communi, Deo & nobis, voluntate oritur, qua quod ipſe vult, volumus,

Laurent. Iuſt. de diſ. ſcriptis. moralis. c. 7.

Bern. ſer. 3. de reſurrex.

Bern. ſer. 3. de Reſurrex.

Anſel. li. de ſimilit. c. 6.





& eius æquissimo velle formamur: Illa verò ex propria voluntate progreditur, qua à diuina voluntate, ab origine scilicet omnium bonorum, auerimur. In illo enim viuimus, cuius amore & actionibus distinguimur: atque adeò vita nostra in nobis est, si propriæ voluntatis operibus occupamur. Quid autem miserius, quam hominem in seipso viuere, & per desertum suæ pusillitatis errare, qui potuit secundum uocationem suam in Deo omniam deliciarum auctore quiescere? Non sic sanctus Dauid, qui seipsum deseruit, & suam uoluntatem pessunde dir, ut non in se, sed in Deo vitam haberet. Quia inflammatum, inquit, est cor meum, & renes mei commutati sunt; & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui. Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. ] Cor, inquam, meum, ò Domine, non propria voluntate frige feci, sed charitate ac tuæ voluntatis implerione succendi: affectus carnis in affectus spiritus commutauit: ad nihilum me per omnimodam abnegationem redege, & ut vilem abiectumque contempserim; & ac si essem iumentum rationis expertus, uelle meum exui, & aliorum ductui me permisit, ut tecum essem, id est, ut semper in te, per te, & secundum te uiuerem. Nec solum homo per propriam uoluntatem extra Deum uiuit, uerum & (quantum potest) eius dominio se eximit, & aduersus eum rebellare conuincitur. Solius namque Dei est propriam habere uoluntatem, qui cum sit dominus omnium, nullum supra se, cuius uoluntatem sequatur, agnoscit. Qui dicit per Isaiam: Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. ] Homo uero, dum propria uoluntate regitur, à diuina uoluntate se subtrahit, cui subdi debuerat, & quasi iubendi potestatem à Domino aufert. Vnde Anselmus: Cum homo uult aliquid per propriam uoluntatem, Deo aufert quasi suam coronam. Sicut enim corona soli regi competit; sic propria uoluntas soli Deo. Et sicut regem aliquem inhonoraret, qui suam coronam ei auferreret; sic homo inhonorat Deum, qui aufert ei propriæ uoluntatis priuilegium. ] Sic ille. Quid nequius potuit de propria uoluntate excogitari? Et quidem merito, qui tam iniquus est, ut Domino coronam surripiat, fidelium seruorum mercede priuatur. Nec in hac uita nec in futura centuplum recipiet, quod omnia deserentibus promissum est. Non enim præmium meretur, qui loculos habet, si non pecuniæ, at propriæ uoluntatis; qui peior quam Ananias, non quamcumque sui partem, sed potiorem ac pretiosior sibi reseruauit: qui similis Lucifero, quantum ad se attinuit, in throno Dei, nempe in desiderio uiuendi, pro more suo magna temeritate confedit.

Ei sanè, qui omnia exteriora reliquit, propria tamen uoluntate retenta, parum aut nihil proderit labor, quo à se minora abiicit, & maiora retinuit. Immodè dignus erit ultione dirissima, qui tam pro cax est, ut Deo uilia quæque offerat, & holocaustum pingue propriæ uoluntatis sibi, tanquam idolo, consecrare non timeat. Vide quam ægrè ferat Dominus istam audaciam. Pepercit, inquit, Saül, & populus, Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & uniuersis, quæ pulchra erant; nec uoluerunt disperdere ea: quicquid uero vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. ] Hæc fecit Saül; & Dominus quid intulit? Pœnitet me, quòd constituerim Saül regem: quia dereliquit me, & uerba mea opere non impleuit. ] De transgressione uoluntatis suæ Dominus, & de propria uoluntate à Saule impleta conuenitur: quam regni ablatione & indigna bûda à se reiectione multauit. An tu amator propriæ

Psal. 72. 21.

Isa. 46. 10.

Ansel. li. de similit. c. 8.

Matt. 10.

Act. 5.

1. Reg. 15. 9.

Ibid. 11.

A uoluntatis, qui eadem facis, confimilem pœnam non times? Et quomodo, inquis, hoc facio? Certè nullus à Domino ad pugandum cum diabolo, & ad uincendum mundum euocatus, argentum, & aurum, & reliqua exteriora, uilia nempe & reprobata, id est, contemptibilia dimisit: uoluntati autem tuæ parcis, quæ gregibus ouium & armentorum præstat, & pretiosioribus & pulchrioribus pretiosior & pulchrior existit: quomodo non opere cum impio Saule consentis? Dicit ergo Dominus, & uita tua satis ostendit, quia ita dicit: Pœnitet me, quòd hunc religiosum constituerim. Si enim Deus (quod certissimum est) pœnitentia non tangitur, sed dicitur pœnitere, quoniam exterioris destruit, quod antea confecerat: quis non uideat, eum quasi in tua uocatione pœnituisse, qui te habitum quidem uirtutis religiosum, sed uita mundanum ac dyuicolum esse permittit? Deceat ergo te Leo Papa, quam ratione uiliorum demolitio, id est, exteriorum abiectione, erit Domino grata & accepta. Ut mens rationalis, inquit, salubriter exteriora castiget, debet etiam propria exercere ieiunia: quia non solum carnis desideria, sed etiam animi cupiditatibus conuenit repugnare, dicente scriptura: Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluntate tua mala auertere. ] Ieiunans ergo, ab iis quæ caro appetit, ieiunet, & ab iis quæ malè interior substantia concupiscit. Pessimus enim animæ est cibus, uelle quod non licet, & noxia cordis delectatio est, quæ aut turpi lucro pascitur, aut superbia extollitur, aut adulatione lætatur. ] Hæc ille. Et uerè talis esse debet nostra abnegatio, qua externa relinquimus; si enim propriæ uoluntatis abnegatione, tanquam anima, non informetur, nunquam nos faciet habitatione primi parentis extorres. Petrus iam ab exterioribus ieiunauerat, quando uictrisa reliquerat, nolebat tamen à propria uoluntate ieiunare, & lotionem pedum suorum de manu humilis magistri suscipere. Sed à Domino quid audit? Si non lauro te, non habebis partem mecum. ] Hoc ipso significans, non sufficisse Petro, omnia reliquisse, si non in omnibus diuinæ se uoluntati subiecisset, & propriam uoluntatem abnegasset. Idem itaque in nobis requiritur: quia exteriorum dimissio & uoluntatis propriæ retentio, est quasi donum decurtatum & holocaustum rapinâ diminutum, quod odio haberi à Domino, Isaias manifestè pronuntiat. Ego Dominus, ait, diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto. ] Tu uero si propriam retineas uoluntatem, iudicium negligis; quia quod est Deo debitum, negas; & rapinam in holocausto complecteris, quia uoluntatem tuam cum reliquis Deo consecrandam suffuraris. Sed audi quod sequitur: Et dabo opus eorum, retribuam eis. Quòd si opus sacrificij tui redditur ob rapinam propriæ uoluntatis ingratum, est cur pœnam timeas, non cur retributionem expectes.

Ne ergo merita nostrorum laborum perdamus, uoluntas propria abiicienda est, quam insipientes in consortem admisimus. Accipiamus ex ore Sechenize uerba, quæ dixit Esdræ, ac nobis ipsis applicemus: Si est pœnitentia in Israel super hoc, percutiamus frædas cum Domino Deo nostro, ut proiciamus uniuersas uxores, & eos qui de his nati sunt, iuxta uoluntatem Domini, & eorum qui timent præceptum Domini: secundum legem fiat. ] O salutare consiliu, quod ab hoc uirto Dei populo propositum est, sed & præceptu legis est, quæ ait: Ne faciamus uoluntates nostras in die sancto Domini, id est, in tempore nobis ad uindictam prærogato! O adhortatio hilariter suscipienda, qua Domino fræderamur, eiusque uoluntate implemus, &

Leo Papa ser. 9. de ieiunio. 7. mens.

Ecclesi. 18. 30.

Joan. 13. 8.

Isa. 61. 8.

1. Esdra. 10. 2. 3.

Isaia 58. 13.

timentes



timentes Dominum actione sequimur. Ut scilicet unusquisque suam voluntatem reiciat, quam adversus legem faciens in coniugium admittit, & filios ex ea susceptos, id est, vana & inutilia desideria, relinquit; non quidem ut solus aut sterilis maneat, sed ut diuine copuletur voluntati, ex qua filios amabilissimos, nempe merita aeternae vitae, suscipiat. Annon scriptum est in Ecclesiastico: Commorari draconis & leoni placebit, quam habitare cum muliere nequam? Sed quae mulier propria voluntate nequior? siquidem dum eam nobis adiungimus, peccatorum & imperfectionum innumerabilium onere premimur. Verè sicut bovm iugum, quod mouetur, id est, pra laxitate concutitur, & agitur: ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Talis est propria voluntas, cum nonnquam homo, veluti mala coniugi, foederatur, quae totam domum interiorem turbat, hominibus & Deo repugnat, & eam amplectentem quasi veneno contaminat. Haec, quae primo aspectu libertatem sapit, & hominem videtur facere sui iuris, si intius inspicatur, magis premit iugo importabili, quod, qui non vult perire, debet excutere. Optime namque dixit Bernardus: Tunc dixerim, quemque sibi fecisse suam legem; quando communi & aeternae legi propriam praetulit voluntatem, permens utique volens suam imitari creatorem: ut sicut ipse sibi lex sui iuris est, ita is quoque seipsum reget, & legem sibi faceret voluntatem; graue utique & importabile iugum super omnes filios Adam, heu inclmans & incuruans ceruices nostras, adeo ut vita nostra inferno appropinquaret! Haec ille. Qui & addit, de hoc iugo sanctum Iob fuisse loquutum, cum dixit: Et factus sum mihi iugum ipsi grauis. Ille enim seipsum grauat, qui iugum propriae voluntatis excutere & ablegare non curat.

Et nos quidem cum saeculo valedixerimus, onera eorum reliquimus, quae in itinere retardabant, quare igitur propriam voluntatem retinebimus, quae in immentum plus onerat, & ne in perfectionem pergamus, ad terrena quaeque & ad quamplurimas imperfectiones inclinamus? Nam & patres antiqui, rerum spiritualium peritissimi, impossibile pronuntiabant, quemquam posse affectus & vitia sua vincere, nisi propriam voluntatem antea vicisset. Vnde & Cassianus ait: Semotis haec erit sollicitudo & eruditio principalis, per quam iunior introductus, ascendere consequenter etiam culmina perfectionis summa praualeat, ut doceat eum primitus suas vincere voluntates, quem studiosè in his ac diligenter exercens, haec illi semper imperare erubuit, quae senserit animo eius esse contraria. Multis siquidem experimentis edocti tradunt, monachum, & maxime iuniores, ne voluptatem quidem concupiscentiae suae refranare posse, nisi prius mortificare per obedientiam suas didicerit voluntates. Ideoque pronunciant, nullatenus praualeat, vel iram, vel tristitiam, vel spiritum fornicationis extinguere: sed ne humilitatem cordis veram, nec cum fratribus unitatem perpetuam, nec firmam diuitumque, retinere posse concordiam, sed nec in cenobio quidem diuitius perdurare eum, qui prius voluntates suas non didicerit superare. O quantum haec rem hic sanctus pater exaggerat! Ete vera non exaggerat, quia licet sine propriae voluntatis victoria, in cenobio quantum ad vitam communem perduremus, at quantum ad propositum assequenda perfectionis, quae sine hac victoria non apprehenditur, minime perduramus. Intellegamus ex verbis Abbatis Pynuphij, quem idem Cassianus alibi adducit, qualenam sit nostra professio: Eo, inquit, habitu atque

A I figura, qua pro nobis in patibulo fuit ille suspensus, id est, Christus, nos quoque necesse est in hac vita degerere; ut scilicet secundum David affligentes timore Domini carnes nostras, vniuersas voluntates nostras, ac desideria, non nostrae concupiscentiae feruentia, sed mortificationi eius habeamus affixa. Si haec est substantia vitae nostrae, quis propriam voluntatem non abnegans, putat se ut verum religiosum in cenobio permanere? Quis non fatebitur, se, teretio habitu, milites suam professionem receisse, & ad saecularem vitam (quae propria voluntate communiter regitur) remeasse? Quis, Christum, omnium religiosorum parentem optimum, non imitetur, dicentem: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat? Quis, ceu filius Dei ad adoptionem ipso opere non ostendat, se ad vitam spiritualem venisse, non ut faceret voluntatem suam, sed voluntatem Patris, qui in caelis est? Profecto pauci sunt, qui non faciant vias suas, & non inueniatur voluntas eorum, ut loquantur sermonem, quae proprium velle oleat, & spiritum alium viroque aures offendat. Iam ergo hanc bestiam, propriam auctoris germanam sororem, ac omnium nostrorum, malorum fontem, abnegate conemus, quia nihil proderit sic carere, id est, vitia, quae ex propria voluntate manant, si ipsam vitiorum originem non curemus obturare.

In quibus propria voluntas est mortificanda.  
CAPVT VIII.

**N**UNC ad opus procedendum est, & docendum, in quibus rebus ac quomodo abneganda sit propria voluntas. Haec enim abnegatio, tum nobis vitiosissima est, tum Deo gratissima. Nobis quidem vitiosissima est, nam voluntas est velut caput totius corporis actionum nostrarum: quare dum caput ad caelestia leuamus, & secundum legem spiritus regimus, omnes alias actiones nostrae vitae componimus. Deo autem noscitur esse gratissima, quoniam per hanc abnegationem, non fructus tantum ei, sed arborem ac ipsam radicem arboris damus, & non tantum milites a recto deficientes, scilicet inferiores vires nostras, sed regem, hos milites sollicitantem, ipsi submittimus. Excelso excellentior est alius, ait Salomon, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersa terra rex imperat feruienti. Exponat Ricardus Victorinus, quisnam sit iste rex, qui omnibus imperat: Est, inquit, liberum hominis arbitrium, quia omnia corporis membra ei ad nutum deseruiunt: & appetitus, si aliquando rebellet, potest ab actu refranare, & refranatos graui uisione percutere, & eorum audaciam forti castigatione frangere & emollire. Inobstingentis igitur quam ratione rex hic interioris reipublicae nostrae, Deo sit subiciendus, & ab omni, quod non deceat, auocandus.

Quaeris itaque a me, in quibus propria voluntas abneganda sit? Vno verbo dico: In omnibus est abneganda, tum externis, tum internis, tum temporalibus, tum spiritualibus, ita ut nihil propter nos ipsos, aut propter nostram voluntatem explendam, aut cupimus, aut faciamus. Ut enim inquit Basilus, quicquid ex propria voluntate concupiscitur, id alienum est pietatis cultoribus. Et sapienti ita loquitur, quia cultores pietatis, quae tales sunt, non possunt a diuina voluntate se iungi, a qua sine dubio discordant, si a propria voluntate regantur. Et alio loco idem Basilus ait: Verum propria voluntate arbitrione, alienum est a recta ratione. Et rursus alibi: Quicquid quisque ex propria

Ecc. 25. 23.

Ecc. 26. 10.

Bern. de diligendo Deo, ad finem.

Iob 7. 20.

Cassian. lib. 4. de institut. c. 8.

Cassian. lib. 6. 34.

Psal. 118. 120.

Luce. 22. 42.

1sa. 58. 3.

Ecc. 5. 7.

Ricord. de statu interioris hom. c. 6.

Basil. in reg. breui. ad inter. 74.

Item reg. 123.





voluntatis arbitrio facit, id cum facientis proprium sit, alienum est à cultu pietatis. Alienum, inquam, est à recta ratione; quia ipsa recta ratio dicitur, ut creatura propter Deum facta, vniuersa quae agit, in Deum suum referat, & non quasi esset propter seipsam facta, suam propriam voluntatem quærat. Alienum etiam à cultu pietatis; quoniam opus virtutis non est, aut opus est distorta intentione infectum, quo homo suæ tantum voluntatis expletionem, & non sublimiorem finem, vel actum, vel virtutem inquit. In omnibus ergo, quæ facimus, etiam in bonis, & spiritualibus operibus, necesse est propriam voluntatem abnegare, ut scilicet non propter nos, qui ad finem vilissimum pertinemus, sed diuinæ voluntatis gratia faciamus. Sic imitatores sumus Christi Saluatoris nostri dicentis:

Ioan. 6, 38

Quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, Patris. Et sanè ille ad hoc descendit de cælo; nos verò ad id ipsum cõditi sumus, & ad hoc speciali vocatione, qua in vitam spiritualem sumus translati, inuitati sumus. Quare hæc diuina voluntas semper præ oculis habenda est: quæ ei fuerint consona, & quia consona, libenter admittenda; & quæ fuerint dissona, eo ipso quòd dissona, licet nobis sint commoda aut suaui, penitus repudianda.

Sed hoc documentum generale in alia magis specialia, & ideo magis proficua distribuamus. Ne igitur, in primis, aliquod malum velimus, quia malum nostræ propriæ voluntatis germen est, semperque à diuina voluntate discordat. Nec solùm magna mala, nempe grauiora peccata, fugienda sunt, sed etiam minora mala, in quibus non semel pasci solent voluntates, ac concupiscentiæ bonorum. Qui ita solent rebus minimis adhaerere, & imperfectiones amare, sicut mali in rebus veritatis maioris momenti delectantur. Ne simus concupiscentes malorum, inquit Paulus sicut & illi, nepe antiqui Israelitæ concupierunt. Qui profectò videbantur sibi nihil malum concupiscere, quia cibos, quibus assueuerant, cupiebant. Et ita multi ex assuetudine in minimis delinquendi, putant se non delinquere, nec aliquid salutis interioris hominis noxiū concupiscere: At venenum cupiunt, quod susceptum, si ob paucitatem non ne car, sed necesse est, vt animam sentim ad peiora delectat.

1. Cor. 10. 6.

Quæ sunt de genere bonorum aut mediōrum, non propter nos ipsos, sed propter Deum, & ad expiendam suam voluntatem, velimus, vt sic bona suam bonitatem augeant, & media bona fiant. Bona sunt virtutes, studiosa opera, vt oratio, vsus sacramentorum, & dona cælestia. Hæc ita accipienda aut desideranda sunt, quatenus Deus vult à nobis accipi vel desiderari, & non debent propter nostrum priuatum commodum concupisci. Sic enim & suam bonitatem retinent, & ex hoc præstantissimo fine placendi Deo, ad quem actu diuiguntur, maiorem quandam bonitatem obtinent. Media sunt, quæ possunt in bonum & malum verti, vt cibus, & somnus, & cætera huiusmodi. Hæc autem non ad nostrum tantum commodum, sed ad Domini beneplacitum implendum accipienda sunt, vt ex medijs bona fiant, & mercede non careant. Ad hoc pertinet, vt in rerum desiderio & vsu seruemus modum: Nam minima bona, vt temporalia, non sunt nimis appetenda; & magna bona, vt virtutes & quæcumque nos faciunt bonos & iustos, non sunt tepidè & negligenter amanda. Media etiam & instrumenta virtutis, vt ieiunium, silentium, solitudo, propter ipsam virtutem, id est, propter finem, ad quem sunt ordinata, diligantur: ipse autem finis proximus, nepe virtus, propter finem vltimum,

A qui Deus est, appetatur. Ac tandem quædam absolute & simpliciter volenda sunt, vt sanctitas, animæ puritas, & merces in cælis nobis promissa; alia verò non, nisi sub modo & conditione postulanda, vt temporalia bona; si nempe nobis ea habere expedierit. Voluntas enim Domini est, vt hæc omnia ita velimus, cuius beneplacitum pro regula certissima volendi & nolendi habere debemus; si nolumus in voraginem propriæ voluntatis incidere. In quam procul dubio cadunt, qui vilissima quæque & nullius momenti ardentissimè cupiunt, & meliora, quia non tam sibi suaui, negligenter volunt, aut omnino non volunt, qui externas corporis asperitates quasi propter ipsas assunt, & veras ac solidas virtutes paruipendunt: qui ad spiritualia tepidi sunt, & ad temporalia ita ardentè audi, vt ea sine vlla conditione concupiscant.

B Studiosa opera, quibus intendimus, ita exercenda sunt, vt verè parati simus ea relinquere, aut pro alijs commutare, cum Dominus per suum instinctum aut per vocem Prælati sic faciendum esse præcipserit. Signum enim est euidentis propriæ voluntatis, accedente Prælati iussu licito, nolle à cæpta occupatione discedere. Munus tibi docendi demandatum est, sed postea tibi præcipitur, vt cathedram relinquant, aut pulpitum & aliud munus minoris splendoris obeas. Renuis obedire, mille excusationes prætextis, fauore aliorum te munis, ne à grato tibi ministerio discedere compellaris. Sanè admodum cæcus es, si te propria voluntate regi adhuc ignores. Qui enim non propria, sed Dei voluntate reguntur, non quod sibi gratum & suaue est, sed quod Domino est acceptum, aspiciunt. Affidue dicunt corde & ore: Paratum cor meum, paratum cor meum: & opere ipso non ad vnum addictos, vt naturalia omnia, sed vt sancta animalia, quæ ibant & reuertebantur, ad omnia se paratos ostendunt. Hi similes sunt Paulo, qui ad Dominum perfectè conuersus dicebat:

Psal. 56. 8.

Exech. 6.

Affor. 9. 7.

Bern. ser. 1. de conuersione Pauli.

C Domine, quid me vis facere? Illi verò velut cæci, & rerum spiritualium imperiti, imitantur cæcum illum, qui Dominum ad suam voluntatem trahere peroptauit. Sed præstat hoc suauissimis Bernardi verbis audire: Quam pauci inueniantur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui suam ita abiiciunt voluntatem, vt ne ipsam quidem cor proprium habeant, vt non quid ipsi, sed quid Dominus velit, omni hora requirant, dicentes sine intermissione: Domine, quid me vis facere? Et illud Samuelis: Loquere Domine quia audit seruus tuus. Heu plures habemus Euangelici illius cæci, quam noui Apostoli imitatores. Quid vis, ait Dominus ad cæcum illum, [ vt faciam tibi? ] Quanta est miseratio tua Domine, quanta dignatio tua? Siccine dominus serui quærit vt faciat voluntatem? Verè cæcus ille, quia non considerauit, non expauit, non exclamauit: Absit hoc Domine, tu magis dic, quid me facere velis. Sic enim decet, sic omnino dignum est, non meam à te, sed à me tuam quæri & fieri voluntatem. Videtis fratres, quia verè necessaria erat hoc in loco conuersio? Sic profectò, sic multorum vsque hodie pusillanimitas & peruersitas exigit, vt ab eis quæri oporteat: Quid vis vt faciam tibi? Non ipsi quærant, Domine quid me vis facere? Considerate necesse habent ministri & vicarij Christi, quid sibi præcipi velint: non ipsi considerant, quæ voluntas sit acceptoris. Non est obedientia eorum plena, non in omnibus parati sunt obsequi, non per omnia sequi propulerunt eum, qui non suam sed Patris

1. Reg. 3. 10. Matt. 10. 32.

D E qui Deus est, appetatur. Ac tandem quædam absolute & simpliciter volenda sunt, vt sanctitas, animæ puritas, & merces in cælis nobis promissa; alia verò non, nisi sub modo & conditione postulanda, vt temporalia bona; si nempe nobis ea habere expedierit. Voluntas enim Domini est, vt hæc omnia ita velimus, cuius beneplacitum pro regula certissima volendi & nolendi habere debemus; si nolumus in voraginem propriæ voluntatis incidere. In quam procul dubio cadunt, qui vilissima quæque & nullius momenti ardentissimè cupiunt, & meliora, quia non tam sibi suaui, negligenter volunt, aut omnino non volunt, qui externas corporis asperitates quasi propter ipsas assunt, & veras ac solidas virtutes paruipendunt: qui ad spiritualia tepidi sunt, & ad temporalia ita ardentè audi, vt ea sine vlla conditione concupiscant.

venit



venit facere voluntatem. Discernunt, & diiudicant eligentes in quibus obediant imperanti, immo in quibus preceptorem suum ipsorum obedire necesse sit voluntati. Huiusmodi itaque etiam tolerari se videant, & condescendi ac morem geri voluntati suae, proficiant, obsecro, pudeatque semper parulos inveniri: ne quando forte audiant: Quid debui vobis facere, & non feci? & abutentibus patientia & benignitate Prelati, fiat tandem multitudo habitae miserationis cumulus istae damnationis? Haec tenus Bernardus. Iam ergo liquet, eos qui ad omnia, quae sibi praecipuntur, minime parati sunt, longe a propriae voluntatis abnegatione secerari, quam tantum abest ut negent, ut potius se illius servitio mancipent, & pro regula habeant, non quod Deus iusserit, sed quod illa praecipit. Unde necesse est ad propriam voluntatem abnegandam, talem mentis dispositionem induere, ut ita studiosis occupationibus inhareamus, quod illis manus insistant, & pia incumbat sollicitudo, ac penitus voluntatis affectus non hareat. Hic enim soli voluntati divinae assignatus est, ut ea amplectatur, quae viderit hac voluntate circumdata, & ea constanter reiciat, quae eadem minus perspexerit approbata.

Bonum commune congregationis, in qua vivimus, commodis nostris praefendum est, quia illud Deus providentia sua nostris commoditatibus anteponit, & nunquam propter has illud est suo splendore privandum. In quo multi, qui viros spirituales se iactant, aperte delinquant: de quibus verissime dici potest, quod quae sua sunt, querunt, non quae Iesu Christi. Hi necessitatis praetextu novae indulgentias ac privilegia in vita religiosa petunt, novos & insuetos conuersandi modos in eam inuehunt, nescio quae delicata & splendida, quoad cibum, & indumentum, & cellae ornatum, introducunt. Et nihil illis cura est, si regula pessum ear, si disciplina pereat, modò sua voluntas fiat. O quam aptè dixit Beatus Istaas Abbas, inimicum Dei constitui, qui propriam sequitur voluntatem? Nam si inimicus hominis est, qui ipsius domum euerit, & iussa proterit, quomodo non erit Dei hostis, qui ut suae voluntati satisfaciatur, religiosam disciplinam destruit, & ab eo sancita contemnit? Intelligendum est ergo, familiam, in qua vivimus, esse totum, nos verò esse partes, Deum autem esse huius familiae sapientissimum gubernatorem. Cum autem eius voluntatis sit magis totum, quam partem gubernare, ita nos debemus primo loco bonum commune querere, & promouere, eique nostra omnia accommodare, & submittere, ut nostram voluntatem abnegemus, & Dei voluntatem sequamur.

Eligamus etiam ad propriam voluntatem vincendam magis subesse, quam praesse, potius alterius ductu regi, quam ceteris imperare. Certum est enim, eos qui aliis praesunt, in magno versari periculo sequendi suam voluntatem. Et vidimus aliquos aliorum regimini assuetos, cum onus gubernandi deponunt, aegre satis propriam, cui assueverant, voluntatem deponere, & vix se alterius voluntati & iudicio submittere. Sed istis quodammodo parcendum est, quia saltem aliorum bonum curantes, suum non ita perfecte curant. Qui dicere possunt illud sponsa: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. At illos quo modo excusabimus, qui nunquam ad onus Praelationis admissi, semper extiterunt suorum superiorum Praelati? Nam & nolunt voluntates Praelatorum regi, non sustinent de suis defectibus corrigi, non acquiescunt res sibi de-

A mandatas sapientiorum consilio exequi, sed omnia volunt ex proprio sensu & voluntate praestare. Quin & annos vitae religiosae computamus, & aliquid nos lucratos esse conuincimus, cum tamen sine propriae voluntatis victoria parum, aut nihil nostrum thesaurum augeamus. Verba Caesarij nos confundant: Non te fallat, inquit, o frater, numerus dierum, quos hic relicto corporaliter saeculo consumpsisti. Illum tantum diem vixisse te computa, in quo voluntates proprias abnegasti, quem sine vlla regula transgressione duxisti. Ergo paucis, vel nullis forte diebus in religione viximus, qui raro aut nunquam propriam voluntatem fregimus, & instituta nostra quotidie profudimus. Ita autem damnum utrumque relarciemus, si subditi, voluntatem Praelatorum libenter sequamur: si onus Praelationis humiliter reluctemur: si in eo constituti, non quod libeat, sed quod liceat, & quia licet, & diuina est voluntati consonum, faciamus. Dum hoc onus subire contigerit, ne velimus, ut minus nostris praecipis a subditis obtemperetur, neque ut plus a quo nostris consiliis ab aequalibus deferatur. Signum quippe superbi animi est & propriae voluntati seruientis, duram ab omnibus obedientiam, sicut a mancipiis, exigere.

C Qui aliquid sibi commòdum vel gratum iudicauerint, non debent statim, si propriae voluntatis seruitutem timent, omnem lapidem mouere, ut quod desiderant, consequantur. Sed prius quasi iudices sui ipsorum, attentè considerent, an id, quod cupiunt, sibi necessarium sit, an gratum sit Domino futurum, quòd illud assequi curent, an nullum proximo scandalum, nullamve offensionem sit allaturum. Quibus consideratis, si illud tale fuerit iudicatum, quòd virum spiritualem deceat, quòd fratrum conscientiam non laedat, & Domini voluntati placeat, poterit moderatis ac discretis modis inquiri. In hoc non modicos haec infrequentes defectus committimus. Solemus enim simulatque aliquid nobis vtile apprehendimus, illud importunè postulare, maiores etiam inuitos & reluctantes ad nostram voluntatem pertrahere, & nihil non aggredi, quòd nostro desiderio explendo commòdum cogitamus. His propria voluntas roboratur, & maiorem in nos potestatem assequitur, adeò ut miseris animas nostras, quasi timidam ancillam, post se trahat, & nunquam quietas esse sinat. Certum est enim quietem animae ex abnegatione propriae voluntatis pendere, nec quemquam posse sine illa ad veram pacem, & mundiciam peruenire. Sit ergo certissima volèdi & nolendi mensura, non desiderium nostrum, quòd saepe noxium est nobis, sed diuina voluntas, quam, cum in omnibus quaerimus, tunc perfecte pestem propriae voluntatis excutimus. Immolemus Domino primogenitum, id est, desiderium nostrum & gaudium nostrum, ut dum rebus terrenis moritur, viuus rebus caelestibus inueniatur. Abraham enim ad praecipitum Domini immolare voluit filium suum Isaac, & (quòd ad se pertinuit,) illum immolauit, quo illum non perdidit, sed tanto merito auctum recepit: Et tu igitur, inquit Bernardus, si vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi ut offeras Isaac, tuum quodecumque est gaudiu, immoles Deo, (interpretatur enim Isaac, gaudium vel risu,) fideliter & constanter obedire ne timeas. Nimirum etiam rem grandem tibi dicit propheta, facere debes, & obtemperandum ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autem quicquid affectio propria iudicat, secutus esto; non Isaac, sed aries morietur: nò peribit tibi Isritia, sed contumacia. Non in qua peribit quies animi, quam in rei

D

E

Cesarius hum. 27.

Gen. 22.

Bern. de bonis desiderandis ante finem.

Philipp. 2. 21.

Isa. orat. 23. 10. 3. biblicor.

Cant. 1. 6.



concupitæ possessione quærebamus, sed peribit vanitas desiderij, dum illud Domini voluntati subiicimus. Qui pro illo sancta desideria fuscitabit, quæ impleta nos fatient, & non conscientia inquietæ spinis inquietent.

*Vsus mortificationis propriae voluntatis.*

**A**Ccipe nunc rationem dilucidam propriam voluntatem abnegandi.

I. Non solum mala fugias, sed & bona non propter tuum commodum, sed ad diuinam voluntatem faciendam inquiras.

II. Modum in rebus appetendis teneas, vt minor bona minus, maiora magis, media propter virtutem, hanc propter animæ puritatem & ad Deum coniunctionem, appetas.

III. Studiosis operibus, quibus intendis, ita voluntate adhaereas, vt paratus sis, ea sine vlla tristitia relinquere, cum eorum dimissionem magis gratam Domino iudicaueris.

IV. Si aliquid tibi vtile, aut proficuum aspexeris, non prius illud obinere nitaris, quam, (provt in hac obscuritate cognitionis fieri potest) id Domino gratum esse cognoueris.

V. Elige magis subesse quam præesse: felicitatem puta alterius arbitrio viuere; & infelicitatem tuo proprio sensu & arbitrio gubernari.

VI. Si aliquid oratione postulaueris, cura in ipso actu orandi intentionem dirigere, ita scilicet vt non propter teipsum aut propter commodum amici postules, sed propter Deum; quia nempe ipse ita vult fieri aut postulari; precibus efflagites.

Cum autem iam ex præcepto Ecclesie, aut Prælatorum, vel ex probabilibus coniecturis diuinam voluntatem agnouimus, non est vitium propriae voluntatis, illam voluntatem diuinam promptè & libenter exequi; immò id proprium est perfectæ virtutis, quæ bona propter debitum finem ardentè & delectabiliter operatur. Aspiciamus ergo semper voluntatem nostram, vt hostem nostræ salutis, ex qua cuncta peccata, quæ fecimus, prodierunt. Sicque gloriosum ducemus, & delectabile, illam in omnibus vincere, & diuinæ voluntati subiicere.

*De mortificatione intellectus in inquisitione veritatis.*

CAPVT IX.



**I**NTELLECTVS humanus per Adæ peccatum non leuius quam voluntas, immò grauius ac detestabilius vulnus accepit, quia omnis peruersitas voluntatis folet in aliquo intellectu errore aut deceptione fundari. Vulnus autem intellectus generaliter acceptum, est ignorantia vel cæcitas, qua homo & in notione veritatis errat, & quid sit faciendum à se vel alio, aut fugiendum, ignorat. Id significant illa verba Davidis: Homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Vt sicut hæc instinctu naturali ducuntur, ita ille non ratione in suis operibus, sed passione feratur. Et ad hoc adaptat Gregorius illud Iob: Obtrebrentur stellæ caligine eius, scilicet noctis culpa, in qua peccatores sumus concepti. Nox quippe illa, inquit, consensus videlicet ad culpam, quæ ad nos primi parentis est excessu propagata,

*Psal. 48. 13.*

*Iob 3. 9.*

*Gregor. 4. mor. c. 22.*

**A**ta, mentis nostræ oculum tanta obscuritate perculit, vt omnis homo in huius vitæ exilio, cæcitatibus suis tenebris pressus, quantumlibet vi ad æternitatis lumen intenderit, penetrare non possit. Post pœnam namque damnari peccatores nascimur, atque ad hanc vitam cum mortis nostræ merito venimus: & cum ad supernæ lucis radium aciem mentis erigimus, ipsa infirmitatis nostræ obscuritate caligamus. Hæc ille. Peccatum ergo fuit velut macula, quæ totum hominem infecit, & ab intellectu incipiens, qui iudicauit tunc diuinum transgrediendum esse mandatum, magis ipsam, quam reliquas virtutes animæ obscurauit. Ad eum vt dicat homo: Traditus sum, & non egrediebatur, oculi mei languerunt præ inopia. Traditus, inquam, à me ipso iniquitati, quæ diuina mandata posthabuit; neque ab hoc lacu calamitatis egressus sentio oculos mentis, præ inopia luminis cæcutientes, & in veri notitia caligantes. Tanta est autem ista ignorantia, vt intellectus seipsum ignoret, & cum non videat, se tamen videre, & veritatem assequi, & alios posse docere putet. Cæcus est & manu tentans, nisi cælesti illustretur lumine, & tamen iudicat se ocula videre, agenda perspicere, & nihil esse in veris cognoscendis, aut bonis agendis, quod acie suæ cognitionis callere non possit. Cum autem duplex sit functio huius potentie, altera, qua veritatem speculatur, & sic dicitur intellectus speculatiuus, altera, qua agenda & omittenda decernit, & dicitur intellectus practicus, in vtraque harum indiget mortificatione iuari. Si enim intellectum ducem errorum nostrorum non ordinauerimus, nunquam victoriam de vitiis obtinebimus. Dicentque vitia nostra aduersus virtutem armata, quod milites & duces Israelitæ David: Siue fugerimus, non magno opere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit de nobis, non satis curabuna, quia tu vnus pro decem millibus computaris. Aliquando peruersi mores nostri ad tempus fugerint, & se aliarum vires animæ à malo subtraxerint, parum ad euertendam virtutem proderit, si intellectus, dux errorum, qui statim mala esse resumenda iudicabit, immortificatus & inordinatus permaneat. Prius ergo dicamus, quomodo intellectus in cognitione veritatis cohibendus sit, & postea quomodo in agendorum definitionibus moderandus.

*Psal. 87. 10.*

**B** Intellectus, vt veritatem cognoscit, hoc nomen retinet, & vocatur intellectus, aut vis cognoscitiua, siue intelligentia. Qui non paucos, nec leues habet defectus in vitam ac mores hominum deriuatos. Homo enim, qui debet intellectum excolere, solet in scientiæ suo statui necessariæ ademptione torpere. Non discit quæ discere tenebatur, idèq; nesciens in administratione sibi demandata, exempli gratia, confessiones excipiendi, aut nodos animarum per consilium dissoluendi, sæpe delinquit. Quem ignorantia non excusabit, quia eam per studium addicendi superare debuit. Et annumerabitur illi populo, de quo per Oseam scriptum est: Populus non intelligens vapulabit. Et eueniet illi quod Paulus ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Ignorabitur, inquam, iudicio approbationis à Domino, cuius voluntatem scire contempsit. Gentes translata à rege Assyriorum in ciuitates Samariæ, ignorabant legitima Dei terræ, & ob id interfecti sunt à leonibus. Sic multi ad statum sacerdotalem translata, ea quibus Deus est colendus, ignorant, quam ignorantiam animarum suarum damnatione perfoluunt. Se igitur ipsos ab inanibus cogitationibus auocent, & per mortificationem, ignaniam & torporem addicendi cohibeant. Nec se

*2. Reg. 18. 31.*

**C** Intellectus, vt veritatem cognoscit, hoc nomen retinet, & vocatur intellectus, aut vis cognoscitiua, siue intelligentia. Qui non paucos, nec leues habet defectus in vitam ac mores hominum deriuatos. Homo enim, qui debet intellectum excolere, solet in scientiæ suo statui necessariæ ademptione torpere. Non discit quæ discere tenebatur, idèq; nesciens in administratione sibi demandata, exempli gratia, confessiones excipiendi, aut nodos animarum per consilium dissoluendi, sæpe delinquit. Quem ignorantia non excusabit, quia eam per studium addicendi superare debuit. Et annumerabitur illi populo, de quo per Oseam scriptum est: Populus non intelligens vapulabit. Et eueniet illi quod Paulus ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Ignorabitur, inquam, iudicio approbationis à Domino, cuius voluntatem scire contempsit. Gentes translata à rege Assyriorum in ciuitates Samariæ, ignorabant legitima Dei terræ, & ob id interfecti sunt à leonibus. Sic multi ad statum sacerdotalem translata, ea quibus Deus est colendus, ignorant, quam ignorantiam animarum suarum damnatione perfoluunt. Se igitur ipsos ab inanibus cogitationibus auocent, & per mortificationem, ignaniam & torporem addicendi cohibeant. Nec se

*Osea 4. 14. 1. Cor. 14. 38. 4. Reg. 17. 26.*

maior



Ambros. li.  
5. epist.  
37.

maiore aetate protegant, aut se iam senes esse præ-  
dant. Quia, ut sapienter Ambrosius ait: Nulla aetas  
ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus, quæ  
emendare se non potest. Non annorum canities est  
laudanda sed morum. Nullus pudor est, ad meliora  
transire. Nec nimij habendi sumus ex eo, quod stu-  
dium sciendi commendamus. Nos enim planè in ea  
sumus sententia, in familia religiosa abique studio  
discendi non posse disciplinam vigere. Quid enim  
facient innumerabiles religiosi, dum à communibus  
operibus vacant, si non discunt, aut orant? At non  
omnes ad longam orationem ac meditationem sunt  
apti, nec duris agriculturalium laboribus assueti. Si ergo  
libros non euoluunt, nec intellectum excolunt, qui-  
bus fructuosis operibus occupantur? Sed vita nostra  
non ad orioositatem instituta est, sed ad pios & Ecclē-  
siaz vitales labores inuenta. Humbertus sanè in prolo-  
go suarum eruditionum, mirificè studium addiscen-  
di commendat, & decem damna ex defectu erudi-  
tionis manantia persequitur. Putatque ignorantiam  
in catibus religiosi peccandi timorem expellere, &  
abundantiam spiritualium bonorum relegare.

Alij deficiunt in hoc, quod discere quidem cu-  
piunt, sed inutilia discunt. Inutilia verò sunt, quæ ne-  
que Dei obsequio, nec proximorum utilitati, nec dis-  
centium statui conueniunt. His ab addiscendis ne-  
cessariis aut vtilibus impediuntur: similes illis qui  
omnium indigi, splendentes lapillos nullius pretij in  
domum suam magna auiditate reconduunt, & panem  
ac vestem, sine quibus viuere nequeunt, non requi-  
runt. Non plus sapere, inquit Paulus, quam oportet  
sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quia, teste  
Augustino, si pro viribus suis alatur infans, fiet, ut  
refcendò plus capiat. Si autem vires suæ capacitatis  
excedat, deficiet antequam crescat. Ille autem viri-  
bus sui intellectus non consultit, qui vult simul vtilia  
& inutilia capere; aut relictis vtilibus, quæ sunt quasi  
alimenta congrua, curat inutilis doctrinas, quasi aliena  
& dura alimenta, ori intellectus ingerere. Ne er-  
go, o iuste, erigas oculos tuos ad opes scientiæ, quas  
vtiliter non potes habere, quia facient tibi pennas ut  
aquilæ, & volabunt in cælum. Quid enim est ista in-  
utilia nos ab vtilibus auocare, nisi pennas ad fugien-  
dum assumere? Quia ea non poterimus assequi, nisi  
nostrum domicilium, id est, ea, quæ nos decet, relin-  
quamus, & postea ad altiora, id est, non debita, no-  
bis, euolemus. Omnis procul pellatur curiositas,  
omne studium placendi hominibus, & inaniter lu-  
cendi reiciatur, & nitamur, quæ profint scire, & quæ  
Deo placeant, & proximos iuuent, & statui nostro  
congruant, agnoscere. In qua re iterum inculcanda  
profectò nimij non sumus, cum eam tempestatè, qua  
viri Deo consecrati, & sacrarum scripturarum studiis  
addicti, poetarum lusibus & Ethnicorum figmentis  
intendunt, non sine tantæ deceptionis dolore videam-  
us. Viros Deo deditos ab his humanis studiis auo-  
catis & scimus, & legimus, ad ea verò vocatos à Deo  
& inuitatos hucusque non vidimus. Et ut huiusce rei  
aliquod proferamus exemplum: Simon de Cassia vir  
sanè in diuinis scripturis mirè versatus, & sanctitate  
conspicuis, quid sibi de scientiis humanis relinquen-  
dis iussu de cælo fuerit, in hunc modum scribit:  
Iuuenis fui aliquali dotatus ingenio, intendebar his  
scientiis, sicut coartanei mei, credens ex his placere  
Altissimo, atque sic debere perfectam vitam peragi.  
Cum verò omnes collegas meos viderem in hanc  
tenebrosam voraginem proflire; accidit quodam  
die in meis teneris annis me ferentem omnes ferè li-  
bros naturales sub chlamyde, ut summa diligètia re-  
peterem, quæ audieram à doctore: & cum interroga-

A ret me, qui creditus ab omnibus sanctæ vitæ, dicens:  
Quid est hoc, quod defers frater? Libros naturales  
me ferre respondi. At ille: Non est hæc via tuta, ne-  
que vocatio tua, nec verorum Christianorum inten-  
dere natura, sed gratia. Verbis quoque completis,  
tanta celeritate mutatum est cor meum, ut si voluis-  
sem, non potuissem aperire codices naturales, nec  
etiam ex iussu aliquid ex eis memoriæ commenda-  
re; atque quod magis mirandum erat, porta intelli-  
gentiæ claudebatur; disponente Deo, ad Theologica  
me conuerti, illis omnino dimissis, in quibus frustra  
fudaueram, atque disposueram desudare: & aliqua  
luce veritatis perfusus, puro & claro animo intellexi,  
meretricies esse inuisibiles animi omnes istas scien-  
tias, animam in deuotam & volentem per aëra con-  
stiterunt, & denegantes suis peritis viam humilitatis  
in fide atque in moribus sapere. Vidi etiam secreto  
mentis intuitu in eis recuratum, omnino etiam in-  
uitè orare volentem, & quod horrendum est, gratiæ  
initium deficiebat in natura, & geometrizarat cor-  
porum quantitatem, qui sibi viuit immensuratus. Et  
astra, & ipsorum orbis, & orbiculos, & reuolutionem  
reuoluebat in animo, dum se sponderet Altissimo  
supplicare. Neminem audiui, nec vidi deuotè atque  
humiliter intendentem ad Euangelij veritatem, tali-  
bus meretricibus sedulo implicatum, nisi repudio  
mancipauerit. Procul dubio plerumque à Deo faci-  
unt animam fornicari. Sed dicit scriptura: Per-  
didisti omnes, qui fornicantur abs te. &c. Barbarus  
sum omnibus, qui horum, quæ dicuntur, intrinsicam  
experientiam non viderunt, & appellor fatuus à tali-  
bus scientiis fascinat, sed veritatem nouit Altissi-  
mus, & ipsi videbunt eum, cum durè fuerint exacti,  
quod talibus vanitatibus se dederunt. Hactenus il-  
le. Qui, ut perspicuum est, non tantum à poetarum fa-  
bulis & oratorum sententiis tumidis auocatus fuit,  
sed, ut Christi opera purius contemplaretur, & à na-  
turalibus scientiis auulsus. Nos autem scientias na-  
turales non damnamus, quas ad Theologica studia  
necessarias esse fatemur, sed Theologos, & viros spi-  
rituales, ac perfectionis desiderio accensos, & pro-  
phanis auctoribus legendis, & passim citandis in-  
tendere, liberè reprehendimus. Hi non confirmandæ  
veritati, nisi rarissime, sed fouendæ curiositati & vani-  
tati captandæ deseruiunt. Quare huiusmodi studia  
adolescentulis relinquenda sunt, dum ad Theologi-  
cas veritates addiscendas se parant, & alia vtiliora  
exercitia à viris spiritualibus vlturpanda, quæ intelle-  
ctum non distrahant, sed doceant; quæ affectum non  
in terram deiciant, sed in cælum efferant, & quæ ad  
compungendum spiritum & mentem euendandam  
in cælestia conducant. Si huius sententiæ nostræ lec-  
tor, vir spiritualis & Deo deditus non fuerit, forsitan  
eam non intelliget, forsitan & irridebit; sed si aliquem  
gultum rerum spiritualium habuerit, eius conscientia  
& experientia relinquo, quantum his ineptis stu-  
diis à deuotione auocetur, & vanis cogitationibus  
orationis tempore distrahatur.

Non sufficit ad vtilia discenda intellectum appli-  
care, nisi illa debito modo discantur. Ad hunc autem  
modum tria pertinent, ut rectè, ut modè, ut ordi-  
natè doctrinam proficuum queramus. Tunc rectè  
doctrinam querimus, si ob bonum finem, ob glo-  
riam scilicet Dei, & animarum salutem, & profectum  
animæ nostræ, veritatis cognitionem paremus. Tunc  
modè eidem insistimus, si nouitates fugiamus, si  
viam tritam ob rationes tantum probabiles & vim  
intellectui non afferentes, nequaquam deseramus: si  
sapientium antiquorum auctoritatem maximè vene-  
remur. Tunc ordinatè scientiam inquirimus, cum

Rom. 12.  
3.  
Aug. 12.  
de ciuit.  
Dei.

Simon de  
Cassia,  
lib. 8. in  
Euangel.  
c. 11. in  
illud Lu-  
ca: cum  
meretrici-  
bus, &c.

Psal. 72.  
72.

de aliis

de aliis



eam non finem virtutis, sed instrumentum ad virtutem facimus; cum tempora inter cognitionem & bonam actionem partimur; cum horas debitas diuino cultui & orationi relinquimus. Si prauus affectus aut curiosus intellectus aliquid his oppositum postulauerit, gladio abnegationis mortifica. Qui sine debito sine discit, est similis ei qui aedificat super arenam. Nam descendente pluuia humiliationis, & irruentibus fluminibus tentationum, & flante vento ambitionis, structura virtutis, quam simul cum scientia surrexisse credebamus, non sine dolore & scandalo aliorum procumbet. Qui sine modestia doctrinam querit, saepe decipitur, & falsum pro vero apparente pro solido admittit. Quare monet Salomon; **Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem cor tuum ad doctrinam meam (non ad doctrinam tuam, quam scilicet in proprio corde finxisti, quae pulchra erit tibi, cum seruaeris non in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis.) Qui sine ordine, studio scientiarum insilit, dum sterilem cognitionem parat, vitae puritatem ac veram virtutem extenuat. Non poterit hic imprudentiam effugere. Quia, ut inquit Hugo Victorinus & Dionysius Richelius, imprudentia est, quando congruum modum ac ordinem in his, quae discimus, non seruamus. Quomodo autem congruum discendi ordinem seruat, qui cognitionem rerum nullo modo cum virtute conferendam, adeptioni virtutum, & cultui diuino, & animae suae puritati praefert?**

**Alij autem sunt excessus intellectus magis ad vitam moralem pertinentes, quos oportet abnegare. Excessus eius est, si non prius docenda audiat, quam alios docere aut monere praesumat. Nam ut bene dixit Ambrosius, discendum prius est quam loquendum. Aures paratas habe, ut aliquid de sapientium consilijs consequaris. Lingua reprimenda est, auditio praeparanda.] Et sicut qui alium ad conuiuium inuitat, prius conuenientia praeparat, quae in cibo & in potu ministraturus est ei: ita & qui docturus est fratrem & doctrinae cibum oblaturus, parat discendo & audiendo quod apponat, ne cum fratris detrimento ad docendi munere confusus abscedat. Salomon in Prouerbis huius rei momentum aptissimo simili, ex conuiujs perito, patefecit: Quando sederis, inquit, ut comedas cum principe, diligenter attende quae apposita sunt ante faciem tuam: & statue cultum in gutture tuo.] Ad mensam diuitis sedet, qui ad mensam scripturarum & ad doctrinam exponendam accedit. Apposita attendit, si quae ab ipso dicenda sunt, prius intelligentia capit, & non oscitanter intelligit. Cultrum in gutture statuit, quando (ut inquit Beda, quia guttur pro loquela, & gladius pro discretionem ponitur) secundum id, quod bene didicit, discreta verba depromit. Nec defectus in hoc putandus est parui momenti, ex quo magna saepe mala generantur. Multi enim in dispositione vitae suae & actionum suarum errant, & malum pro bono complectuntur, quia doctores habuerunt [dicentes malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.] Alij nunquam in virtute proficiunt, neque ad studium orationis & diuinam familiaritatem ascendunt, quia magistros habent rerum spiritualium imperitos, qui nesciunt discipulos suos ad altiora dirigere, & lac pusillorum a solido cibo discernere. Hi si seipso cohiberent, & prius audirent quam loquerentur, aut certe, si res spiritus non intelligunt, animas stientes perfectionem, ad expertos mitterent, minime tanta detrimenta in suos audirent inferrent.**

*Prou. 22. 17. 18.*

*Hugo, in Didascalico c. Dionys. tract. de doct. scho last. ar. 4.*

*Amb. lib. de Noe c. 31.*

*Prou. 23. 1.*

*Beda ib.*

*Isaia 5. 20.*

**A** Excessus etiam intellectus est, si non eius operatio actiones alias humanae vitae praecedat. Quod enim sunt oculi pedibus, est intellectus humanis actionibus: unde sicut ambulans sine ductu oculorum saepe cadit: ita qui operatur sine praecedente intellectu consilio, in peccatum impinget. Dirige semitas pedibus tuis, inquit Salomon, & omnes viae tuae stabilentur.] Hoc est, ad normam itinerantis, gressus animae, id est, actus tuos, statim a sapientiae pondera, ut viae tuae, id est, eadem actiones tuae in vita non erent, sed stabiles ac firmae in virtute perseverent. Annon obscurus & teter esset hic mundus, si solis luce careret? Sed talis est vita hominis, quam non pulchritudo intelligentiae & praemeditatio mentis illuminat. Quamobrem praclare Bernardus, scribens ad Eugenium Papam, cuius humeris totum Ecclesiae pondus infederat, ait: Nunc autem, quoniam dies mali sunt, sufficit interim admonitum esse, non totum te nec semper dare actioni, sed considerationi aliquid tui, & cordis, & temporis sequestrare. Et infra, Et primum quidem ipsum fontem suum, id est, mentem, de qua oritur, purificat consideratio. Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigat excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat. Postremo diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert. Haec est, quae confusa determinat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Haec est, quae agenda praerordinat, acta recogitat, ut nihil in mente relideat, aut incorrectum, aut correctione egens.] Sic ille. Cogendus est itaque per mortificationem intellectus, ut se intra semetipsum contineat, ut aliena relinquat, ut sua apte sapienterque disponat, ut quem finem sint habitura voluntatis desideria, quem exitum humanae vitae opera, attentè consideret, ne sine hac luce, omnia nostra obscura, iine hac regula, distorta, sine hoc paedagogo, inordinata, Deoque minime grata censeantur. Ille enim non totum gratum non habet, quod sine ratione & ex impetu passionis fit, verum & dignum poena & ultione censet. Quare Ilaias ait: Non est populus sapiens, propterea non miserabitur eius, qui fecit eum, & qui formauit eum, non parceret ei.] Sapientia, id est, intellectus prauius ac directio, nostras actiones praecedat, & studiosas ac virtuti consonas, voluntati diligendas & manibus excquendas proponat, ne ita in sapienti populo parata hominem insipienter operantem inueniat.

**D** **D**amnabilior tandem intellectus excessus est, quo quis sua propria despiciens, insipienter aliena considerat. Vitae suae iudicat, actiones examinat, conuersationem damnat, & per temerarias suspiciones bona aliorum in malam, & mala in pessimam partem inflectit. Hoc autem detestabile vitium iudicandi ex obliuione sui nasci, qua quis propria acta non cogitat, Prosper manifestis verbis insinuat. Tandem, inquit, quis peccata sua, quae nosse, ac desistere debet, ignorat, quando curiosè aliena considerat. Quod si mores suos ad se conuersus aspiciat, non requirit quod in alijs specialiter reprehendat, sed in seipso quod luceat.] Haec ille. Imitamur sane frequenter cupidos alienarum opum & suae necessitatis incuriosos factores, qui occupati sarcinendis aliorum vestibibus, ut ab eis pecuniam corradant, suas habent vndiqueque discissas. Sicaliorum viram corrigimus, actiones aduertimus, conuersationem emendamus: nostram vero superbiam laceratam & temerariis suspitionibus infectam omitterimus. At non ita incaute viuendum est, sed intellectus ab aliorum actibus abducendus cogendusque, ut sua acta & cogitata diiudicet. Nam & praecipuum est Domini: Nolite iudicare, ut non

*Prou. 4. 26.*

*Bern. lib. 1. de cons. adrat.*

*Isaia 27. 11.*

*Prophet. lib. 2. de vita c. 6.*

*Matth. 7. 1.*



inducimini. in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.] Quid est, nolite iudicare, nisi, nolite in alienos mores irumpere: nolite in acta proximorum inquirere, & more iudicum, an bona sint an mala, temerarium ac vobis minimè concessum iudicium ferre? Quòd si simplex vos iudicium non continet, at subiuncta pœna cohibeat, vt non ab hominibus & à Deo iudicemini. Certum est enim, eos, qui aliorum vitas iudicant, seueros suæ vitæ iudices inuenire. Ceterus autem est, eos diuinum iudicium non effugere; quo propter iudicia temeraria multantur. Et quidem seuerè & rigidè. Nam sicut temerariè iudicantes, durè erga proximos se habent, ita (vt eadem mensura pœnam sustineant) durum & implacabile iudicium subibunt. In hac etiam vita non pauca, nec prætereunda mala temerarium iudicium ingenerat. Optimè enim notauit Anselmus, quòd si iudicans alterum, peccator est, exemplo illius in malo perseuerat: si pœnitens, peccantis quoque exemplo iterum labitur, aut in cœpta pœnitentia frigescit, aut saltem vis peccati impugnatione tentatur: si verò iustus peccantem auerdat, & se supra illum per superbiam extollit. Sed quid stultius, quàm aliena mala parua curare, & propria magna negligere? Quid arrogantiùs, quàm actionem dubiam alterius damnare, cuius intentionem ac cæteras causas nec dum discussimus? Quid periculosius, quàm alios iudicantes, nos ipso iudicio innocentes confiteri? Nam Dominus ad Scribas & Phariseos dixit: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam (scilicet in mulierem adulteram) lapidem mittat.] Innuens videlicet damnationem reorum, esse iudicium innocentium: illumque, qui in alium lapidem iudicij mittit, se innocentem pronunciare. O igitur abominabile peccatum, quod etiam lato in ipso studio vitæ tyrocinio oculis mentis aduertit, & tam acri reprehensione damnauit! Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es? dixit ad alterum socium, à quo Dominum maiestatis temerariè iudicatum agnouerat. Quasi diceret, insignis pernicitatis esse, contumili cum Domino pœna damnatum, dissimili verò causa in crucem actum, (quia Christus innocens ob aliena peccata, & lato nocens ob propria mortem perfererat), sortes per iudicium temerarium commutare, & illum, qui innocentissimus erat, peccatorem, se autem, qui sceleratissimus erat, innocentem profiteri. Lex itaque non temerariè iudicandi à latrone (vt scitè notauit Chrysostronus) seruata est, & nos, qui de vita spirituali gloriamur, eam passim transgredimur, dum fratribus nostris crimina, nunquam fortè ab illis somniata, iniuste satis imponimus.

Intellectus ergo acriter est abnegandus, vt seipsum iudicet, & aliorum vitas, quarum correctio ad nos non pertinet, discutere & damnare non velit. Idque faciliè meo iudicio discemus, si nostram agnouerimus conditionem. Possumus enim eadem facere, quæ proximi nostri fecerunt, quos iudicare & damnare nõ formidamus. Et, si Æthiops alium Æthiopen, coloris arti gratiã, non damnat, cur in peccatis nutritus alium confimilem peccatorem iudicet, atque condemnat? Præsertim cum iste, qui cecidit, & modo iudicatur, possit resurgere, & ego, qui eum iudico, possim in idem peccatũ cadere, & in eo vsque ad finem perseuerare? Conteret multos & innumerabiles Dominus, & stare faciet alios pro eis.] Conteret, inquam, eos, quos post aliorum iudicia, in similia crimina labi permittet, & stare faciet saepe pro eis, quos antea stantium iudicia temeraria percusserrunt. Hæc sententia, inquit Gregorius, qua narra-

Ansel. li. de similit. c. 110.

Ioan. 8. 7.

Luca 23. 40.

Chrysostr. hom. in Mat. c. 110.

Iob 34. 25.

Greg 35. mor. c. 8.

A tur aliorum erigi, aliorum autem vita confringi, & spes nutritur humilium, & elatio premitur superbiorum, dum & illi bona possunt amittere, de quibus superbiunt, & isti ea percipere, quæ quia non habebant, contemnuntur. Formidemus igitur in his, quæ accepimus, nec eos, qui illa nec dum assequuti sunt, despiciamus. Quid enim sumus hodie, nouimus, quid autem post paululum possimus esse, nescimus. Hi verò, quos fortasse despiciamus, & tardè possunt incipere, & tamen vitam nostram feruentioribus studiis ante ire. Hæc Gregorius. Cui addendum est, quòd non solùm in ea, quæ iudicamus, possimus cadere, verùm & per iudicium ita vitimus, quasi velimus nos ad casum parare. Temerariè namque alium iudicans, meretur gratia ad standum carere, dum virtutem suam non Deo, sed sibi ipsi præsumit adhibere. Qui enim alium iudicat, quasi opere suo dicit, ego non cecidi, quia per vires meas à peccato discessi: tanta superbia digna est, quæ à Domino relinquitur, vt persequentem casum se deiciat, & intellectum à temerario iudicio continere discat. Iuuat tandem ad iudicia temeraria reicienda, quatuor illa, quæ Laurentius Iustinianus numerauit: Quatuor, ait, sunt qualitates, quibus diligenter Deum anima compungitur, & à proximorum operibus oculos auertit. Quum aut malorum suorum reminiscitur, considerans vbi fuit: aut iudiciorum Dei sententiam metuens, secum quærens, considerat, vbi erit: aut cum mala vitæ præsentis attendens solerter, moriens considerat, vbi est: aut cum bona supernæ patriæ contemplatur, quæ quia nondum adipiscitur, lugens conspicit, vbi non est.] Sic ille. His tibi profectò saluberrimis intellectum pascamus, & faciliè à peccatorum alienorum consideratione & iudicio, pessimis alimentis, abstinemus.

Vsus Mortificationis intellectus.

Faciamus iam, pro more, breuem summam eorum, in quibus debeas intellectum per mortificationem cohibere.

- I. Intellectus igitur ignauiam pelle, & in quocumque statu aut ætate sis, res ad salutem necessarias, sine quibus scilicet tuo muneri satis esse non poteris, diligenter addisce.
  - II. Inutilia discere aut inuestigare non cures. Quædam autem adolescentibus aut vitam communem agentibus sunt vilia, quæ tibi iam viro aut ad perfectionem propetanti inutilia iudicabis.
  - III. Vilia bonâ intentione scire, & ex maiorum auctoritate inuestigare, & debito modo & tempore tibi parare curabis.
  - IV. Quæ non didicisti, non doceas, ne & tu malè docendo labaris, & alij tuos errores credendo cadant, sed magis te interrogantes, humiliter ad doctiores remittas.
  - V. Omnes actiones tuas, intellectus consideratione præcedas; quod malum iudicaueris, fugias; & quod bonum cognoueris, facias, & itinera vitæ tuæ sapienter instituas.
  - VI. Vitam & mores aliorum non iudices, sed Deo ac Prælati iudicanda & inspicenda relinquant.
- Ac pro comperto habeas diligentem intellectus culturam, fontem esse multorum spiritualium bonorum, quæ & otium, vitiorum seminarium pellet, & omnem vitam humanam dirigit, & nos Angelis iungit, à belluisque discernit.

Iustin. in ligno vitæ tract. de char. rit. 9.



De Mortificatione intellectus, siue iudicij  
proprij in rebus agendis.

CAPVT X.

**I**NTELLECTVM nostrum ab eo actu, quo iudicat de rebus, & discernit quid in quaque re tenendum aut agendum sit, solemus vocare iudicium, ab ipsa actione quam elicit, ei nomen imponentes, aut sub ea illum considerantes. Quod verum est, si ab eo, quod est in re, vel debet esse in actione, non deuiat, falsum verò, si aliter sentiat ac iudicet, quàm res vel actio se habet. Hic autem actus eius, qui iudicium appellatur, & noster proprius est, multa indiget abnegatione, quam vt tractemus, ab ipsa definitione eius incipiamus oportet. Proprium ergo iudicium est, quod non est Dei nec hominum sapientium iudicio conforme, sed singulare nostrum, ab aliorum diffinitione ac sententia dissentiens. Sunt enim plurimi etiam in cœtibus spiritualium virorum, qui ita propria sententia, ac sententia sanctæ Ecclesiæ & Consiliorum adherent; qui quod ipsi iudicant, meram veritatem: quod alij contra sentiunt, nugæ & deliramenta iudicant: qui se in sententia sequentes amant, sibi autem contradicentes arido corde & oculis toruis aspiciunt: qui denique, si suo sensui aliquid opponatur, mirum in modum turbantur & contristantur, & quod semel animo conceperunt, pro regula veritatis habent, & ab omnibus pro tali habendum esse decernunt. Vitium hoc intellectus generaliter ex superbia & præsumptione nascitur, qua quis seipsum magnum aliquid reputat, alios verò, quasi infra iacentes, despicit, & scientia ac prudentia minores existimat. Ex hoc vitio propria voluntas exoritur, omnium peccatorum initium; quia, qui se putat in omnibus punctum attingere, quod alijs se decreta & volita non faciunt, sustinere non potest. Quod indicatum est ab Ecclesiastico, dum ait: Synagoga superborum non erit sanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelligetur. Quinam sunt isti superbi? Nonne qui seiplos supra alios extollunt, qui suas sententias statuunt, & alienas despiciunt: Hi nunquam ad salutem redibunt, quoniam initium acianuam salutis, nempe intellectum habent obœtatum. Frutex peccati, vel stirps, ac initium peccati, nempe voluntas propria altas radices ager in illis, priusquam se tanto malo infectos intelligant. Vultus in corpore scdum quidem est, sed in facie scdissimum: macula in linteo turpis est, sed in mundo bysso turpissima: sic omne vitium suam habet deformitatem, at duricies intellectus & iudicij proprietas, quia faciem hominis turpat, nempe intelligentiam, & byssum, nempe lucem naturalem, obscurat, est cuiusdam turpitudinis genus in signe.

Eccles. 3.  
30.

Prou. 3.  
5.

Basil. in  
reg. bre-  
ui. 123.

Qui hoc proprium iudicium non abnegant, nec illud superiorum ac sapientium iudicio submitunt, manifestum incurrit errandi & se præcipitandi periculum. Quare monet Salomon: Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Quali dicat, non in propria prudentia ac rerum gerendarum dextérité, sed in Domino esse confidendum: qui homines sæpe per alios homines docet, ne errent, & ideo alij sunt humiliter auscultandi. Et Basilius ait: Quod sicut in vniuersum vti propria voluntate arbitriõve, alienum est à recta ratione, ita maioris partis iudicio non stare, est contumaciæ & perniciæ periculum incurere. Ex hoc turpissimo fonte magnâ errorum, hæresum, & discor-

diarum pars ortum habuerunt: dum perditissimi homines malunt in iudicio rerum suis ineptis definitionibus adherere, quàm Ecclesiæ & sapientiorum iudicio gubernari. Videmusque completum illud Salomonis: Ambulans recto itinere & timens Deum despicitur ab eo qui infami gauditur viâ. Quoniam isti non solum errant, & ab eo, quod rectum est, deuiant, sed etiam infallibilem veritatem tenentes & viam rectam ambulantes irrident. Illuduntur planè à dæmone, cuius sententiam in suo proprio iudicio sepiissime venerantur, à quo pro vero lumine terram obscuritatem excipiunt. Quam perniciem impossibile est euadere quempiam (inquit Cassianus) iudicio proprio confidentem, nisi Paulum mentem, vt idem sapiamus omnes, audiatur, & pro meliorum ac sapientiorum sententia suum iudicium abiciat. Optimè dixit Climacus: In his, qui sibi credunt, dæmon sæpe propheta fit: Ab hoc autem falso propheta edocti, qui pater est omnis mendacij, quid nisi mendacium & falsitatem imbibent, qua intellectu decepti, mores suos fallant, & alios eorum doctrinam aut exemplum sectantes decipiant? Proprium ergo iudicium fidendum non est, sub cuius velamine ex vna parte diabolus, & ex alia se proprius amor abscondit. Quemadmodum enim si medicus ad medellâ agritudinis accersitus, illi mederi nesciat, & nos periculo mortis exponat: aut si aduocatus ad litem defendendam admissus suâ ignorantia illam perdat, nunquam deinceps eorum vitium operâ, quos nouimus vitæ & substantiæ destructores, ita cum experimento didicerimus nos à proprio iudicio, non semel aut bis sed sepiissime fuisse deceptos, æquum est, vt nunquam ipsum ad consilium admittamus. Iudicium proprium non tantum diabolus decipit, sed & proprius amor mouet, ad eò vt quotiescumque proprium iudicium sequimur, proprio etiam amore regamur. Quis autem vel ignorantissimus nesciat, amorem in propria causa iudicem fuisse suspectum, à quo æqua non fit speranda sententia? Legibus humanis statutum, inquit Bernardus, & in causis tam Ecclesiasticis, quàm secularibus seruatum scio, speciales amicos causantium non debere admitti ad iudicium, ne vel fallant, vel fallantur amore suorum. Quod si culpam amici, tuo iudicio, amor illius aut minuit, aut profusus abscondit, quanto magis amor tui tuum contra te iudicium fallit? Hæc ille. Cum ratio si attentius inspicatur, adeò euident est, vt frustra in alijs querendis laboremus. Certum est enim, amorem, quo maior est, eo magis cæcum esse, magisque à recto veritatis tramite deuiare. At amor amicorum & propinquorum iudicia peruertit, vt in illorum causis palam eremus, & falsum pro vero, ac pro bono malum amplectamur. Quid ergo amor nostri ipsorum faciet, qui longè maior est, nisi proprium iudicium obscurare, & nos sub veritatis prætextu decipere: Iudicium igitur proprium, cæco nostri amore vestitum & ab illo gubernatum, semper suspectum habendum est, & maiori lucro tribuendum cum sapientibus errare, quàm cum nostro sensu verum attingere. Nam si cum sapientibus errauerimus, aliquam apud Dominum excusationem habebimus, quod illos sequuti sumus, qui lucem scientiæ præferbant: si autem noster nos sensus nostrumque iudicium fallat, nulla nos excusatio, quasi ex malitia peccantes, à flagello eius indignationis eripiet.

Prou. 14.  
2.

Cassia.  
coll. 6.  
c. 11.  
Philipp.  
2.

Climac.  
grad. 3.

Bern. lib.  
de gradibus  
humilit.

Hæc in detestationem proprii iudicij sufficiant: nunc in quibus sit abnegandum videamus. Negare proprium iudicium oportet in his, quæ pertinent ad doctrinam & inquisitionem veritatis: ita scilicet, vt nullaratione ligati, veram eam opinionem putemus,

quam



Arist. 1.  
Metaph.  
c. 3.

quam esse falsam omnes sapientes, aut illam impugnan-  
do aut oppositam amplectendo, putarunt. Cum enim appetitus sciendi magnus sit in homine, adeo  
vt à Philopho scrip.ū sit, Quod omnis homo suapte natura appetat scire; sit vt facilius erga cognitionem veritatis, quam erga res agendas affectu passionis capiatur. Et sicut mater amore cæca plus in proprio filio, quam in filiis altarum complacet sibi; eumque, cum deformis sit, omnibus aliis infantibus venustior em existimat: ita quilibet opinionem à se conceptam tenerius amat, & cum nec latum vnguem à delitio distet, quasi veriore & efficacioribus rationibus fulcitur, aliorum sapientiorum opinionibus præfert. Hinc tot nouitates, tot sententia nunquam audita in scholas inuectæ, quas si euident ratio veras esse conuinceret, taceremus quidem; ac si (vt tu ipse fateris) rationibus solùm probabilibus nituntur, quare plus tuæ probabilitati credis, quam auctoritati omnium sapientium? quos nixus leui fundamento contemnis. Hoc tuum fundamentum clarissima priscorum ingenia viderunt, & illi fatiscerunt, aut tanquam puerile aspernati sunt, quibus non deberes tuum iudicium præferre, nisi forte existimes Dominum in apertione huius veritatis illos omnes præter-  
iisse, & tibi soli in angulo mundi posito reuelasse. Converte obsecro lumina ad elapsos vitæ tuæ annos: vide quoties alicui opinioni summiter adhæcisti, & postea successu temporis nouisti te fuisse deceptum, & non sine magno pudore sententiam corde, verbo, & scripto mutasti. Idem nunc es, qui antea eras, idem ingenium habes, licet forte magis excultum, & ob id magis proprio amore cæcum, & magis in superbiam elatum, & ob id non debes aduersus sententias omnium illi fidere. Multa falsa sunt prima specie probabiliora veris; & multa vera, quæ difficilius quam falsa defenduntur, quia ab intellectu rebus sensibilibus cognoscendis assuero minime penetrantur: quare nec illa ob rationem (vt videtur) insolubilem admittenda sunt, nec ista ob difficultatem repudianda. His iudicium in disquisitione veritatis cohibendum est, ne in noua & nunquam audita declinet. At eum opiniones sunt variae, doctorum præfertim eiusdem notæ, non est vitium proprii iudicij, his magis quam illis adherere, si rationum momenta, veritatem stare pro altera parte, efficacius expresserint. Neque enim iurauimus in verba alicuius, sed in verba veritatis, quare licet & decet sine irreuerentia aliorum doctorum, eam ex ore docentis accipere.

Negandum est etiam iudicium in rebus à tota congregatione probatis, & summa omnium, qui bene sentiunt, consensione susceptis, quibus quemque suum particulare iudicium præferre tanta est impudentia, tanta superbia, vt vix possit sermonibus explicari. Huius audaciam pulcherrimè detegit Bernardus hunc in modum: Leptra proprii consilij eo perniciosa est, quo magis occulta; & quo magis abundat, tanto quisque sibi sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelum Dei habent sed non secundum scientiam, sequentes errorem suum & obstinati in eo, ita vt nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt vitæ diuiores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitatis tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis, ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constitueri. Et quæ maior superbia, quam vt vnus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei? Idololatriæ scelus est, non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi, repugnare. Eant nunc, qui se faciunt religiosiores aliis, qui non sunt sicut ceteri hominum, ec-

Hor. ser. 3.  
de resur.  
reñ.

A ce arioli & idololatriæ facti sunt: si tamen vel ei, qui dixit hoc, plusquam sibi iudicant esse credendum. Neque huic dissonat veritatis sermo, quem dixit: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.] Huc vsque Bernardus. Istud autem immane vitium ex tribus solet radicibus exoriri: Ex ignorantia nempe, qua quis patrum instituta non intelligit: ex tepiditate, qua illa durissima & minus captui humano accommodata coniectat: & ex superbia, qua se alii iudicio præferre indignum aut immoderatum non putat. His radicibus securis abnegationis applicanda est, vt mala proprii iudicij arbor areseat. Nam si ignorantia te decipit, o frater, quare sapientiorum, qui te maiorum leges doceat, præceptionumque rationes exponat, quas quia non prudentia carnalis, sed cælestis sapientia dictauit, non debes rationibus humanis examinare, sed spiritus trutina ac lance discutere. Si autem tepiditas te fallit, vide quia, quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.] Et hæc eadem præcessores tui, Dei spiritum habentes, non tantum sancta & perfecta censuerunt, verum vt facilia & delectabilia seruarunt. Te autem onerant, quia spiritu feruoris seposito, aecidie & foecordiae tentatione turbaris. Si denique superbia te inflat, scito hanc esse pestem, quæ infectit hæreticos, & ab Ecclesia separauit, & in tam miseram calamitatem abire cogit. Time igitur, ne dum hodie contrarium vnus statuti, & cras oppositum alterius legis sentire facit, paulatim à vero sensu tui instituti abstrahat, & tandem, si non à fide, at à Sanctorum congregatione diuellat.

Pars etiam huius abnegationis est, si non tantum Patrum scita per contrarium iudicium reiciamus nunquam, verum illa apud nos ipsos nec ad examen vocemus. Pars enim reuerentia est, si subditus legem à principe latam examinet, an iustum iubeat, & si religiosus instituta sanctissimorum Patrum inspiciat, & verset, an æquum opportunumque præcipiant: Si non credideris, inquit Isaias, non permanebitis.] Quia nimirum quæ à patribus accepimus, simpliciter credenda sunt, non curiosè inuestiganda, si volumus quieti in nostra vocatione persistere. Et via ad illa intelligenda non est superba & audax ipsorum disquisitio, sed modesta ac reuerentia plena credulitas. Quia si ea patrum instituta simpliciter accepimus, & opere compleuerimus, quam apta, quam sancta, quam perfecta sunt, per experimentum cognoscemus. De qua re hæc optima & notatu dignissima legimus apud Cassianum: Neque vos moueat, aut ab imitatione diuertat, ac retrahat, etiã si vobis ad præsens alicuius rei vel facti ratio vel causa non liqueat; quia eos, qui bene de cunctis ac simpliciter sentiunt, & vniuersa, quæ à senioribus tradiderunt per sepeperunt, fideliter imitari magis quam discutere student, per operis experientiam rerum etiam omnium scientia subsequetur. Cæterum nunquam rationem veritatis intrabit, quisquis à disquisitione cœperit erudiri: quia videns eum inimicus, suo potius quam patrum iudicio confidentem, facile in id vsque propellit, vt etiam illa, quæ maximè vitia ac saluberrima sunt, superflua ei videantur & noxia. Atque ita præsumptioni eius callidus hostis illudit, vt irrationabilibus definitionibus suis pertinaciter inhærendo, hoc solummodo sibi sanctum persuadeat, quod rectum atque iustissimum suæ tantum obstinationis errore censuerit.] Hæc ille. Et sanè quod in omnibus scientiis & artibus iuste à nobis exigitur, vt aliqua sine vlla hesitatione credamus, ex quibus acceptis ad alia minora, quæ ex

Matth.  
18. 17.

Luca 18.  
27.

Isai 7.  
9.

Cassian.  
coll. 18.  
c. 3.



illis sequuntur, disquisitione procedimus, non mi-  
rum si in scientio spiritus exigatur. Hæc autem  
in ista saluberrima scientia tanquam principia sunt,  
quæ primi patres ad eam edocendam vocari sanxe-  
runt. Horum ergo sanctiones discere, non mi-  
nus stultum est, quam si quis principia alicuius scienti-  
æ velit ad examen adducere. Ac proinde iudicium  
nostrum est maioribus submittendum, ita ut eorum  
instituta simpliciter accipientes, in ea inquirere ve-  
reamur.

Iudicium quoque proprium magna abnegatio-  
ne eget in rebus particularibus, quæ ad nostras ani-  
mas pertinent, & ad viam spiritus ambulandam, in  
quibus proprio iudicio regi, & magistri spiritualis  
documenta præterire, irreparabilia damna solet in-  
ducere. Vtinam non sæpissime vidissemus multos  
altiora se, contra superioris mandatum, præsumen-  
tes, aut minoribus, quam robustæ vires ferunt, ad-  
uersum idem mandatum studentes, æquale da-  
mnum incurrisse; quia aut parùm aut nihil proficiunt,  
dum se regi & gubernari non sinunt. Sed vidimus,  
& plorauimus, quod in nobis ipsis iam sine vilo re-  
medio sumus experti. Diabolus enim, qui nostris  
semper insidiatur profectibus, & ut eis damnum af-  
ferat, transfiguratur se in Angelum lucis, feruos ad  
magnas corporis asperitates, ad immoderatos labo-  
res, ad onera importabilia: repidos verò ad omne  
asperum declinandum & omne onus abiiciendum  
impellit. Qui si spirituali magistro credidissent, &  
illi indiscretionem, isti verò socordiam deposuissent,  
multa damna spiritualis profectus euitassent. Do-  
minus noster Iesus Christus leprosos, iam à lepra  
mundatos, mittebat ad sacerdotes, & dicebat: Ite,  
ostendite vos sacerdotibus, ] ut illi scilicet expende-  
rent an vera an apparens esset salus illis restituta.  
Quo ostendit non mala solum, sed & bona, non pro-  
prio sed maiorum iudicio esse examinanda, si in  
omnibus tuti esse volumus. Nam qui proprio iudicio  
regitur, similis est secundum Anselmum, ei, qui  
proprio caret cultro, & meritò esurit, si alieno inci-  
dere nolit. Cultrum enim tuum, o frater, id est, iudicium  
tuum satis obtusum habes, licet tibi acutum  
& aptum ad secandum esse videatur. Illo nihil uti-  
liter incidis; quòd si alieno iudicio ad tua discernen-  
da non utaris, profectus spiritualis fame peribis. Meritò  
Paulus illos laudat, qui semetipsos dederunt  
primùm Domino, deinde nobis per voluntatem  
Dei. Quia videlicet gratissimum Deo sacrificium  
est; ut qui se illi per studium vitæ spiritualis tradunt,  
præpositis etiam ab ipso designatis se per obe-  
dientiam tradant. Qualis autem erit obedientia il-  
lius, qui in rebus minimis, scilicet in exterioribus  
obediens, in maioribus spiritualibusque non parer:  
qui præcipuum sui, nempe studiosa opera vitæ suæ,  
non ex superioris arbitrio, sed ex proprio iudicio  
disponit? Sanè qui patri spirituali, inquit Climacus,  
tunc quidem obedit, nunc verò inobediens est,  
is ei comparandus est, qui oculis suis modò colly-  
rium modò calcem imponit. ] Profusus ita est: Nam  
collyrium imponit, quo oculos suos sanat, qui alte-  
rius sententiam sequitur, & statim calcem adhibet,  
qui oculos depascit, cum proprio iudicio guber-  
natur. Sciamus ergo iudicium proprium in rebus  
nostris maximè debere nobis esse suspectum, abne-  
gationeque esse cohibendum, ne in magnos errores  
incidamus.

Nectarum ad hoc genus obedientiæ nostræ ab-  
negatio procedat, sed etiam negemus iudicium in  
rebus agendis, ut non tam ex proprio sensu quam  
ex aliorum sententia illas peragamus. Tuta enim,

& sua via esse solet, quam omnes ingrediuntur;  
periculosa verò & tristis, quam sibi ipsi vnus solus in-  
uenit. Qui profectò aut errabit, aut alia incommoda  
non effugiet, aut vix poterit non de singularitate no-  
tari. Res itaque, præcipuè graues, ex aliorum consilio  
disponendæ sunt: Salus enim vbi multa consilia. ]  
Minores verò, si nullum appareat inconueniens, an-  
sic vel sic fiant, sine difficultate ex aliorum sententia  
potius quam ex nostra faciendæ, ut in his minoribus  
ad negandum iudicium nostrum paulatim assuesca-  
mus. Id autem maximè esse ad pacem congregatio-  
nis necessarium, docet optimè Hugo Victorinus, sic  
scribens: Hoc est, quod maximè adducit concordiam,  
si quisque non suam, sed alterius voluntatem  
facere studeat in bono. Et hoc est magna humilitatis  
in iudicium. Inde generatur obedientia, crescit cha-  
ritas, & pax, atque iustitia, & Ecclesiæ virtutes. Quòd  
si volo facere voluntatem meam & iste suam; sunt  
diuisiones, oriuntur lites, iræ quoque & rixæ, quæ sunt  
opera carnis. Et sicut ait Apostolus: Qui talia agunt,  
regnum Dei non consequentur. ] Sunt quidam in  
congregatione obstinati in suo sensu, sapientes in  
oculis suis; nam quod in animo conceperint, hoc qua-  
si ex ratione defendunt, nec se aliis, sed alios sibi ap-  
plicari contendunt. Et si viderint non sibi obtempe-  
rari, statim commouentur & perturbantur. Tales so-  
lent esse rebelles mandatis seniorum, plurimùmque  
in eis regnat passio inobedienciæ & impatientiæ. Isti  
non sunt idonei ad concordiam. ] Hæc ille. Bene des-  
cripti sunt, qui in negotiis & rebus agendis suo pro-  
prio iudicio fidunt. Qui si in vno punctum attingunt,  
in innumerabilibus errant; quoniam congregatio-  
nis sensui ex diametro se opponunt: illa verò solet  
è contrario in multis generaliter punctum attingere,  
& in paucis errare. In vno quidem voluntatem Dei  
implent, in hoc scilicet quòd malam vitam abiecerunt,  
& se per propositum spiritualis vitæ Domino  
consecrarunt, at in multis aliis ab ea discordant, nempe  
in his, in quibus nolunt sapientioribus consentire.  
Qui si dicant cum Saule: Impleui verbum Domini:  
] Dicitur eis: Et quæ est hæc vox gregu, quæ resono-  
nat in auribus meis, & amëtorum, quæ ego audio? ]  
Nam multa habent apud se clamantia & dicentia,  
quia in multis non Dei voluntatem, sed propriam ac  
proprium sensum exequuntur. Licet autem in omni-  
bus, vbi nullum peccatum est, nec notabile incom-  
modum speratur, saluberrimum sit aliorum iudicium  
sequi; at in rebus à Prælato iussis, in signis contumacia  
est, nolle proprium iudicium illis submittere. Quam  
Samuel in eodem libro Regum euidenter expressit:  
Quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus  
idololatriæ nolle acquiescere. ] Quo loco non tam  
externam inobedienciam, quam iudicij proteritiam  
esse damnatam, Bernardus testatus est, cuius hæc  
sunt verba: Non ait, non acquiescere, sed nolle ac-  
quiescere; ut non inuisionis simplex ipsa transgressio,  
sed voluntatis superba contemptio scelus idololatriæ  
reputetur. Non est enim id ipsum, nolle obe-  
dire, & non obedire. Hoc quippe interdum erroris  
est, nonnunquam & infirmitatis: illud verò aut odio-  
sæ pertinaciæ aut contumaciæ non ferendæ. ] Sic ille.  
Sed de hoc aliàs.

*Vsus Mortificationis proprii iudicij.*

**H**is ergo excessibus iudicij proprii, malagma ab-  
negationis adhibebis, ne te, sicut Heronem à  
Calliano memoratur, in barathrum desperationis  
aut errorum deiciat.

I. Nullam doctrinam veram putabis, aut intel-

2. Cor. 11.

Luca 17. 14.

Ansel. li. de siml. c. 142.

1. Corin. 8. 5.

Climac. grad. 4. de obed.

Prou. 11. 14.

Hugo. in regul. Aug. c. 2.

Galat. 5. 21.

1. Reg. 15. 14.

1. Reg. 15. 23.

Bern. lib. de prace. pro ex di. spen. ar.





lectu complecteris, quam non sapientes catholici & filij Ecclesie fideles aliquando docuerint.

II. Institutiones à tota congregatione probatas magna veneratione suscipies, & quos eas refutare videris, vt monstra & animæ pestes abominaberis.

III. Maiorum decreta nunquam in examèn adduces, sed illa, vt à maioribus tradita sunt, simpliciter intelliges, & vt congrua & vsui accommodata, tum opere tum sensu retinebis.

IV. In rebus ad tuam vitam & mores pertinentibus, nunquam te ipsum reges, sed aliorum iudicio gubernaberis.

V. Res externas alicuius momenti, nunquam sine consilio praueniente dispones.

VI. Ea quæ minoris momenti sunt, si nullum sequatur incommodum, potius ex aliorum iudicio, quam ex propria sententia, executioni mandabis.

Scitò que abnegationem proprij iudicij, Deo nostro omnium esse gratissimam; quoniam aliis, bestias, id est, sensus & affectus nostros offerimus; hac verò præcipuam nostri partem & qua homines sumus, id est, mentem, maclamus.

De Mortificatione Passionum appetitus concupiscentis & irascentis.

CAPVT XI.



IN IS turba vitium animæ, triplici ordine continetur: quorum alter est supremus, memoriam, intelligentiam, voluntatemque complectens: alter infimus sensus, omnes externos, & mem-

bra corporis apta ad loquelam, & motum continens: tertius medius, appetitum & sensus interiores comprehendens. Hac tenus partem supremam & infimam mortificatione composuimus; nunc verò (ne nihil proteruum relinquatur) mediam nostri partem instituemus. Ab appetitu autem inchoandum videtur, quoniam facilius quàm vaga cogitatio componitur. Is duplex est, alter concupiscentis, quo tendimus in bonum, vel malum, prosecutione, vel fuga, quatenus absolute bonum, vel malum est: alter irascentis, quo tendimus in bonum, vel malum, vt difficile ad obtinendum, vel difficile ad propulsandum. Duplex hic appetitus, sedes est passionum animæ, quæ sic appellata sunt; quoniam non sine aliqua immutatione corporis, huiusmodi affectus eliciuntur, qua corpus aliquid patitur, & pro ratione affectus dominantis aut contrahitur, aut dilatatur. In appetitu concupiscentis sex passiones collocantur, tres circa bonum, tres circa malum. Nam si appetitus hic inclinetur in bonum, quatenus sibi conueniens, resultat amor: si in bonum, vt absens est, & possibile possideri, resultat desiderium: si in bonum, vt præsens & obtentum est, resultat delectatio, qua appetitus in illo bono conuiescit. Si verò per sensum interiorem proponatur illi malum, vt sibi incommodum, insurgit odium: si malum, vt absens ac futurum, insurgit fuga: si malum, vt præsens, insurgit tristitia. In appetitu irascentis quinque passiones resident; tres circa bonum, duæ circa malum. Nam si bonum arduum ac difficile apprehendatur vt possibile, surgit spes obtinendi & audacia media applicandi: si apprehendatur vt impossibile, surgit desperatio: si verò malum arduum apprehendatur, vt futurum, elicitur timor, ac si præsens consideretur, accenditur ira, qua de eo, qui malum intulit, vitionem sumamus. Sunt igitur affectus, siue

A passiones appetitus vndecim: amor, & odium; desiderium, & fuga, delectatio, & tristitia: spes, audacia, & desperatio, timor, & ira.

He omnes passiones mortificationis spiritu frandanda sunt, si aliquem progressum in virtute sumus facturi. Illæ enim sunt instar nebulæ, quæ lumen rationis obscurant. Sunt quasi stercorea, quæ cor nostrum, nempe lectum Christi, turpant, & Spiritum sanctum, in nobis habitantem, contristant. Sunt compedes, & catenæ animam in terra detinentes, vt assurgere ad spiritualia & cælestia non possit. Nam animalis homo inquit Paulus, ille scilicet, qui more pecudis suis affectibus regitur, non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. His quidem affectibus minime per mortificationem cohibeatis, similes bestiis efficiamur, quas ad commoda prosequenda & incommoda fugienda, non ratio, non virtus, sed appetitus impellit. Nec ideo est à sollicita mortificationis cura cessandum, quòd iam sopitæ & compressæ videantur, quia nisi in seruitutem redigantur, cum minus cogitemus, nos facient vilitatum terrenarum amatores. Nota est nobis astutorum Gabaonitarum historia: Hi enim se de terra longinqua venire mentientes, & lassitudinem simulantes, Israelitas deceperunt, & se si non à seruitute, at à morte liberarunt. Hic est astus nostrorum affectuum, qui lassos & defectos se simulant, vt libertatem extorqueant, & nos sub commiserationis specie decipiant. Prudens autem Iosue, id est, iustus, licet eos non interficiat (neq; enim potest) at non placatur donec illos per mortificationem rationi & virtuti subiiciat. Non aliud de affectibus quàm de immanibus feris cogitandum est. Quæ si in solitudine posita, aut in cauea compeditæ nemini officiant, non est quia cornibus, & dentibus, & ungulis, & feritate careant, sed quia nullus adest, in quem sua crudelitate deficiant. Ita prorsus affectus saepe non nocent, quia assidua abnegatione & funibus gratiæ ligantur, & in quadam occasione solitudine vinciti tenentur. Sed prodat se occasio ligandi, & suavis catena gratiæ ac nostræ cooperationis abscedat, & videbis, quàm grauiter fera amoris, aut iræ, aut tristitiæ te vulneret. Si ergo monstruosum esset, & prodigio simile, quòd homo equo factus similis pedibus & manibus ad terram pronus graderetur, bestia verò illi insideret, frango & habenis regeret, & calcatribus ad ambulandum instigularet, non minus prodigiosum est, quòd fera passionis rationem post se trahat, & quasi illi insidens, quocumque appeti erit suus furor, impellat. Profectò quotiescumque passioni seruimus, ordinem naturæ peruertimus, prodigiosam vitam ducimus, & risui sapientium hominum, ac ludibrio Angelorum nos exponimus. Qualis enim est in oculis hominum, inquit Augustinus, qui in uersis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis Angelorum, cui propria caro dominatur. Si ergo qui in uersis pedibus ambulat, apud homines risum mouet, cur non infamis sit apud Angelos, qui pedibus, id est, affectibus, rationem supponit?

B

C

D

E

F

G

H

I

1. Cor. 2. 14.

Iosue 9. 5.

Aug.

Dorothei. de c. 10. in fine.



Psal. 36. 15.

Tob 24. 12. Psal. 87. 6.

Prov. 7. 26.

Apoc. 14. 11.

Aug. 1. cōf. 6. 12.

Ambr. 1. offic. 36.

fuis manibus arripiens, cordi proprio infigit. Qui vero passionem comprimit, similis est percusso quidem sagittā ab hoste, sed nusquam vulnerato ob thoracem, quem indutus est. Qui autem eradicat, & euellit passionem, similis est percusso quidem, sed sagittas arreptas manibus confringenti, aut illas in hostis cor detorquenti, ut canitur in psalmo: Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Sic ille. Affectus itaque, si comprimantur, non obsunt; ac si non cohibeantur, gladij & sagittæ sunt, quæ miseram mentem transigunt. Nam & ideo peccatores in factis scripturis vulnerati appellantur. Et Iob ait: Anima vulneratorum clamabit, & Deus inultum abire non patitur. Sanctus vero David: Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Et Salomon de meretrice ait: quia multos vulneratos deiecit, & fortissimi qui que interfecti sunt ab ea. Istos omnes aduersarij ipsorum, nempe demones & peccata vulnerant, sed non alijs telis, quam proprijs eorum affectibus, vulnera ac plagas intulerunt. Mentis hominum, horum affectuum mucro confodit, & ex apertis vulneribus omnis iniquitatis sanguinem elicit. Hoc sanguine infecti ac scedati sunt, quem lacrymis & contritione cordis debent extergere, si cupiunt ad mundiciam pertransire. Quod si vulnera dolor comitatur, non carent illi graui dolore, quos passionum tela transigunt. Immoderatus affectus inuolutus est graui dolore, quem terrena amantes aut cupientes, & quæ fugienda non essent, fugientes & auersantes, sentiunt. Soli isti sunt, qui nunquam tranquillitatem obtinent, qui querimonijs & clamoribus aures suorum fratrum replent, quibus dolorem ab immoderata passione factum manifeste testantur. Ostenditque id Ioannes, dicens in Apocalypsi: Nec habent requiem die, ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. Adorant bestiam, qui suæ carni deseruiunt: venerantur verò eius imaginem, qui eius cupiditatibus obsequuntur. Et hi in quadam inquietudine perpetua versantur, quoniam dolor à proprijs affectibus excitatus, non finit eos in aliquo loco quiete consistere. Ad hoc etiam facit dictum Augustini: Iussisti Domine, & sic est, ut pena sua sibi sit omnis inordinatus animus: nam passionum inordinatio non potest non dolorem aciem & pœnam infligere.

Omnis ergo nostra fortitudo in hoc ponenda est, ut passiones nostras vincamus, neque earum idibus vulnereremur. Neque enim fortis putandus est, qui corporis viribus pollet, nam sic leones, & pantheræ, & elephantes (quos quia ratio non decorat, nec virtus fortitudinis afficit,) essent hominibus fortiores, sed qui mentis virtute præminent. Neque actionem fortitudinis præstare, qui sibi malum afferentem proterit, sed qui malum illatum patienter æquanimiterque sustinent. Vnde Ambrosius: Et re vera, inquit, ea iure fortitudo vocatur, quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi vento quodam variarum rerum, circumfertur mutatione. Quid autem excelsius & magnificentius, quam exercere mentem, afficere carnem, & in seruitutem redigere, ut obediat imperio, consilijs obtemperet, & in adeundis laboribus impigre exequatur propositum animi ac voluntatem? Hæc ille. Ista pulcherrima fortitudo nos induat, quæ Ioseph Patriarcham ornauit, cum fugiendo heram, vulnus turpitudinis depulit. Hæc

nos protegat, quæ Dauidem regem gloriosissimum fecit, qui non tantam gloriā hostium victorijs, quam Saulis, quem occidere potuit, dimissione conquisiuit. Hæc nos tueatur, quæ Iobum hominibus admirabilem præstitit, qui in tantis miseris tolerantiam habens, & tot calamitates patienter sustinens, dignus qui à Deo ipso laudaretur, apparuit. Hac autem circumamicti non aduersus alios hostes, quam aduersus affectus nostros, depugnemus, quibus victis, reliquos, qui nos infestant, proculcamus. Horum victoria beatitudo est, sicut ab illis vinci, extrema miseria. Egregiè enim Beatus Ephraem ait: Ille verè diuinus est Philosophus, qui omni tempore prauis suis concupiscentijs resistit. Nam qui in solo nomine sapientiæ sibi blanditur, & gloriatur, propriasque sibi concupiscentias non subicit, insipiens hic prorsus, ac stultus reputabitur, quod de tam modicis passionibus ipse inquietari, atque torqueri velit. Hæc ille. Si autem veram philosophiam, siue veram sapientiam ex veri cognitione, & boni actione compositam, vera beatitudo subsequitur, quid nisi aeternæ felicitatis præmium sperabit, qui vt rectum agat, suis affectibus per abnegationem modum imponit? E contra verò, qui passionibus sui cordis subicitur, non præmium sed pœnam prophanorum speret, quibus vita & conuersatione consentit. Vt enim Gregorius late & pulchre profequitur, vnusquisque illius membrum est, cuius actiones imitatur. Et inuidus atque superbus diaboli membrum esse conuincitur, qui inuidiam diaboli, qua mors introiuit in orbem terrarū, ] & superbiā, qua [omne sublime videt,] & rex est super omnes filios superbiæ, vita & conuersatione proficitur. Qui ergo cum mundanis passione regitur, & non ratione gubernatur, pars mundi est, & membrum huius sæculi in maligno positi, licet habitu aut statu ad cætum spiritualium virorum pertineat. Quare mundanorum mercedem, aut potiùs pœnam, quia immoderatis affectibus obsequutus est, sine dubio suscipiet.

Qui autem hanc prophanorum pœnam effugere, & sanctorum præmia comparare desiderat, ita aduersus suas passiones pugnet, vt in impugnationis initio, & cum primum aduersus virtutem insurgunt, eas omni conatu cohibeat. Facilius enim est, inquit Seneca, initia affectuum prohibere, quam impetum regere. Facile sanè est, passionem incipientem ac de nouo insurgentem vincere, difficile verò eandem passionem iam roboratam profligare. Quod non obscure Salomon indicauit, cum dixit: Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Quis seruus noster? Nonne appetitus noster? Et quis delicatè nutrit eum à pueritia? Nonne ille, qui cum appetitum rebellantem aduertit, illius impuros motus refrænare contemnit? Sed is eum sentiet contumacem, quia cum postea voluerit illum cohibere, validè repugnantem & virtuti resistentem inueniet. Magis autem hanc sententiam confirmat translatio Septuaginta, quæ sic habet: Qui deliciatur à pueritate, famulus erit: nouissimè autem dolebit super se. Namque sero malorum pœnitent, inquit Beda, eandem versionem afferens, qui se meminit noluisse in tenera ætate à suis voluptatibus ad regulam continere prudentium. Passiones itaque cum prima signa immoderationis ostendunt, statim mortificandæ sunt, & paruula scintilla, cum primum prodierit, extinguenda, ne in magnum ignem excresecens, omnia, quæ longo tempore edificaueramus, deuastet. Catulus leonis in domum regiam adductus faciliè domatur, at magnus leo nulla

Ephraem. ser. ad pie ratem, to riāque o-pena exer centes.

Greg. 29. mor. 66.

Sapient. 2. Tob 41.

Senec. epist. 86.

F. m. 29. 21.

Prov. 29.

Beda ib.

vi ad







Mat. 5. 44.

luscitent, sed de aliis rebus agatur, quæ mutuam amicitiam concilient. 5. Illo duplici medicamine utendum est, quod magnus medicus animarum Christus edocuit. Qui eum dixisset: Diligite inimicos vestros, statim subiicit: Benefacite his, qui oderunt vos. Et postea: Oraite pro persequentibus & calumniantibus vos. Impellat ergo se homo bona vel cum rædio inimicis præstare, & pro illis pijs orationes fundere; quia hæc paulatim cor immutabunt, rædium & repugnantiam vincunt, atque ingerent oppositum amoris affectum.

Valer. Max. lib. 7. c. 7. 1. Cor. 7. 31.

Joan. 5. 5.

Desiderij remedia eadem sunt, quæ malo amori medentur. Addenda præterea sunt alia. 1. Considerandum est, rem concupitam nos satiare non posse, immò postquam adepti fuerimus, mentem, non minùs quam antea, vacuum & inquietam relinquere. Quid autem inutilius aut insipientius, quam ea, quæ non satiant concupiscere, eorumque desiderio torqueri? 2. Quod antea desideravi, si sum adeptus, è vestigio contempsi, illud molestiam ingens, & mille laboribus onerans, sum expertus, & post modicum tempus desideravi illud omitttere, & ad alia appetitu & actione transire. Eadem autem erit ratio eius, quod nunc cupio, quia par est huius rei & alterius egestas. Melius est ergo rem vilem non desiderare, & quam post paucos dies aspernaturus sum, à principio contemnere. 3. Rem, quam desideras, ut commoditatem aut honorem abeuntem & discedentem considera, iuxta consilium Aristotelis, quem Valerius retulit: Et Paulus quasi digito demonstravit, dicens: Præterit enim figura huius mundi. Quæ autem abeuntia considerantur, nec desiderio tenentur, eo ipso, nisi ceci sumus, contemnuntur. Desiderium namque propter possessionem est; ut quid autem desidero, quod quia semper fugit, & transit, atque discedit, aut nunquam aut vix ad momentum possideo? 4. Quod concupisco, aut consequi non possum, quia potentiores idem cupiunt, & rem à me desideratam præripiunt, ut eueniebat illi languido, qui hominem non habens, per triginta & octo annos nunquam potuit, ad comparandam salutem, in piscinam tempestivè descendere: aut possum quidem, & tandem consequar, sed post adaptionem non melior quam priùs, immò potius peior existam. Si rem concupitam non possum acquiri, desiderium admittere nihil aliud est, quam tormentum, qui me infestet, accersere. Si autem possum, id desidero, quod adveniens dolorem & penitentiam importabit. Quanto ergo melius est hæc incommoda, vnica vani desiderij mortificatione removere? 5. Tandem mors, & aliæ huius vitæ miseriæ ob oculos habendæ sunt, quæ attentè perpensæ mirum in modum inania desideria coercunt. Ad quod adducitur pulchra Philosophi Epicteti sententia: Mors, inquit, & omnia, quæ in malis habentur, ob oculos tibi quotidie versentur, maxime verò mors. Sic nihil humile cogitabis, neque impensè cupies quicquam.

Inga siue abominatio sua habet remedia, cum ea, quæ non sunt fugienda aut abominanda, declinat. Multa quippe interdum fugimus, ut aduersa & appetitui nostro contraria, quæ quia spiritui profunt, & spirituali vitæ proficiunt, ineptè latis declinamus. 1. Et hoc sit primus huius excessus medicamen, quod hæc insulsa & suaui, sua utilitate non carent. Quod si potum amarum accipimus, quia corporis salutem affert; cur amara menti salutem afferentia non tolerabimus? 2. Accedit facta ab ipsa rei amaræ acceptione mutatio, quæ non alio, quam ipso vsu dulcescit. Et sicut aliqui, dum stomachi neces-

A fitate poscente, incipiunt vinum bibere, gustus molestiam sentiunt; postea verò quam vino assuescunt, non parum eo delectantur: ita aspera & corpori aduersa principio amara, sed postea per assuetudinem dulcia videntur. 3. Non possumus etiam mandata Domini custodire, nisi aliquid molestum sentiamus. Vnde cum Regio Propheta dicendum est: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras: quia nimirum verba Domini, quæ dulciora sunt super mel, & fauam, quoties ob inualetudinem nostram amareicunt nobis, non reiicienda sunt, sed amplexanda, ut custodita nos saluent, & sanis suam suauitatem ostendant. 4. Nec desunt magna præmia tolerantibus res aduersas; hæredes enim sumus Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.]

Psal. 16. 4.

Roma. 8. 17.

B Delectatio & lætitia de rebus noxiis aut vanis, qualis est ea, quæ peccati siue græue siue leuæ consequitur, aut de rebus inanis, quæ ad Dei gloriam non referuntur, generatur, magna curatione eget, quia potentissima est ad inescandum animum & ab omni virtute separandum. 1. Curat illam firmum propositum respuendi huiusmodi voluptates. Nam si Dominus gloriæ, forma nostræ cõuersionis factus, delicias & corporis voluptates auersatus est, & aspera quæque pro nobis passus; quid pro eius amore eandem viam ingredi dubitamus, ut omnem inanem delectationem auersemus? 2. Istud autem propositum non est difficile considerantibus mala, quæ voluptates ingenerent. Ipsæ enim ad omne flagitium excitant, & mentem nobilissimam vilissimo mancipio, scilicet peccato, prostituunt: quod in Dauide conspiciamus, ob vnã carnis voluptatem è tanta sanctitate ad tantam iniquitatem deiecto. Ipsæ virtutes omnes dissipant, & earum regnum evertunt, quod non in molli voluptate, sed in duro labore omnis Philosophia constituit. Ipsæ virtutum aurigam, prudentiam videlicet, destruant, hominèque, à sua dignitate derubatos, pecudibus similes faciunt: quæ, ut inquit Augustinus, cum magnæ sunt, omnem aciem mentis & cogitationis obtundunt. Ipsæ ab Antisthene, quem refert Laertius, peiores infania reputantur: infaniam enim sæpe auertit medicus; at voluptates, cum mentem eripiant homini, insanabilia mala videntur. Ipsæ suffocant verbum Dei, ut Dominus ait; nam quidam à voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum: quod verbum, deliciis obrutum, fructum ferre non potest. Ipsæ demum corpus ipsum eneruant, ineptumque ad officia virtutis faciunt. 3. His adicienda est breuitas voluptatis; ferioque examinandum quantum temporis ipsa nos oblectabit, quantum item temporis ob acceptam voluptatem conscientia mordebit. Cum autem viderimus, tempus doloris esse tempore voluptatis in immensum longius, hanc sine dubio, tanquam doloris seminarium, reiiciemus. 4. Opponenda tandem est noxiæ voluptati de rebus diuinis verissima delectatio, cui gustus assuetus illam homine indigna reputabit. Delectare in Domino, inquit Psalmographus, & dabit tibi petitiones cordis tui. Hæc delectatio, qua incipimus in fonte omnium bonorum delectari, faciet ut postulata, non à carne, sed à spiritu, recipiamus. Quæ ita spiritum afficient, ut ipse carnis petitiones respuat, & omnia eius oblectamenta contemnat.

2. Reg. 2. Aug. 14. de ciuit. c. 16. Laertius lib. 6. c. 1.

Luc. 8.

C Tristitia de successibus humanis concepta, si sit immoderata, mala censeatur, iuxta illud Ecclesiastici: Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Cui consonat Paulus: Tristitia, inquit, sæculi mortem operatur. Hanc autè multa leniunt. 1. Consideratio multorum

Psal. 36. 4.

Ecc. 30. 25.

2. Cor. 7.

malorum,



Bonaue-  
na specu-  
lo. p. 1 c.  
2.  
Cassian.  
lib. 9. c. 3.  
  
Phil. 132.  
2.  
  
1. Corin.  
3. 16.  
  
Greg.  
hom. 35.  
in euang.  
12.  
  
Philip. 1.  
29.  
Phil. 24.  
18.  
  
Cassian.  
lib. 9. c.  
12.  
  
Hebrao.  
10. 32.  
2. 27.

multorum malorum, quæ ex illa exoriantur. Solet  
in aqua turbida, inquit Bonaueura, id est, in corde  
turbato, latere piscatorum animam [coluber tortuosus].  
Et Cassianus: Vestimentam tinearum est. at-  
tenti, nullius pietatis, vel honesti usus poterit ulterius  
habere commercium. itidemque lignum vermium  
exaratum non iam ad ornatum vel mediocris ædifi-  
cij, sed ad combustionem ignis merebitur deputari.  
Ita igitur & anima, quæ edacissimis tristitia morli-  
bus deuoratur, inutilis erit vel vestimento illi Ponti-  
ficali, quod vnguentum Spiritus sancti de celo de-  
scendens, prius in barbam Aaron, deinde in oram  
suam solere suscipere, sicut David vaticinio perhi-  
betur, secundum illud: Sic vnguentum in ca-  
pite, quod descendit in barbam Aaron, quod de-  
scendit in oram vestimenti eius. Sed nec ad structu-  
ram templi illius spiritualis atque ornatum poterit  
pertinere, cuius Paulus architectus sapiens posuit  
fundamenta, dicens: Vos estis templum Dei, &  
spiritus Dei habitat in vobis. Sic ille. Hæc, & alia  
mala, quæ tristitia affert, sapiens vnica eius depulsi-  
one aut moderatione depellit. 2. Mala, quæ eue-  
nire possunt, præmeditanda sunt, aduersaque nobis  
posse accidere, animo sæpe volendum, vt si eue-  
nerint, non nos imparatos inueniant. Hinc est illud  
Gregorij: Minus iacula ferunt, quæ prævidentur,  
& nos tolerabilis mundi mala suscipimus, si contra  
hæc per præscientia clypeum munimur. 3. Si  
quid aduersum eueniat, non tam vt malum, quam  
vt occasio excedendi præclaras virtutes, nempe pa-  
tientiam & animi magnitudinem, & vt instrumen-  
tum conciliandi diuinam gratiam, suscipiendum est.  
Sic Paulus aduersa respiciebat, cum scripsit ad Phi-  
lippenses: Vobis donatum est, nõ solum vt in cum  
credatis, sed etiã vt pro eo patiamini. Sic & David  
ex tribulatione gratiam sibi conciliat, dicens: Vide  
humilitatem meam & laborẽ meum, & dimitte om-  
nia peccata mea. 4. Auocanda est cogitatio à præ-  
senti molestia, & bonis iam obtentis occupanda, vel  
certè spe obtinendorum bonorum erigenda. Vnde  
Cassianus: Hanc perniciosissimam passionem tri-  
stitiã ita expellere poterimus, vt mentem nostram  
futura spe & contemplatione repromissæ beatitudinis  
eriganus. Qui & addit, ex quacumque causa tristi-  
tiam exortam bonorũ futurorum spe, potentissimè  
solere leniri, & prosperitatis venturæ memoria miti-  
gari. 5. Quæ nobis mortalibus accidunt, humana  
sunt, alitq; multis hominibus euenerunt, neque est  
cur nos ab his quæ alij æquanimitè sustinuerunt, im-  
munes putemus, aut cur non ea æquo animo fera-  
mus. In ferendis quæ aduersis euentibus, sicut & in  
cæteris rebus, illi potius imitandi sunt, qui patienter  
sustinentes, magnum ex illis emolumentum college-  
runt, quam illi, qui ob impatientiam & inmodera-  
tam tristitiam, nullum profectum reportarunt. 6.  
Assumpta tristitia nullo modo causam doloris tollit  
aut mitigat, immo magis dolorem aggerat, quem  
spes & æquanimitas: vtrumque que lenigent: quare ab-  
surdum est tristitia in aduersis se consistere, & non  
per conformitatem cum voluntate diuina caput le-  
uare. 7. Qui aliquam est calamitatem expertus,  
& quis non est expertus? eius recordatione poterit  
cõcipere spem felicitis exitus ex malo præsentis. Nam  
ille benignus Dominus, qui præteritam calamitatem  
depulit, nos ex præsentis etiam eripiet. Hæcque con-  
sideratione Paulus Hebræos ad constantiam ac pa-  
tientiam hortatus est: Rememoramini, inquit,  
pristinõs dies, in quibus illuminati magnum certam-  
en sustinistis passionum. Et infra: Adhuc modic-  
um aliquantulumque, qui venturus est, veniet, &

A non tarabit] 8. Eademum tristitiam leuant,  
quæ moderatam, & secundum Deum, delectatio-  
nem afferunt. In quibus præcipuum locum habet  
contemplatio veritatis, vt Diuus Thomas ait, & in-  
tenta consideratio diuinæ prouidentia: omnia nõ-  
stra ex amore disponentis. Quare enim filius trisle-  
tur, ex eo quod benignissimus pater & sapientissi-  
mus, qui errare non potest, ex magno amore in tulit,  
& dilectissimo filio vtilissimum indicauit

D. Thom.  
2. 2. q. 35.  
ar. 5.

Quibus medijs passiones appetitus irascentis  
sint frenandæ.

CAPITULUM XIII.

**A**FFECTVS siue passiones in appetitu  
irascente residentes, neque minoribus  
excessibus subiacent, neque minoribus  
remedijs indigent, quam passiones  
patem concupiscentem occupantes.

De remedijs ergo, quæ eas vtrumque componant,  
paucã dicamus.

Spe sæpe delinquimus, cum spiritui noxia spera-  
mus, cum vana & prophana nos obtenturos esse cõ-  
fidimus, & cum ex vana spe labores non leuis mo-  
menti, pro acquisitione voluptatum aut honorum  
apprehendimus. Quare in libro Sapientia legimus:  
Spes impij tanquam lanugo est, quæ a vento tolli-  
tur: & tanquam spuma gracilis, quæ a procella di-  
spergitur: & tanquam fumus, qui a vento diffusus est:  
& tanquam memoria hospitis vnus diei prætereun-  
tis. Et Iob ait: Spes impiorum abominatio animæ.  
Salomon quoque: Spes impiorum peribit. Ac tan-  
dem Ecclesiasticus: Vana spes, & mendacium viro  
insensato. Et quidem cum talis est spes, his est re-  
medijs moderanda. 1. Vanitas rerum, quas spera-  
mas, inspicienda est, quæ nullo modo labori in eis  
acquirendis impendendo respondent. Et si nullus  
emit mille aureis tam quæ floccipenditur, quare  
stultus homo tanto labore rem vilem, & forsitan  
damnationem allaturam, mercabitur? Pars mea Do-  
minus, inquit sanctus Ieremias, propterea expecta-  
bo eum. Nam hoc summum bonum sperandum  
est, & quæ ad illud nos ducunt: vana verò & inutilia  
omnimodis aspernanda. 2. Debemus itaque  
spem ad cœlestia conuertere, & pro eis adipiscendis  
laborare, vt inanes spes in nostris cordibus euane-  
scent. Qui enim se imperium aliquando tandem  
adepturum sperat, vilissimum munus sperare erube-  
scit. Et nos ergo, si consequi cœlestia speremus, si pro  
nostri victoria fortiter laboremus, quæ huius sæculi  
sunt, nequaquam anxie sperabimus. 3. Proderit  
maximè contemptus sæculi & despectio terrenor-  
um, quia nemo, quæ contemnit, sperat, magis au-  
tem concutitur timore, ne res contempta sibi vn-  
quam eueniat. Quamobrem si terrena contempse-  
rimus, nunquam in illa inmoderate spei motibus  
erigemur. Omnis, qui viderit te, [resiliet  
a te,] inquit Nahum propheta: quia qui te cogno-  
uerit, nunquam pellem tuam deauratam sperabit,  
magis autem illa, quæ figus non pellit, se operire aut  
fouerẽ timebit.

Sapient.  
5. 15.

Iob. 11.  
20.  
Prouer.  
10. 28.  
Eccle. 34.  
1.

Threno.  
3. 24.

Nahum.  
3. 7.

C De remedijs ergo, quæ eas vtrumque componant,  
paucã dicamus.

Spe sæpe delinquimus, cum spiritui noxia spera-  
mus, cum vana & prophana nos obtenturos esse cõ-  
fidimus, & cum ex vana spe labores non leuis mo-  
menti, pro acquisitione voluptatum aut honorum  
apprehendimus. Quare in libro Sapientia legimus:  
Spes impij tanquam lanugo est, quæ a vento tolli-  
tur: & tanquam spuma gracilis, quæ a procella di-  
spergitur: & tanquam fumus, qui a vento diffusus est:  
& tanquam memoria hospitis vnus diei prætereun-  
tis. Et Iob ait: Spes impiorum abominatio animæ.  
Salomon quoque: Spes impiorum peribit. Ac tan-  
dem Ecclesiasticus: Vana spes, & mendacium viro  
insensato. Et quidem cum talis est spes, his est re-  
medijs moderanda. 1. Vanitas rerum, quas spera-  
mas, inspicienda est, quæ nullo modo labori in eis  
acquirendis impendendo respondent. Et si nullus  
emit mille aureis tam quæ floccipenditur, quare  
stultus homo tanto labore rem vilem, & forsitan  
damnationem allaturam, mercabitur? Pars mea Do-  
minus, inquit sanctus Ieremias, propterea expecta-  
bo eum. Nam hoc summum bonum sperandum  
est, & quæ ad illud nos ducunt: vana verò & inutilia  
omnimodis aspernanda. 2. Debemus itaque  
spem ad cœlestia conuertere, & pro eis adipiscendis  
laborare, vt inanes spes in nostris cordibus euane-  
scent. Qui enim se imperium aliquando tandem  
adepturum sperat, vilissimum munus sperare erube-  
scit. Et nos ergo, si consequi cœlestia speremus, si pro  
nostri victoria fortiter laboremus, quæ huius sæculi  
sunt, nequaquam anxie sperabimus. 3. Proderit  
maximè contemptus sæculi & despectio terrenor-  
um, quia nemo, quæ contemnit, sperat, magis au-  
tem concutitur timore, ne res contempta sibi vn-  
quam eueniat. Quamobrem si terrena contempse-  
rimus, nunquam in illa inmoderate spei motibus  
erigemur. Omnis, qui viderit te, [resiliet  
a te,] inquit Nahum propheta: quia qui te cogno-  
uerit, nunquam pellem tuam deauratam sperabit,  
magis autem illa, quæ figus non pellit, se operire aut  
fouerẽ timebit.

E Similiter desperatio multis est obnoxia delictis,  
vt si quis de his, quæ debet sperare, desperet. Debet  
enim homo sperare se impetraturum veniam pecca-  
torum; se obtenturum in bono statu, quem arri-  
puit, perseuerantiam, tentationum victoriam, tribu-  
lationum leuamen, & auxilium ad proficiendum, &  
reliqua huiusmodi. Vnde si circa hæc affectus aliqua





desperatione aut diffidentia feratur, bonis est cogitationibus corrigendus, & in spei affectum commutandus. **1.** Duplex est verò cogitatio præcipua, quæ omnem desperationem depellit. Altera est cogitatio diuinæ misericordiæ, cui omnia mundi peccata comparata, non maioris momenti sunt, quam comparatione maris, guttula toris exigua. Hæc est quæ Paulo blasphemò & contumelioso, & Magdalene magnæ peccatrici pepercit. Hæc est, quæ innumerabiles peccatores ad bonam frugem adduxit. Quare ergo mihi non parcat, si dolore tactus & actu emendatus accurreto: quare me, quæ omnes sinu benignitatis recipit, non excipiat? Hæc est, quæ sordidissimis peccatoribus iam conuersis, ad aliorum conuersionem est vsa: De quo Dominus ipse gloriatur loquens ad Iob: Nunquid, ait, ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis assestisti, quæ præparauit in tempus hostis, & in diem pugnæ, & belli? ] Quinam significantur, secundum Gregorium, nomine niuis & grandinis? Nonne mentes & corda prauorum? De quibus Ieremias ait: Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic anima frigidam fecit malitiam suam. ] Et Dominus: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. ] In his ipse Dominus thesauros habet, quia multos electos, qui emendandi sunt, inter prauos esse cognoscit. Quos in tempus hostis, & in diem pugnæ, & belli præparat, quia eorum mira conuersione, & inculpata vitæ exemplo, & doctrina sanctissima omnes iniquos impugnat, & multos expugnat. Quare ergo me desperatione conteram, & non potius in spem erectus, quod vnus illorum sim futurus, de Saluatoris misericordia confidam? **2.** Altera cogitatio est diuinæ potentia, cum eximio amore coniuncta, quæ abundantissima auxilia ad cæpta perficienda præstabit, & in omni nobis tribulatione & necessitate subueniet. In quacumque igitur calamitate coniectus, sælicem tibi exitum de diuina miseratione promitte. Verbaque Beati Patris Ephraem non solum lege, sed & sedulo meditare, quæ te contra omnem desperationem confirmant. Furto, inquit, tibi sublati est thesaurus, sed adhuc bonæ negotiationis tibi aperta remanet via: tempus adhuc tibi suppetit recuperandi thesaurum; modò ne desperes. Quare sedulo ac sollicitè eum collige, atque recupera. Et si telo vulneratus sis, penitus animo ne cõcidas, ad mortem vsque perferas, ne timeas ictum. Ostende tuam in certando scientiam acrobatur, vt resurgens gloriæ corona texatur tibi. Et si à latrone spoliatus sis, à cursu incepto caue desistas; in bello contingit vt & feriamus, & vulneremur. Etiam si pruina tuum agnum læserit, iterum ac tertio fodito, impigretque ipsum excolito, & diligentè serito. Ecce plenæ tibi nubes ac pluuia adueniunt. Ne te latro pellat via. Non terrearis, neque onere in medio viae relicto, procede. Ex conflictu vbi vulneratus es, victoriam referre contende. Quomodo autè à tuo thesauro spoliatus es, poteris rutilius tibi eundem recuperare. ] Hæc ille. Quæ allegoricè dicta, si penitus intelligantur, misericordè omnem desperationem reuiciunt, & in spem sælicium exituum mentem attollunt.

Passio quoque audaciæ immoderata est, si aliquid vetitum & aduersus diuinam voluntatem audeamus, si aliquid etiam vltra vires, vel iam à Domino datas, vel promissas, præsumamus, quas ex occulta inspiratione, vel ex consilio Prælatorum, vel ex ratione prudenti nobis affuturas esse cognoscimus. **1.** Audaciã ad malum frenat iustitia Dei, quæ sua mandata transgredientes acriter punit, & eorum co-

naribus potenter obstitit. Nam si homines aui sunt edificare ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, est Deus in cælo, qui illos irideat, & opera eorum conterat, atque confringat. **2.** Audaciã verò ad ea, quæ vltra vires sunt, cohibet in iustis discretã humilitas humilisque discretio, vt considerantes, quia sine Deo nihil possunt facere, illa solum aggrediantur, in quibus Deum adiutorem habebunt. Spiritus enim sanctus, vt inquit Gregorius, dum sensus honestè viuenciam instruit, audaces modò, modò timidos reddit. Audaces quidem, vt præsumant, timidos, ne superbiant. Impellit, vt necessaria possulent; retrahit, ne nimis præsumendo vitium incurrant temeritatis. ] Hæc ille. Serui itaque sui domini ductum sequantur, & audaciã sancto timore temperent, ne sit temeraria: timorem verò discretè audaciã vigeant, ne in pusillanimitatem spiritus cadant.

Timor malus & cohibendus est, quando propter alicuius rei timorem bonum relinquimus, vel malum agimus, aut quando ea, quæ non sunt metuenda, formidamus. **1.** Huic autem timori medemur omnibus his, quibus vanum amorem, inanem concupiscentiam, & noxiam tristitiam cutamus. Qui enim bonum aliquod non amat, nec cupit, eius amissionem non timeat; & qui ita robustus est aduersus tristitiam, vt malum præsens non sentiat: quid mirum fidem futurum, vel etiam iam incumbens non metuat? In quam sententiam ait Augustinus: Qui cupit, cum nihil aliud sit cupiditas, quam amor rerum transeuntium, metuat necesse est, ne amittat eas, cum adeptus fuerit, aut non adipiscatur. Et qui angitur animi dolore, necesse est metu agretur, quia quorum malorum præsentium est anxietudo, eorum est imminentiũ metus. **2.** Præter hæc, magnam vim habet ad sedandum timorem, cogitatio eorum excellentium virorum, qui in similibus euentibus imperterriti steterunt, nec se ob imminens malum à virtute separarunt. Prodest etiam cogitare, illud, quod timeamus, aut malum non esse, aut non magnum malum, aut non esse euenturum. Sæpe enim aliqua timeamus, quæ quam longissimè à nobis abfuerunt. Idemque de hoc malo, quod nunc nos terret, sperare debemus, ne ex illis simus, qui vt ait Palmus) illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. ] **3.** Sed esto, malum, & magnum malum sit euenturum, certè inutile est, nos illius memoria ante tempus excruciarì, & satis est eo adueniente & vrgente torqueri. Sufficit diei malitia sua, ] ne eam nos consideratione futurorum augeamus, quin potius his, quæ eam leniant, quantum possibile fuerit, extenuemus. **4.** Efficacissima tandem timoris medicina est, vera charitas, qua quis Deum diligit, & se ab eo diligi sentiat: spiritualis feruor, quo iustus pro amore Domini, non tantum paratus sit omnia bona facere, sed & cuncta mala sustinere: & insuperabilis fiducia, qua sciat in Deo fortissimo protectore confidere: Qui enim confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. ] Et si Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? ]

Eisdem autem remediis, quibus iræ vitium extinguitur, passio iræ frenatur ac cohibetur, quæ cum supra explicata sint, pauca sunt, quæ in hunc locum afferamus. **1.** Ad iram leniendam plucinum valet, cum irati sumus, nihil verbo aut factò tentare, sed omnia ad illud negotium spectantia, in aliud tempus differre. **2.** Prodest etiam tempore huius silentij ac internæ quietis, adductis rationibus, causam iræ conceptæ minuere. **3.** Vtile similiter

Iob 38. 22.

Greg. 29. mor. c. 11 Ierem. 6. 7.

Matth. 24.

Ephraem. ser. 2. de penit.

Genes. 11.

Greg. lib. 4. in 1. Reg. ad. c. 9.

Aug. lib. 83. 99. 4.

Psal. 13. 5.

Matth. 6. 34.

Psal. 124.

Psal. 26. 1.





erit erga occasionem irae, sicut post aliquot dies nos habebimus, quando sine dubio pacari erimus, ira nunc ratione nos regere, & virtutis imperio pacare. 4. Consideremus deinde, eum qui nobis iniuriam intulit, cum maius sibi quam nobis malum attulerit; nobis enim malum poena, sibi verò malum culpae importavit; esse non tam ira quam commiseratione dignissimum. 5. Ac praeterea per iram atque vindictam, malum non amovemus, sed potius maxime cumulamur. Malum enim iniuriae patienter sustentatum nos patientes & Deo gratos facit, iracundè verò susceptum, iracundos & sensu pusillos efficit. 6. Mansuetudinis dignitas expendenda est, iracundia nequitia oculis oblienda, & exempla mansuetorum, praecipue Christi Domini & Sanctorum meditanda. Tanta quippe est mansuetudinis pulchritudo, ut vel leanae & tyrides in sui amore allicias: tanta iracundiae turpitudine, ut vel illos, qui nullo metu tanguntur, extretreat: tantus Christi, agni mississimi, ac mansuetorum splendor, ut vel sepultos, si fieri posset, ad sui imitationem inducat. 7. Qui etiam iram cohibere vult, necesse est ut paucis, utque vix ad vitam sufficientibus, sit contentus: item oportet ut vanam curiositatem vincat, eorum namque cognitione, quae melius esset necire, solet ad indignationem commoveri. 8. Non sufficit autem ad pacem ac concordiam servandam, in nobis iram cohibere, sed & nobis incumbit, fratrum iratorum iracundiam moderari. Id autem fiet si iuxta consilium Pauli, quo inquit: Date locum irae, locum iratis demus, & ne statim, ac flamma irae erumpit, illi imprudenter oblitamur. Si & secundum dictum sapientis: Responso mollis frangit iram: convenienti tempore humilibus modestisque sermonibus iratum mitigemus. Si quoque cum à nobis erratum fuit, culpa cognita, veniam humiliter deprecemur. Si denique quod admisum est, quam longissime à suspitione contemptis removeamus.

Atque in universum admodum è se erit, omnibus passionibus temperandis, eas, sicut re vera sunt, nostrae artis instrumenta cogitare. Actus enim passionum & similes alij, qui à voluntate eliciuntur (ut suo loco, Deo nobis annuente, dicemus,) sunt officia praecipua, quibus in oratione proficimus. Fructus enim meditationis & contemplationis est, amare, desiderare, sperare Deum, & bona caelestia, & delectari in eis, & ad ea obtinenda convenientibus mediis audere. Item odisse, fugere, & timere malum, de peccatis tristari, & adversum iniquitatem irasci, & de nostris viribus nudis penitus desperare: ac tandem secundum has internas actiones, vitam nostram instituire. Sicut ergo artifex, nisi omnino desipiat, instrumenta suae artis quam diligentissime emundat, & polit, & bene temperata recondit, ut possit eis suum opus perficere: ita & nos affectus nostros custodiamus, poliamus, & optime attemperatos custodiamus, ut in sublimissima familiaritate cum Domino, illis possimus ad praestantissimarum virtutum actiones iuvare.

De Mortificatione cogitationum.

CAPUT XIV.

**I**NTERIORES sensus vno nomine cogitationis vel imaginationis comprehendimus, quod illis visa, audita, odorata, gustata, & contrahata variis modis cogitamus, & ex illis, tanquam ex lignis & lapidibus,

**A** ingentia & admittenda monstra componimus. Horum sensuum actiones vocamus cogitationes: quoniam illis varia sensibilia, tum absentia, tum praesentia quasi in unum colligimus, ut eorum perceptione delectemur. Quibus cogitationibus licet intellectus ad suum opus utatur, & phantasia ac imaginationi cooperetur, malimus tamen hanc mortificationem his sensibus adscribere: quoniam & illorum propria est, & omnis nostra intelligentia in hac vita mortali, communiter, (paucis exceptis euentibus, de quibus in tractatione de contemplatione dicemus,) à sensu interiori incipit, tanquam ab eo, qui rem intelligentiam subministrat, & sine sensu interiore cooperante non subsistit. Haec autem cogitationum abnegatio consulto in postremum locum reiecta est, licet ex natura rei prior sit cogitatio, quam appetitio; quoniam, (ut quis etiam spiritualissimus in se ipso experietur,) facilius est, mala opera fugere, & appetitiones malorum aut vanorum frenare, quam eorundem cogitationes continere. Inveniuntque iustum adeo feliciter pugnantem, ut non solum recte, sed & perfecte conuerteretur, & appetitus suos optime moderetur: qui tamen vix potest cogitationes componere; & cordis distractiones in unum colligere. De quo amarissime conquerebatur David, dicens: Multiplicatae sunt super capillos capitis mei; & cor meum dereliquit me. Illae enim iniquitates super capillos multiplicantur, quae sine opere & desiderio, in sola incuria cogitationis complentur. Et cor nostrum derelinquit nos, cum instar infidelis ancillae ex domo fugientis, per quaque vana & superflua cogitatione vagatur. Eandem difficultatem continendi inutiles cogitationes Salomon euidenter expressit: cum dixit: Praepara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam. Dum enim prius operis preparationem quam agri culturam indixit, profecto docuit, facilius esse, opera externa recta facere, quam agrum cordis à pravis aut vanis cogitationibus emundare. Et Sophar, ut hanc humani cordis imbecillitatem adstruat, apud Iob ait: Si iniquitatem, quae est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia: Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis. Prius à manu iniquitatem subtrahi, inquit Gregorius, & post à tabernaculo admonet iniustitiam abscindi, quia quisquis iam praua à se opera exterius resecat, necesse profecto est, ut ad semetipsum rediens, solerret sese in mentis intentione discernat, ne culpa, quam iam in actione non habet, adhuc in cogitatione perduret. Sic ille. Unde si posterior cogitationum moderatio tanquam difficilior expetitur, per quam puritas animae nostrae stabilitatque compleitur, merito post mortificationem operum & desideriorum, quam expressimus, nunc ad cogitationum compressionem properamus.

Qui ergo hucusque sollicitus fuit, vitam suam exteriorem corrigere, & intellectum ac voluntatem, necnon & passiones atque desideria componere, natus deinceps cor suum ad tranquillitatem adducere, quasi seipsum in quadam mentis solitudine constituere, & non solum malas cogitationes sed [muscas] quoque [morientes, quae perdunt suavitatem vngienti,] id est, vanas & inutiles, amputate. Non quidem est in nostra potestate malorum aut inanium cogitationum impugnatione carere; at in nostro arbitrio cum divinae gratiae adiutorio situm est, eas constanti animositate respuere. Cuius rei vnus testis inter plurimos, qui adduci possent, affertur Cassianus, cuius haec est sententia, Mentem

Roman. 11. 19.

Prover. 15. 1.

Tom. 3. lib. 13. per multa capita

1. 2. 3.

1. 2. 3.

Psal. 39. 13.

Prover. 24. 27.

Iob. 11. 14. 15.

Greg. 10. mor. c. 11

Eccles. 10. 1.

Cassia. col. 1. ca. 17.





quidem non interpellari cogitationibus impossibile est, suscipere vero eas siue respicere, omni studenti possibile est. Quemadmodum igitur ortus earum non omnimodis pender à nobis; ita probatio vel electio consistit in nobis. ] Eapropter in Numeris præceptum est Leuitis, vt radant pilos carnis suæ, non vt eorum radices excendant; quia Leuita, id est, assumpti in obsequium Domini, possunt quidem inanes cogitationes reuicere, non tamen possunt earum impulsu non tangi. Rasis pilis, inquit Gregorius, in carne radices remanent & crescunt, vt iterum radantur: quia magno quidem studio superflua cogitationes amputandæ sunt, sed tamen amputati funditus nequaquam possunt. Semper enim caro superflua generat, quæ semper spiritus ferro solitudinis recidat. ] Hæc ille. Nec solum in nostro arbitrio diuina gratia fulto, est noxias cogitationes abiciere, sed etiam earum quotidie numerum magis ac magis attenuare. In hoc namque non minus quam in aliis rebus assuetudo valet, vt sicut vitia carnis & desideria cordis inepta oppositis, actibus & desideriis minuimus: ita vanitatem cogitationum, cura inserendarum bonarum meditationum extenuemus. Et quemadmodum, qui ex hostibus suis aliquos quotidie interimit, necesse est vt pauciores & infirmiores sibi remaneant: ita pauciores cogitationes profectui suo infestas sentiet, qui quotidie aliquas diligenter euellit. Quod fortassis meditabatur sanctus Dauid, quando dicebat: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. ] Quid enim est matutinum, nisi conuersationis initium? Sed in initio cuiusque diei, quando velut de nouo spiritualem conuersationem incipimus, peccatores terræ, id est, superflua cogitationes, occidendæ sunt, vt tandem anima nostra, quæ vrbs Domini est, omnibus his iniquitatem operantibus careat, & se pacatam Domino per maiorem cogitationum mundiciã quotidie custodiat. Vel matutinum sit Christus Dominus, vt inquit Origenes, in cuius luce ciuitas Domini, nempe anima nostra, ædificatur ex viuis lapidibus, id est, ex virtutibus variis, & ab omni praua cogitatione purgatur, vt in dies pulchrior & sanctior euadat.

Quanti autem momenti sit cogitationes nostras expendere, & non solum malas, sed & inutiles ac superfluas abiciere, multa declarant. Nam & cogitationes initia sunt verborum, & initia sunt desideriorum & operum. Et ideo qui noxias cogitationes nutrit, noxia desideria, impura verba, & mala opera habebit. Atque ex vna cogitatione omnem suam vitam inficiet. Mala aut superflua cogitatio, initium est mali aut inanis desiderij, illud enim solum cupimus, quod prius cogitamus; & difficile est, malum mente conceptum ad desiderium non dilatare, & in sola cogitatione continere. Quare sapienter Laurentius Iustinianus, ex cogitatione amorem ac desiderium nostrum cognoscendum esse decernit: Vis nosse, inquit, vbi thesaurizas? Attende quid amas. Vis nosse quid amas? Attende quid cogitas. Ita sit vt thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas. ] Verba quoque perniciosa ex cogitatione procedunt. Indæi enim apud Ieremiam aiunt: Venite, & cogitemus contra eum cogitationes. ] Et statim subinferunt: Venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. ] Nec solum inepta cogitatio inepta verba profundit, verum & diuinas laudes ac puras orationes impedit. Hoc quippe significant illa verba Dauidis: Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea; adhareat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Obliuio celestium rerum, cogitatio est terrenarum, quia homo vigilans sine cogitatione esse non potest. Hæc autem linguam ligat, & palato adhaerere facit, ne se ad laudes diuinas expediat. Obliuioni etiã datur dextera nostra, id est, mens Deum laudans aut orans, licet sinistra, id est, lingua carnis, ad fundendas preces orationisque soluat. Opera autem à cogitatione prodire Dominus ipse docet. Ait enim: De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria. ] Ac si diceret, prius est homicidium aut adulterium cogitatum, postmodum homicidium aut adulterium actione completum. Nec quis homicidium nec adulterium pariet, quod non prius cogitationis ventre conceperit. Ad idem etiam Gregorius, explicans illud Iob: Super acernu peccatorum radices eius densabuntur, ait: Quid radicem nomine, nisi latentes cogitationes accipimus, quæ in occulto produnt, sed in ostensione operum per apertum surgunt? Sicut & de verbi semine per prophetam dicitur: Et hoc quod saluatum fuit de domo Iuda, & quod reliquum est, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. ] Radicem quippe deorsum mittere, est cogitationem bonam in actibus multiplicare. Fructum vero sursum facere, est per efficaciam operis, recta quæ cogitauit, ostendere. ] Si ergo inepte cogitationes, nostra desideria, verba, & opera destrunt, profectò omnes opes hominis dissipant, omnia merita dilapidant, quæ aut desiderio, aut verbo, aut opere continentur, omnemque vitam spiritualem inhiunt. Ha sunt illa locustæ, de quibus in Exodo scribitur: Operueruntque vniuersam superficiem terræ vastantes omnia. ] Immo & illa de qua Amos: Et ecce fictor locustæ in principio germinantium ferotini imbris, quæ consummauit comedere herbam terræ. ] Nam verè malæ, & inutiles cogitationes bona cogitata in sui ortus exortu deuorant, & omnem fructum mentis nostræ deustant. Quod enim bonum perseverabit in nobis, si eius memoriam prauæ cogitationes delent, & si ad contrarium malum sua importunitate compellant?

Non ergo satis est ad vitæ puritatem amplectendam, praua opera fugere, sed necesse quoque est, à prauis & stultis cogitationibus declinare. Certum crebrius est, quod sine vilo externo opere, sola cogitatione peccatur: idque significant illa verba Salomonis: Manus in manu non erit innocens malus. ] Quia & si ab iniqua actione, vt inquit Beda, manus ad horam subtrahit, cordis tamen innocentiam manus habere non valet. ] Et Dominus per Isaiam ait: Auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. ] Per Ieremiam quoque: Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: vique quò morabuntur in te cogitationes noxiæ? ] Si ergo malum est in solis cogitationibus, si immundicia residet in corde, quæ est non alia quam contritio nis aqua lauanda: si spirituale detrimentum ex his quæ mente versamus, licet opere non impleantur, incurritur; dubium non est, quin cogitationes medicamine mortificationis indigeant. Eas Dominus, nisi abnegatione cohibeantur, tranquillitatis internæ priuatione castigat: dicitque imperfectus quisque, dum vanis cogitationibus delectatur, illud Ieremias: Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo: sensus cordis mei turbati sunt in me: quia postquam aduertit se impura aut inani cogitatione pollutum, non potest non huius mali admisione torqueri. Torquetur sanè, quia ibi est malitia, vt inquit Ambrosius, vbi debet esse innocentia: & illud plus laborat, quod in nobis debet esse tranquillius,

atque

Numer. 8.7.

Greg. 5. mor. c. 24

Psal. 100 8.

Origen. hom. 8. in Iosue. 1.

Iusti. in ligno vitæ. tract. de charitat. c. 4.

Ierem. 18. 18.

Psal. 136. 5.

Matth. 15. 19.

Iob 8. 17. Greg. 8. mor. c. 19

Isaia 37. 31.

Exod. 10. 15.

Amos 7. 1.

Prout. 11. 21.

Beda 196. Isaia 1. 16. Ieremia 4. 14.

Ierem. 4. 9.

Ambrosio fuga seculi c. 7.



atque id nequitiae vestigiis proculcatur, stimulaturngubus, processu quodam improbitatis incrementoque concutitur, vbi est genitale seminarium potestatis aeterna. ] Huic autem punitioni, qua interiori, vbi peccamus, adhibetur, ipse iudex noster poenas externas addit, vt sibi solam peccati cogitationem displicere demonstret, Nam & Nabuchodonosor sola elationis cogitatione peccauerat, & necdum in verba elationis eruperat, cum ore prophetico sententiam suae reprobationis audiuit. Postea dixit: Nonne haec est Babylō magna, quam ego aedificauit? ] &c. Et prius aure mentis exceptit: Succidite arborem, & dissipate illam: ] vt homo cognoscat, solā cogitationem, etiam vacuam externa actione, puniri. Dum enim in cogitatione se animus eleuat, inquit Gregorius, plene in se iram iudicis prouocat, quamuis per iniqua foris opera non erumpat. Incus quippe est qui iudicat, intus quod iudicatur. Cum ergo in corde deliquimus, laetent homines, quod apud nos agimus, sed tamē ipso iudice teste peccamus. ] Sic ille. Nec solum in hac vita, sed etiam in futura, male aut ineptae cogitationes pro suae malitiae qualitate puniuntur: & si grauius peccata sunt, infernus depascit; si verō leuius, ignis purgatorius adurit. Ibi imperfectus homo poenas luet, & de suis vanis cogitationibus erubescet. Quod sanē Basilius in libro de virginitate late & pulchre persequitur. Putat enim ille, cogitationes malas & inanes aliqua in anima sui vestigia relinquere, & aliquas maculas spiritui voluntarie cogitanti imprimere, quae ablato corporis tegumento, post mortem omnibus apparebunt. Sicut ergo, qui in tabella turpia & obscena depinxit, aut in corpore maculas habet vestis operimento contectas, contemptibilis & risu dignus apparet his, qui casu aliquo tabellam illam cōtemplantur, aut corpus illius in balneo nudum aspiciunt: ita & in extremo die, probro & ludibrio coram omnibus exponemur, cum ineptissimas vanitates quas animo volueramus, aspexerint. Et quidem hoc dictum sapientissimi doctoris apte intellectum, verum est. Quaelibet enim mala aut vana cogitatio, peccatum est, quod maculat animam, & eius decorem turpificat. Has autem maculas (quicquid illae sint) omnes in die iudicij, Deo faciente, videbunt, vt aequitatem sui iudicij & iustitiae fecerint, etiam minima punientem, agnoscant. Quanta igitur erit tunc hominis imperfecti confusio, cum vniuersi homines viderint, quae animo cogitauit, quae libenter mente reuoluit? Magnam, inquam, apud omnes confusionem comparabit, si quidem interdum ipse solus se talia cogitasse erubescit.

Haec omnia nos ad cogitationum mortificationem validissimē vocant, & ad repellendam fortiter quamlibet, non tantum malam, verum & vanam ac ineptam cogitationem inuitant. Resili ab ea, o homo Dei, vt Salomon in Proverbijs secundum versionem Septuaginta te doceat: Noli demorari in loco eius, neque intendas oculum tuum in eam. ] Ne si viderint te Angeli, vt Cassianus ait, eum locum interpretans, turpi aut inani cogitatione inuolutum, a te sine benedictionis exhibitione discedant. Iam vnus ex illis es, quibus dixit Dominus: Vos de hoc mundo non estis: ] cur secularia & inania cogitare assuesces? Iam aliquando fuisti spiritus suauitatem expertus, cur illam inanium cogitationum iniectione perdes, & in iniquitatem carnis, si non opere, at mente & consideratione redibis? Iam scholam serpentis effugisti, cui dictum est: Super peccus tuum gradieris: ] ne cogitatione ad terrena dilapsa peccore repere videaris. Audi Thomam à Campis, virum piissimum, quibus similibus delictum inanium cogitatio-

num exaggeret: Dic mihi, inquit, qualem meretur confusioem ac poenam, qui Dominum terrae ac principem regni, contumeliosis verbis & factis indignis offendit? Vel certe quantae vituperationis iaculo ille feriendus esset, qui in conspectu regis & ministrorum eius, foetidissimum cadauer tangeret, aut lutum immundam reuolueret: Nonne statim confusibiliter expellendus esset, aut etiam carceri tradendus ab omnibus iudicaretur? Tu es, pro pudor! stultus ille, qui pessimam hanc rem fecisti. Nam ecce, in praesentia diuinae maiestatis & sanctorum Angelorum eius, peccare non timuisti, multa illicita phantasmata versans, quae citissimē respicere deberes, & pliusquam lutum platearum, detestari. Insuper permittis, cor tuum in omne pene saeculum euagari, etiam tempore orationis & in loco sacro, vbi cum maiori reuerentia & sollicitiori attentione iuberis assistere, ac solum Deo & tibi ipsi firmissimē vacare. ] Haecenus ille. Christus Dominus in Apocalypsi apparet, habens gladium in ore suo ex vtraque parte acutum: Et de ore eius, inquit, gladius vtraque parte acutus exibat. ] Quia venit amputare in nobis non solum vitia carnis, sed etiam vitia cogitationis. Visus est etiam praecinctus ad manillas zona aurea: ] quoniam non solum vult in suis renes, id est, actiones, restringere, sed etiam peccus, id est, cogitationes, moderari. Lex enim gratiae, vt Gregorius ait, vtramque mundiciam corporis & cordis postular, & non solum operum puritas, sed etiam cogitationum mundicia delectat. Pro hac ergo, si perfectionem diligis, constanter labora, omnem cogitationum vanitatem gladio mortificationis reseca, vt per omnimodam circumcisionem peccati ad Sanctorum populum pertinere videaris.

Thomas à Campis, lib. 3. de disciplina claustral. c. 1.

Apoc. 1. 16.

Apoc. 1. 13.

Greg. 21. mor. c. 2.

Quae cogitationes, & quibus medijs sunt mortificandae.

CAPVT XV.



**R**IPLEX est genus cogitationum, secundum Bernardum, quas oporteat abnegare. Alterum est cogitationum immundarum, siue ad vitia carnis siue ad alia vitia pertinentium, quae vt feridissimum caenum, animam primū commaculant, & nisi citō abiciantur, criminis mortem important: Alterum est cogitationum ociosarum, curiosarum, & inutilium, quibus homo ociosus quasi vento pascitur, & per inuia & inaccessa huius saeculi, sine vilo circumspectionis freno vagatur. Tertium est cogitationum rerum necessariarum, vt cibi, & potus, & vestimenti, & habitacionis, & aliorum similibus, sine quorum praesidio vitam istam ducere nequimus. Quas cogitationes Bernardus putat in Rubem fuisse designatas, quem Iacob vocauit, sicut vera erat, primogenitum suum, dixitque de eo: Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. ] Rubea, inquit, & carnalis atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est, quae tunc cubile nostrum ascendit, cum non solum memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur, & polluit praua delectatione. Bene autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipso nimirum initio vitae nostrae, in nobis pullulat, cum caetera vitia processu temporis ex malitia mundi huius, variisque occasionibus contrahantur. ] Haec ille.

Bern. ser. de tripl. ei genere cogit.

Gen. 49. 4.

Istae omnes cogitationes ex diuersis causis oriri solent.

Dan. 4. 27. Dan. 4. 20.

Greg. 1. p. Past. c. 4.

Basili. lib. de virginitate ante med.

Prov. 9.

Cassian. col. 20. c. 9.

Ioan. 15. 19.

Genes. 3. 14.



solent. Aliquando enim ex ipsa humani cordis instabilitate nascuntur, quod semper ex hoc in illud cogitatione mouetur, & quietum esse non potest. Quare nisi diligenter bona cogitemus, ipsum cor illicita, aut ociosa, aut certe sibi commoda querit cogitanda, in quibus tanquam in luto voluatur. Pulchre sane, inquit Cassianus, exercitium cordis, molarum similitudini comparatur, quas meatus aquarum præceps impetu rotante prouoluit. Quæ nullatenus quidem cessare possunt ab opere suo, aquarum impulsibus circumactæ: in eius verò qui præest, situm est potestate, utrumnam triticum malit, an hordeum loliumve comminui. Illud quippe est procul dubio commolendum, quod ingestum ab illo fuerit, cui operis illius cura commissa est. Ita igitur etiam mens, per vitæ præsentis incurtus, vndique ingruentibus tentationum torrentibus, circumacta, vacua quidem cogitationum æstibus esse non poterit, quales verò vel admittere vel parare sibi debeat, studij ac diligentie suæ prouidebit industria. Interdum malæ aut vanæ cogitationes ex concupiscentiis nostris progrediuntur: quæ enim concupiscimus, & amamus libenter, si non opere at saltem cogitatione apprehendimus, & quæ nobis ex amore pulchra sunt, non sine voluptate conspiciamus. Inde Iob ad cohibendam nimis castam cogitationem, oculos à pulchritudine mulieris auertit, cuius aspectus concupiscentiam excitat, & concupiscentia importunam cogitationem intrudit: Pēpigi, inquit, scdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Vt enim cogitationes cordis, ait Gregorius, castè seruare potuisset, scdus cum oculis pepigit, ne prius incautè aspiceret, quod postmodum inuitè amaret. Oculos ergo primò custodiuit, ne concupiscentia exardesceret, & concupiscentiam coërcuit, ne vel cogitationis immundiciâ delinqueret; & sic se totum immunem à delicto seruaret. Item huiusmodi cogitationes ex occasione rerum visarum, auditarum, aut alio sensu perceptarum, procedunt. Quoniam hæc res in mentibus nostris sui imagines imprimunt, ad quas facili, si non aliunde teneamur, ipsius mentis volubilitate coëuertimur. Et res appetitui conuenientes fortiter nobis adherent, adeò, vt vix ab earum memoria nos extricare possimus. Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ: & sicut corpus de limo factum est, ita spiritus quodammodo limosus & glutinosus est, quia terrena illum afficiunt, nisi ad cælestia amanda & cogitanda se efferat. Postrema cogitationum malarum aut ineptarum causa, est astus diaboli, qui quos potest, prauis, & impudicis, & amaris cogitationibus vulnerat, quos non potest adeò ferire, saltem vanis, & inutilibus cogitationibus scdare. Potest enim ille in organis corporis animales spiritus, & imagines rerum mouere, vt sic vana & superflua repræsentet. De quo inquit Iob: Quia haultus eius prunas arde facit; quia impulsus eius cogitationes prauas excitat, & ad impuras concupiscentias impellit. Basiliius has quatuor malarum cogitationum causas sub duabus comprehendit. Duobus modis, ait, indecoræ conceptiones rectis cogitationibus turbam & imperiem conciant: cum aut animus, videlicet ex sua ipse quadam incuria, ad rerum futillum contemplationem aberrat, temerèquè ex aliis in alias cogitationes dilabitur; aut cum insidiosè menti nostræ absurdas rerum species diabolus conatur obnecere, eamque hoc modo à rerum laudabilium contemplatione inquisitioneque auocare. Sic ille. Sed ex quacumque causa exoriantur huiusmodi cogitationes, abnegatione cohibendæ sunt, & à iustorum cordibus ablegandæ.

Cassian. coll. 1. c. 18.

Iob 31. 1.

Greg. 21. mor. c. 3.

Gen. 2. 7.

Iob 41. 12.

Basil. in const. mon. n. 18.

Enitatur itaque, cor nostrum possidere, & in illud dominorum potestatem comparare: ita scilicet vt semper adiantum eius per sollicitam circumspectionem astantes, & bonarum cogitationum ingressui consentientes, malas & inutiles respuamus. Illudque sciamus, hanc potestatem nostram, qua cogitationibus imperemus, secundum tropicam significationem ex sententia Cassiani in illo Centurione fuisse adumbratam, qui dixit ad Dominum: Nam & ego homo sum (sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: vade; & vadit: & alij: Veni; & venit: & seruo meo; Fac hoc, & facit.) Sic & nos sub nostra ditione cogitationes habere enitatur, adeò vt quibusdam, scilicet bonis, aduentum; quibusdam autem, scilicet malis, non sine indignatione discessum imperemus. Nec sola potestas nobis necessaria est; sed etiam sollicita circumspectio. Nam sicut aliquando inter filios Dei altitè etiam Satan: ita (docente Gregorio) bonis cogitationibus à spiritu Domini seminatis, diabolus malas aut ineptas interfert, quibus bene cogitata perturbet & malè perturbata dilanet. Huic autem dolo aduersarij, cura circumspectionis obstitimus, filios Dei, filios Dei esse, & Satan, Satan esse cognoscimus: ac illis in suum locum admissis, istum à domicilio cordis Deo consecrato repellimus. Mediorum autem ad hanc cogitationum mortificationem, quædam omnibus malis & ineptis cogitationibus communia sunt: quædam tribus prædictis cogitationum generibus accommodata, & tam hæc quam illa breuiter pertractabimus.

**I.** Si ergo vis malas & vanas cogitationes gladio mortificationis abscindere, postula à Domino, vt ipse in hoc bello te adiuret, & cor tuum rebelles & fugax tibi subiiciat. Illum in hoc bello adiutorem esse fateretur David: Protektor meus, inquit, & in ipso speraui; qui subdit populum meum sub me. Nam sanctis mentibus, vt interpretatus est Gregorius, populi subiguntur, cum ab eis per districtæ severitatis præsentiam cogitationes stultæ distiliunt, vt non per abrupta phantasmatum rapiant, sed rationi subdita, à corde humiliter conquiescant. Id ipsum Ecclesia actione prædicat, qua publicas orationes aliquando in sacrosancto Missæ sacrificio fundit, vt adiutorium ad repellendas malas cogitationes efflagitet: Tu autem Ecclesie fili, matrem sanctissimam imitare; & sciens quia Dominus non solum auferet à nobis cor lapideum, & tribuit carnem; sed etiam auferet cor immundum; & tribuit mundum: diuelli cum Dauide: Cor mundum crea in me Deus; vt ipse in te mundiciam cogitationum attribuat. Deinde principis cogitationum resiste: facilius namque ingressus malæ aut inutilis cogitationis impeditur, quam post ingressum assensus denegatur. Et beatus ille, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Ille, inquam, beatus est (inquit Dorotheus) qui quacumque genimina tua, o sacule, id est prauas & iniuas cogitationes non admisit in se, neque his omnino in principio locum dedit, vt coalescere possint, & augeti, ac tandem malum operari. Non ergo immorandum nobis est, cum inepta cogitationem pulsar, sed ne nos inficiat, atque contamine, è vestigio repellenda. Præterea, huiusmodi inutilia & praua cogitata, parti spirituali cum magna humilitate & sinceritate propalato, vt ipse ex cogitationibus tuos affectus agnoscat, & istis ac illis congruum medicamentum adhibeat. Hunc fuisse morem antiquorum monachorum Ioannes Climacus manifestè narrat. Ait enim, cuiusdam monasterij ex illis mores describens: Ad cuiusdam fratris latus cum appensum

Cassian. col. 7. c. 5. Mart. 8. 9.

Iob 1. 6. Gregor. 2. mor. c. 23.

I.

Psal. 143. 2. Greg. 26. mor. c. 28.

Psal. 50. 12.

II.

Psal. 136. 9. Dorothe. doct. 11.

III.

Climacus grad. 4. ante medietatem.

pensum



pentum cingulo breuem libellum conspicerem, didici eum quotidie cogitationes suas in eo notare, hâcque omnes nuntiare pastoris solitum. Non solum autem illum, sed & alios quam plures id facere ibidem prospexi. Optimus sanè mos, quo illud Dauidicum implemus: Effundite coram illo corda vestra; quæ sine dubio coram Domino effundimus, cum ei, qui locum Dei gerit, nostras cogitationes ad medellam propalamus. Considera quoque, Dominum cor tuum videre, intima eius atque occultissima aspiciere, & nihil esse tam absconditum, quod non eius oculis clarum sit & apertum. Et si coram Prælato aut homine magnæ auctoritatis, inutilia cogitare erubesceres; quanto magis fugies, eadem quæ Deo displicent, in eius oculis meditari? Hæc ratione sanè potentissima Ioannes Cassianus nos ad munditiam cogitationum hortatur. Proposito quippe illorum exemplo, qui in agone terreno decertabant, hæc subiicit: Quod illi in corporis puritate assequi cupiunt, nos debemus etiam in arcanis conscientia possidere, in qua Dominus arbiter atque agnotheta residet, pugnam cursus & certaminis nostri iugiter spectat, ut ea quæ in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur, & in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem conuientia polluamur. Quæ licet possit hominum præterire notitiam, sanctorum tamen Angelorum (si eis Dominus reuelauerit) ipsiusque omnipotentis Dei scientiam, quam nulla subterfugium secreta, latere non poterit. Sic ille. Qui autem Domini maiestatem meditantur, ab ineptis cogitationibus non tetrahuntur, ipso opere suo sentire videntur, quod possint ab oculis eius abscondi. Quibus congruet illud Isaia: Væ qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? Et quis nouit nos? Aut certe si id non sentiunt (sicut verè non sentiunt) satis inuerecundi sunt, qui oculos Domini sua corda cernentes non verentur. Postremò efficacissimum remedium ad inanes & prauas cogitationes pellendas, est bonis semper cogitationibus occupari. Mundus enim in quo fluctuamus, inquit Bonauentura, variis temptatum ventis agitur; & qui non vult nauem cordis sui quassationibus concuti, vndarum influenza demergi, vel in extremas plagas ventorum flatibus impelli, affigere eam funibus bonarum cogitationum affuescat ad petram immobilem, quæ est Christus. Hæc ille. Anselmus verò id ipsum optimo simili declarat: Sicut enim cum manu scribimus, eadem manu nequaquam semina spargimus, sic cum vile quid cogitamus, non possumus ad inania eadem cogitatione dilabi. Sancta igitur & vtilia semper cogitamus, quæ impura & inutilia repellent.

Hæc sunt media generalia ad malas cogitationes subruendas; non desunt verò alia magis specialia, quæ triplici illi cogitationum generi supra dicto medeantur. Cogitationibus impuris & peccatiim aliquod ingentibus obstitemus, si meminerimus nostræ professionis, cui talia cogitare minimè congruit. Ne ergo à memoria repellat Deum, inquit Bernardus, irruens turba plurimarum cogitationum, quæ solent effluere, tanquam vilis plebecula in atrium, ponatur ad eius portam Ianitor, cuius nomen est recordatio propriæ professionis: ut cum turpibus sese cogitationibus senserit animus prægrauari, increpet se, & dicat sibi: Tunc hæc debes cogitare, qui sacerdos es, qui clericus es, qui monachus es? Cultor iustitiæ debet in se quicquam iniquum admittere? Debet ser-

**A** uum Christi, amatorem Dei, tale aliquid ad modicum meditari? Hæc dicendo excludit fluxum illicitæ cogitationis per recordationem propriæ professionis. Prodeunt etiam si porras sensuum occluserimus; nam ea, quæ visu, auditu, aut alio sensu percipiuntur, sunt quæ prauas cogitationes exsuscitant, & cordis mundiciam depradantur. Vnde cautè sensibus vti, est seminaria malarum cogitationum amputare. Ete tandem erit, si eorum conuictum vitauerimus, qui nos possunt ad malum excitare. Hi enim exemplo aut conuersatione sua, primum sensus exteriores pulant, deinde cogitationem mouent, postea desideria suscitant, & tandem nefariis operibus ingressum aperiuunt. De hoc remedio ista dicit Basilius: Atque etiam ad continentiam in officio mentis agitationem, ne ad fuites videlicet, ac minime necessarias cogitationum hortatur. Proposito quippe illorum exemplo, qui in agone terreno decertabant, hæc subiicit: Quod illi in corporis puritate assequi cupiunt, nos debemus etiam in arcanis conscientia possidere, in qua Dominus arbiter atque agnotheta residet, pugnam cursus & certaminis nostri iugiter spectat, ut ea quæ in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur, & in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem conuientia polluamur. Quæ licet possit hominum præterire notitiam, sanctorum tamen Angelorum (si eis Dominus reuelauerit) ipsiusque omnipotentis Dei scientiam, quam nulla subterfugium secreta, latere non poterit. Sic ille. Qui autem Domini maiestatem meditantur, ab ineptis cogitationibus non tetrahuntur, ipso opere suo sentire videntur, quod possint ab oculis eius abscondi. Quibus congruet illud Isaia: Væ qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? Et quis nouit nos? Aut certe si id non sentiunt (sicut verè non sentiunt) satis inuerecundi sunt, qui oculos Domini sua corda cernentes non verentur. Postremò efficacissimum remedium ad inanes & prauas cogitationes pellendas, est bonis semper cogitationibus occupari. Mundus enim in quo fluctuamus, inquit Bonauentura, variis temptatum ventis agitur; & qui non vult nauem cordis sui quassationibus concuti, vndarum influenza demergi, vel in extremas plagas ventorum flatibus impelli, affigere eam funibus bonarum cogitationum affuescat ad petram immobilem, quæ est Christus. Hæc ille. Anselmus verò id ipsum optimo simili declarat: Sicut enim cum manu scribimus, eadem manu nequaquam semina spargimus, sic cum vile quid cogitamus, non possumus ad inania eadem cogitatione dilabi. Sancta igitur & vtilia semper cogitamus, quæ impura & inutilia repellent.

**B** asilius: Atque etiam ad continentiam in officio mentis agitationem, ne ad fuites videlicet, ac minime necessarias cogitationum hortatur. Proposito quippe illorum exemplo, qui in agone terreno decertabant, hæc subiicit: Quod illi in corporis puritate assequi cupiunt, nos debemus etiam in arcanis conscientia possidere, in qua Dominus arbiter atque agnotheta residet, pugnam cursus & certaminis nostri iugiter spectat, ut ea quæ in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione patiamur, & in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem conuientia polluamur. Quæ licet possit hominum præterire notitiam, sanctorum tamen Angelorum (si eis Dominus reuelauerit) ipsiusque omnipotentis Dei scientiam, quam nulla subterfugium secreta, latere non poterit. Sic ille. Qui autem Domini maiestatem meditantur, ab ineptis cogitationibus non tetrahuntur, ipso opere suo sentire videntur, quod possint ab oculis eius abscondi. Quibus congruet illud Isaia: Væ qui profundi estis corde, ut à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? Et quis nouit nos? Aut certe si id non sentiunt (sicut verè non sentiunt) satis inuerecundi sunt, qui oculos Domini sua corda cernentes non verentur. Postremò efficacissimum remedium ad inanes & prauas cogitationes pellendas, est bonis semper cogitationibus occupari. Mundus enim in quo fluctuamus, inquit Bonauentura, variis temptatum ventis agitur; & qui non vult nauem cordis sui quassationibus concuti, vndarum influenza demergi, vel in extremas plagas ventorum flatibus impelli, affigere eam funibus bonarum cogitationum affuescat ad petram immobilem, quæ est Christus. Hæc ille. Anselmus verò id ipsum optimo simili declarat: Sicut enim cum manu scribimus, eadem manu nequaquam semina spargimus, sic cum vile quid cogitamus, non possumus ad inania eadem cogitatione dilabi. Sancta igitur & vtilia semper cogitamus, quæ impura & inutilia repellent.

**C** ogitationes otiosæ, curiosæ, & inutiles his remediis cohibentur: Si nobis cordi sit proprius mentis profectus, qui his cogitationibus mirum in modum impeditur; & qui sua diligenter curat, aliena illi cogitare non vacat. Si per experientiam didicerimus, quantum hæc animum distrahant, mentem inquietent, & omnia interiora perturbent; quibus profectò si aditum aperuerimus, impossibile est feruèdè orare, intentè meditari, & aliquam in familiaritate cum Deo progressionem habere. Si otium & solitudinem vitauerimus, quæ fons est huiusmodi cogitationum. Quid enim minus malum otiosus & excors faciet, nisi vana & inutilia cogitare, & seipsum memoria rerum inanum affligere? Si denique intelligamus, stultissimum esse, spacia temporis ad Deum cognoscendum & amandum destinata, in mera vanitate, sine vilo fructu, & cum magno nostro detrimento, conterere.

**D** cogitationes tertij generis fortiter reprimendæ sunt: ita ut solum tempore necessario & moderatè nos occupent. Oportet, inquit Bernardus, reprimere, quem extinguere non possumus, appetitum; ut quàm citò cubile nostrum ingreditur, crescere cum nullatenus patiamur: sed sub nobis sit, quemadmodum dicit Scriptura: Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Prodeunt etiam nos sub Dei prouidentia conspiciere. Et si ipsi est cura de nobis, non est cur nos rerum necessarium anxia cura sollicitet. Ac demum animo voluendum est illud dictum Domini: Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis. Nam si virtutem coluerimus, quæ corpori necessaria sunt, nullo modo defutura sciamus.

*Vsus mortificationis cogitationum.*

**E**rgo vis malas & ineptas cogitationes cohibere, his te armis præmunire curato.

I. Assiduis precibus à Domino efflagita, ut cor tuum ab huiusmodi cogitationibus mundet.

II. Principiis cogitationum obsta; nam serò medicina paratur.

III. Cogitationes tuas ad ruborem & humilitatem, spiritali patri manifesta.

IV. Cor tuum & cogitationes tuas Deo patere considera.

Basilius reg. 6. f. 15. v. 15.

Bernard.

Gen 4.7.

Matth. 6. 33.

Psal. 62. 9.

IV.

Cassian. li. 6. c. 9.

Isa. 29. 15.

V.

Bonaui. in informat. nouit. 2. p. 6. 4.

Anselm. li. de similit. c. 159.

Bern. ser. de triplici iudicio.



V. Bonis semper cogitationibus cor occupatum habe, quæ contrarias intrare non sinant.

VI. Impuris cogitationibus, memoriâ tuâ professionis, custodiâ sensuum, & fugâ malorum, repugna.

VII. Curiosis & otiosis cogitationibus, te amore proprii profectus, vitatione orij, & desiderio diuinæ familiaritatis, oppone.

VIII. Cogitationibus de rebus necessariis, recordatione diuinæ providentiæ ac summi patris, te cum filium amantis, obfiste.

Scitôque viros perfectos tantum dominium suarum cogitationum mortificatione comparare, vt ferè semper Deum, aut aliquid bonum propter Deum, cogitent, & mirabilem imaginationis tranquillitatem acquirant. Et licet aliquod bellum sentiant, illud leue sit, quod non multum negotij illis facessant.

### De sustinendis mortificationibus illatis à Deo.

#### CAPVT XVI.



PERA Dei, captui humano incomprehensibilia esse docet Ecclesiasticus, dicens: Non est minuire neque adiuuere, nec est inuenire magnalia Dei.

Cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit, aperiabitur. Ad eò, inquit, sunt perfecta opera Dei, vt nihil quasi superfluum ab eis demi, nihil tanquam necessarium eis adiuuere possit. Ad eò sunt incomprehensibilia, vt cum homo se ea absoluisse & inuestigasse putauerit, tunc illi, quasi nihil egerit, incipiendum sit: & cum quiescendum sibi esse cogitauerit, tunc quasi perplexus & anceps necesse habebit, quasi à principio nouam inuestigationem ordiri. Hæc verba Rabanus de via virtutis intelligit, in qua nouo feruore semper incipiendum est, ne si homo se deat, aut quiescat, impetu suorum affectuum impulsus, in pristina vitia labatur. Nos verò eadem proposito nostro, scilicet studio mortificationis, accommodamus, in qua postquam iustus quasi ad culmen suæ abnegationis ascenderit, & se in omnibus, quæ hæcenus docuimus, abnegauerit, debet quasi de nouo aliud genus sublimioris mortificationis addiscere, & æquanimitè illatas sibi mortificationes à Deo, siue per se, siue per homines, siue per aërias potestates sustinere. Merito autem mortificatione huc vsque explicatam, initium mortificationis dicemus; mortificationem verò modò tractandam, finem mortificationis, immò & omnis virtutis appellabimus: quoniam illa incipientium, aut proficientium est, super quam, tanquam super fundamentum, virtutes aedificant: hæc verò magis est perfectorum, quos Dominus, postquam seipsos probauerunt, probat, & postquam se exercuerunt, exercet, vt hoc postremo mortificationis genere, veluti vltima manu, magis poliat atque perficiat. Profectò illa verba Saluatoris dicta Petro, hoc, quod dicimus, non obscure significant: Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu nõ vis. Hic habemus Petrum iuuenem & Petrum senem, id est, hominem incipientem atque perfectum. Petrus iuuenis est, qui carnis, & sensuum, & appetituum rebellionem sentit. Petrus senex est, qui domitos & benè morigeratos habet affectus. Petro iuueni ex sententia

Domini conuenit, vt seipsum cingat, vt scilicet seipsum abneget, & quicquid in se vitiosum inuenierit, lima abnegationis eradat. Petro autem seni competit, vt manus attollat, id est, vt se Domino obedientem, & (vt dicitur) resignatum præbeat, vt variis laboribus ab ipso cingatur. Vnde qui hæcenus seipsum in omnibus supra dictis abnegauit, necesse habet ad omnimodam mentis puritatem assequendam, se flagellationibus summi magistri submittere. Quemadmodum enim postquam puer chartam scripsit, in qua characteres pulcherrimos est imitatus, à ludi magistro accersitur, qui chartam scriptam diligenter inspicit, lituras & cætera errata reprehendit, & calamo suo litteras malè formatas emendat: ita postquam iustus seipsum abnegauit, & in se (prout potuit) imaginem salutis expressit, solet laboribus à Domino immixtis, veluti penicillo emendari, & quasi manu ipsius magis ac magis perfici.

Iam ergo explicemus, in quo hæc postrema mortificatio collocata sit. Dominus cum his, qui se fortiter & perseueranter abnegarunt, vno è duobus modis solet se gerere. Quosdam enim statim post sui ipsorum abnegationem rerum supernarum luce perfundit, affectibus in suetis charitatis accendit, consolationibus pascit, & ceu filios dilectissimos, mirabili quadam tenentate delinit. Alios verò è contrà veluti in tetra caligine deserit, cor arens, & omni affectu vacuum habere sinit, desolationibus percutit, tentationibus, agitudinibus, persecutionibus, infamiis, & tristitiis affligit. Quare verò tam oppositis modis cum sibi dilectis se habeat, quis poterit explicare, præsertim cum scriptum sit: Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Sanè hic exclamandum est cum Paulo: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius! Auger autem admirationem, quòd Dominus his duabus viis, ad eò inter se contrariis, in eundem finem tendit, & eundem fructum assequitur. Nam immixta consolatione & lætitia animam iustam purgat, & perficit, & permixta desolatione, tristitia & afflictione animam mundat, atque purificat. Sæpè que eueniet, vt alter consolationibus, & alter afflictionibus eundem gradum perfectionis acquirant. Nam & in curia regis terreni, id non semel solet contingere, vt vnus dulci familiaritate regis detentus, & alter duris præliorum periculis occupatus, similes diuitias parent: cur non in Ecclesia, quæ curia Dei est, idem non eueniat, vt vnus per iter suauis consolationum, & alter per anfractus tribulationum, similem omnino puritatem obtineant? Qui itaque consolationibus & serenitate purgantur amplius & perficiuntur, sunt ex illis, qui canunt cum Davide: Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Ad vespertinum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Quia post vespertinum abnegationis suæ, in quo fleuerunt, experiuntur matutinum cælestis lætitiæ, qua lætantur. Qui verò desolationibus & afflictionibus ampliore mundiciam adipiscuntur, sunt ex illis, qui dicunt cum Paulo: Nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus; foris pugna, intus timores. Omnem, inquam, tribulationem sustinent, non solum illam, quam sponte subeunt, sed & illam, quam repugnantè natura, ab aliis suscipiunt. Foris secum pugnant, & postquam seipsos vicerunt, necdum aliquo præmio victoriæ fruuntur, quod disponente Domino, dilatum est, sed intus cum ingenti timore & cum multiplici afflictione decerant. Illos primos refert Salomon, qui post paruulam contradictionem, à fratre Adonia suscitatum, statim in throno

Ecclesi. 18.  
5.6.

Raban.  
ibid.

Ioan. 21.  
18.

Psal. 29.  
6.

1. Cor. 7.

5.

2. Reg.

patris



1. Reg.

patris sedet, & cum magna tranquillitate regnum administrat. Istos repræsentat David, qui nunc cum gigante pugnat, nunc iras Saulis & mille pericula mortis ab illo intentata sustentat, nunc adversus Philistæos frequentia bella suscipit, & tandem in fine vitæ nonnullam pacem recipit. Sic profusus illi primi iusti à fratre, id est, à propria carne, tantisper impugnantur, sed ea per mortificationem victa, pacem magnam, lætitiâ spiritus, & exultationem obtinent. Istis verò etiam victo gigante, id est corpore domito & affectibus moderatis, innumera afflictiones sustinenda supersunt.

Duo igitur hæc mortificatione continet: Alterum est, ut si post multam mortificationem ac perseuerantem multorum annorum abnegationem, Dominus voluerit, nos non consolationibus delinite, sed afflictionibus, tum internis tum externis, exercere, id æquanimitè feramus. Alterum verò, ut quascumque tribulationes, tentationes, molestias, ariditates, desolationes, & obscuritates immisas, resignato animo toleremus. Statuamusque apud nosmetipsos, si ita Domino placitum fuerit, gaudia etiam spiritualia futura vitæ relinquere, in qua cum ipso exercente nos, in æternum gaudebimus, & in hac mortalitate, omni luce, & gaudio, & pace, & consolatione carere. Quibus se à nobis subtrahentibus, non ob id consolationes corporales quæremus, sed in omni ariditate & desertione positi, Domino constanter, feruidè, & fideliter feruimus, & sæculum, & omnia eius splendida conculcabit. Beatus ille, qui hanc resignacionem perfectam habuerit, & se ab omnibus quoque consolationibus spiritualibus ablauctauerit, quia occulto quodam modo, & non solùm hominibus, verùm & ipsi abscondito, mirum in modum proficiet. Hanc mentem resignatam & plenè mortificationem induemus, si animo expendierimus, Domino viuereformam, cui vel in minimo repugnare nefas est, ita placere, ut tristes, afflicti, & sine consolatione viuamus.

Gregor. 2. mor. c. 12.

Magna quippe est consolatio in eo, quod displicet, inquit Gregorius, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi iustum placet. Si igitur iusta Deo placere scimus; pati autem nulla, nisi quæ Deo placuerint, possumus, iusta sunt cuncta, quæ patimur, & valde iniustum est, si de iusta passione murmuramus. Hac meditatione patientissimus Iob suam afflictionem solabat, quando dicebat: Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. Hoc, inquam, habeo pro leuamine, ut maioribus doloribus & pœnis vsque ad mortem afficiat, quia hinc creptus, securus euadam, quod nunquam mei Cõditoris sanctissimi præceptis obstitam. Hanc & Ecclesiasticus omnibus in commune proponit, & non semel repetit, quasi efficacissimam ad afflictionum consolationem: Sustine, inquit, sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, ut crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Ac si diceret: Sustine afflictiones tibi euientes, quoniam à Deo immissæ sunt, conglutinare Deo per patientiam & tolerantiam, & patienter subiicias te probationi, ut in nouissimis magno incremento meritorum augearis. Quicquid à manu Domini tibi datum fuerit, licet laboriosum & molestum, libenter accipe, & in mediis doloribus patienter expecta, & in afflictione ac deiectione tua tolerantiam habe, quoniam sicut metalla probantur igne, ita & tu tribulatione probaris.

Iob c. 10.

Ecc. 2. 3. 4.

A Licet autem hoc abundè sufficiat, ut vnusquisque tentationi & desolationi se subdat: neque enim dicit figmentum ei qui se finxit; Quid me fecisti fies? Tamen non desunt aliæ causæ, quas intellectus humanus, diuina luce perfusus, assequitur, quarum consideratione iusti, malis pœnæ probati, possunt se ad tolerantiam roborare. Eos quippe Dominus per viam desolationum & tentationum ducit, ut domentur, ut humiliantur, ut promoueantur, & ut perfectius Christi imitatione formentur. Primum quidem ut domentur: Nam sunt aliqui iusti, etiam ex his, qui vtrumque se mortificatione mundant, qui consolationibus & prosperitatibus affecti, nunquam plenè seipsos cognoscunt, nec vererem hominem exiunt, in quibus Dominus riuos dulcium lacrymarum exsiccat, & à quibus consolationes aufert, & in quadam misera ariditate & paupertate constituit, ut suam imbecillitatem caleant, & proprium amorem, quo in omnibus se ipsos quærunt, abiciant. Nesciunt plenè subdi Deo, quare illos flagellis & fame percutit, ceu feras indomitas, ut suo factori se subdant. Ad quod plurimum facit pulchra Augustini sententia: Imago Dei, ait, domat feram, & non domat Deus imaginem suam? In illo spes est, ei nos subdamus, & misericordiam precemur. In illo spem nostram ponamus, & donec domemur & perdonemur, id est, perficiamur, domitorem feramus. Plerumque enim profert domitor noster etiam flagella: si enim tu ad domanda iumenta tua, profers virgam, Deus non proferat ad domanda iumenta sua, qui sumus nos, qui de iumentis suis faciet filios? Hæc ille. Vix autem credi potest, quantum hæc Dei flagella mentem doment, quantum depriment, quam mitem ac tractabilem illam efficiant. Et quæ tempore consolationis, ad damnationem suam omne aspectum refugiebat, & quasi tenera ancillula sibi tantum vacabat, postea ad salutem suam pro Domino labores amplectitur, & ad omne bonum supernaturalibus viribus exornatur. Dicit: Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præangustia cibi mei, sumpsi. Et hæc licet alimenta insuauia, tamen salubria, eam ad aetatem virilem prouehunt, ad sanctitatemque perducunt.

Rom. 9. 21.

Aug. ser. 4. de verbis Domini.

B Deinde affliguntur ut humiliantur: Nam, ut inquit Isaias: Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui: & hæc potentissimè nos nobis detegit, quam infirmi & viles sumus, aperit, & in infimum nostræ contemptionis demittit. Et eadem ratione multiplici afflictione tentamur, qua animus noster fragili carni copulatus est. Duplici enim ratione, ut ait Laurentius Iustinianus, Dei sapientia rationalem spiritum fragili atque passibili copulauit naturæ: ut qui luto amictus erat indumento, atque in hoc exilio cum ceteris positus animalibus, æquanimior esset, ac humiliter præstolaretur tempus, quo de hac traheretur peregrinatione. Præterea ut ex assidua consideratione corporeæ fragilitatis, occasionem caperet consuandæ eximia dona suæ ipsius spiritualis naturæ: quia propalata diuitiæ facile deprædantur: quæ verò latent, custodiuntur sine labore. Sic ille. Multi igitur cælestibus consolationibus inescati, aliorum consortia refugiunt, quibus viles esse possent: in suorum donorum consideratione, velut Angelus Apostata, se efferunt, & se abscondita quadam cogitatione super alios extollunt. Quare peritissimus animalium medicus, ut hinc superbiæ medeatur, idolum illorum, id est, præsentem prosperitatem, qua fruebantur, demolitur, illis enim quali idolum est, quia nesciunt diuinis donis

Isaie 28. 19.

Iustin. li. de disciplina monast. c. 4.

C Magna quippe est consolatio in eo, quod displicet, inquit Gregorius, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi iustum placet. Si igitur iusta Deo placere scimus; pati autem nulla, nisi quæ Deo placuerint, possumus, iusta sunt cuncta, quæ patimur, & valde iniustum est, si de iusta passione murmuramus. Hac meditatione patientissimus Iob suam afflictionem solabat, quando dicebat: Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. Hoc, inquam, habeo pro leuamine, ut maioribus doloribus & pœnis vsque ad mortem afficiat, quia hinc creptus, securus euadam, quod nunquam mei Cõditoris sanctissimi præceptis obstitam. Hanc & Ecclesiasticus omnibus in commune proponit, & non semel repetit, quasi efficacissimam ad afflictionum consolationem: Sustine, inquit, sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, ut crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Ac si diceret: Sustine afflictiones tibi euientes, quoniam à Deo immissæ sunt, conglutinare Deo per patientiam & tolerantiam, & patienter subiicias te probationi, ut in nouissimis magno incremento meritorum augearis. Quicquid à manu Domini tibi datum fuerit, licet laboriosum & molestum, libenter accipe, & in mediis doloribus patienter expecta, & in afflictione ac deiectione tua tolerantiam habe, quoniam sicut metalla probantur igne, ita & tu tribulatione probaris.

D Deinde affliguntur ut humiliantur: Nam, ut inquit Isaias: Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui: & hæc potentissimè nos nobis detegit, quam infirmi & viles sumus, aperit, & in infimum nostræ contemptionis demittit. Et eadem ratione multiplici afflictione tentamur, qua animus noster fragili carni copulatus est. Duplici enim ratione, ut ait Laurentius Iustinianus, Dei sapientia rationalem spiritum fragili atque passibili copulauit naturæ: ut qui luto amictus erat indumento, atque in hoc exilio cum ceteris positus animalibus, æquanimior esset, ac humiliter præstolaretur tempus, quo de hac traheretur peregrinatione. Præterea ut ex assidua consideratione corporeæ fragilitatis, occasionem caperet consuandæ eximia dona suæ ipsius spiritualis naturæ: quia propalata diuitiæ facile deprædantur: quæ verò latent, custodiuntur sine labore. Sic ille. Multi igitur cælestibus consolationibus inescati, aliorum consortia refugiunt, quibus viles esse possent: in suorum donorum consideratione, velut Angelus Apostata, se efferunt, & se abscondita quadam cogitatione super alios extollunt. Quare peritissimus animalium medicus, ut hinc superbiæ medeatur, idolum illorum, id est, præsentem prosperitatem, qua fruebantur, demolitur, illis enim quali idolum est, quia nesciunt diuinis donis

Isaie 28. 19.

Iustin. li. de disciplina monast. c. 4.

E Magna quippe est consolatio in eo, quod displicet, inquit Gregorius, quod illo ordinante erga nos agitur, cui non nisi iustum placet. Si igitur iusta Deo placere scimus; pati autem nulla, nisi quæ Deo placuerint, possumus, iusta sunt cuncta, quæ patimur, & valde iniustum est, si de iusta passione murmuramus. Hac meditatione patientissimus Iob suam afflictionem solabat, quando dicebat: Et hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti. Hoc, inquam, habeo pro leuamine, ut maioribus doloribus & pœnis vsque ad mortem afficiat, quia hinc creptus, securus euadam, quod nunquam mei Cõditoris sanctissimi præceptis obstitam. Hanc & Ecclesiasticus omnibus in commune proponit, & non semel repetit, quasi efficacissimam ad afflictionum consolationem: Sustine, inquit, sustentationes Dei, coniungere Deo, & sustine, ut crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Ac si diceret: Sustine afflictiones tibi euientes, quoniam à Deo immissæ sunt, conglutinare Deo per patientiam & tolerantiam, & patienter subiicias te probationi, ut in nouissimis magno incremento meritorum augearis. Quicquid à manu Domini tibi datum fuerit, licet laboriosum & molestum, libenter accipe, & in mediis doloribus patienter expecta, & in afflictione ac deiectione tua tolerantiam habe, quoniam sicut metalla probantur igne, ita & tu tribulatione probaris.



*Psalm. 118.*  
*71.*

bene uti) & afflictionibus ac cecitatibus implicatos, ad suae infirmitatis notionem, & ad honestos cum animabus labores exire compellit. Dicat ergo qui afflictionibus & mentis ariditate probatur: Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Nam verè illata afflictio, humilitatem inuehens, quae iustitia est fundamentum, mandatorum Dei salutarem doctrinam inducit.

*Basil. ad monit. ad filiū spirit. vii.*

Affliguntur etiam ut promoucantur. Quoniam si caelestis consolatio & dulcis affectus mirum in modum virtutem promouet, non minus tamen eadem virtus, immò saepe multo magis desolatione, ariditate, & afflictione multiplici cumulat & crescit. Facillimum enim est, immoderato amore consolationibus adhaerere, quod tristitia & dolor illorum testatur, qui absentiam Domini quasi impatienter ferunt, non tam quia Deus se abscondit, quam quia consolatio suavis abscedit. Qui autem immoderately consolationi adhaeret, cum iam non Deum, sed se ipsum quarrat manifestè, non crescit. Similiter facile est, potionibus amaris, & abstinentia eorum quae nos delectabant, mente sanari, & per patientiam rerum molestarum ad perfectionem prouchi. Vnde Basilus optime: Fili, patientiam arripe, quia maxima virtus est animae, ut velociter ad sublimitatem perfectionis possis ascendere. Et statim: Patientia grandis est medela animae. Verè grandis, quae quanto durius, tanto securius sanat, & dum molesta dolorem ingerunt, & patienter tolerantur, sustentibus necessitatibus eis, quam per consolationes querebant, sanctitatis mensuram attribuit.

*Tom. 18.*  
*11.*

Affliguntur denique iusti, ut perfectius Christi Saluatoris nostri imitatione formentur. Si enim vitam Domini diligenter inspicimus, inueniemus eum doloribus libenter quidem admisis, sed ab alio illaris, nostram salutem perfecisse. Calicem, inquit, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum? Et quare Pater ipse calicem filio dedit, & non illi eligendum & pro libito assumendum remisit? Credo certè vnam ex multis rationibus fuisse, ne huic calici aliqua causa doloris & aliqua circumstantia perfectionis deficeret. Nam dolor voluntariè assumptus, minus perentit, & affligit nos, multo verò magis ille, quem alius ingerit, & nobis sustinendum esse praeterbit. Et magnum meritum est, laborem ab alio impostum libentissimè sustinere, & magna perfectio, voluntatem nostram dolore ingenti accommodare, & nec in minimo eius iussu contraire. Ut ergo haec obedientia, haec charitas, haec patientia in Christi laboribus eluceret, calicem à Patre quidè datum, & à se ipso libentissimè susceptum, voluit pro nobis bibere. Nec haec Patris iussione contentus, quia sibi iustum est pati, voluit quoque passionem suam Iudeorum manibus insidiam tolerare. Denique illi Christum comprehendunt, illi flagellis cadunt, illi spinea corona venerabile caput cingunt, illi humeris eius crucem imponunt, illi vestibus exuunt, illi cruci clavis affigunt, illi eleuant Dominum crucifixum, & medium inter caelum & terram ponunt, illi lancea latus perforant, illi fannis & opprobriis saturant, illi tandem quaecumque possunt, eidem afflictionibus & doloribus insigunt. Ipse autem Dominus haec omnia mala ab aliis illata patientissimè sustinebat, libentissimè amplexabatur, & pro reuerentia Patris & amore hominum, ac si essent dulcia & lata, suscipiebat. Et oblatas est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducitur, & quasi agnus eoram rodente se obmutescit, & non aperiet os suum. Quid sibi vult illa repetitio: & non aperuit os suum, & non aperiet os suum? Non quidem aperuit os

*1/a. 53. 7.*

A suum, ut patri repugnaret, tantorum cruciatuum admissionem imperanti; immò dixit: In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Et non aperuit os suum, ut de Iudaeis tanta mala inferentibus conquereretur, aut tam acerbis penis obliteret: Dominus Deus, inquit, aperuit mihi autem, ego autem non contradico; retrosum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Et ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Nunquid Dominus maiestatis haec omnia mala de foris illata suscipiet, & nos, qui de mortificatione & eius sequela gloriamur, nihil verum ab illis illatum sustinebimus pati, & contenti crimus quaedam quasi ficta manu propria, quae erga nos ipsos blandissima est, insidiam tolerare? iam initia spiritus relinquamus, iam nostra cilicia, & flagella, nostras vigilias, & ieiunia, nostras sensuum & affectuum cohibitiones, & reliqua huiusmodi contemnamus, si res molestas extrinsecus aduenientes impatienter ferimus, & manu Domini probari nolumus. Manus enim nostra, quae nos abnegamus, infirmissima est, non est indicium magnae fortitudinis, si eius vulnera sustineamus; at manus Domini potentissima est, signumque est insignis virtutis, si plagas ab illa impostas toleremus.

*Psalm. 39. 8.*

*1/a. 50. 5.*  
*6.*

*Psalm. 37.*  
*13.*

C At scio, quo praetextu te protegas. Ais enim, te non molestias illatas sed profectus impedimenta sentire. Quia videlicet ageritudinibus pressus religiosam disciplinam seruare, & ariditate ac desolatione mentis affectus, Deum feruèdè amare non poteris. Optime, sed audi quàm insigniter decipiaris! Nam si haec quae pateris, ad persecutiones inimicorum, ad detractiones & infamias pertineant, non te à disciplina separant, non ab amore diuellunt, immò te ad disciplinam districtius custodiendam, & ad Deum feruentius quarendum impellant. Sponsa quidem vox est: Surge Aquilo, & veni Aufer, perla hortum meum, & fluant aromata illius. Vtriusque, Aquilonis scilicet & Auferi, flatum desiderat, quorum illo persecutiones, isto prosperitates intelligimus: quia ut fluant virtutum aromata, non minus prodest perfectionis asperitas, quam iucunditas consolatorum. Et illi, quos commemorat Paulus, lapidati, secti, tenati, & in occisione gladii mortui, his malis affecti, nullo modo perfectionem amiserunt, sed maiorem sanctitatem compararunt. Si verò tentationibus & daemonis impulsibus molesteris, haec etiam nec disciplinam nec amorem impediunt erga Deum, modo aduersus tentationes pugnes, & uisionibus diaboli minimè cōsentias. Quin & tentationes maiori districtione vincimus, & ardentiori amore superamus. Et Paulus tentatus ait: quoniam virtus in infirmitate, id est, tentatione, proficitur. At te multiplex ageritudo discruciat, quae te nec ieiunare, neque ad vigilias assurgere, nec cum aliis laborare permittit. Nihil omnino refert, si dum ab externa disciplina, quia eam ferre non potes, deficis, aliud melius & Deo gratius in facitium offert. Audi quid de fratribus agrotis dicat Hugo Victorinus: Nihil de ordine implere se fatentur, sed, nisi fallor, implent totum. Infirmitatis claustro coarctantur, disciplinantur anxietatum virgis & spinis dolorum: ieiunant, vigilat, laborant: quia cibum, somnum, quietem infirmitas negat. Haec ille. Non ergo est, cur tristeris, quia disciplinam sanorum non seruas, si aliam sine comparatione

*Cant. 4.*  
*16.*

*Hebr. 11.*  
*36.*

*Hugo. 1.*  
*de clau-*  
*stro an-*  
*ma. c. 12.*

anteriorum



austriorem agrotorum custodis. Denique cordis ariditatem & in oratione desolationem ægerime sustines, & ea à religionis & cultus Dei actibus impediti conuerteris. Non miror si hoc sentias. Quis enim tuam absentiam, & suauissime animarum sponsæ, non sentiat? Quis sine lacrymis atque singultibus te fugisse & abcessisse sustineat? Sed hæc Domini abcessio, modò culpa tua vacet, & frater, si non hilariter, at patienti & resignato animo sustinenda est, qua sæpe solam sensibilem consolationem perdis, amabilem verò eius præsentiam non amittis. Mariæ Magdalenæ Dominus præsens aderat, & illa tantæ dignationis ignata illum absentem desolebat. Ipse alloquebatur eam: at illa ipsius alloquio se priuatam esse lugebat. Audit eum dicentem: Mulier quid ploras? Quem quæris? Et adhuc in luctu persistit, & singultus doloris ingeminat. Ita sæpe, & anima, quamuis arida & desolata, Deum præsentem habes, sed non agnoscis: audis, sed non intelligis, & salutem tuam sublimiori modo operantem, quali tuæ salutis obliuiosum, inculcas. At aridus non amo? Si amas: Et amor deuotionis si est dulcior, fortassis amor desolationis est verior: ille suauior, sed iste robustior: ille nos pacificat, & iste non semel Domino magis placet. Denique perpetua consolatio non huius temporis est, sed æui futuri. In hoc namque tempore, desolatione, & consolatione; aduersitate & prosperitate perficimur: De manè vsque ad vesperam finies me, inquit iustus Ezechias, id est, consummabis me. Non in solo manè, ait Bernardus, visitationis, aut tantum in vespera tentationis, sed in vtroque simul erit perfectio mea. Stultus ergo qui tantum sperabam vsque ad manè, cum Dauid dicat: A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in Domino. Hæc omnia dicta sunt, ne nos infelices putemus, cum à Domino probamur, cum mortificamur, cum affligimur, quia dum iudicamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Qui igitur huc vsque nos ipsos cohibuimus, & sensus nostros, & affectus, voluntateque compressimus, ad hoc genus mortificationis sublimius ascendamus, vt aduersa nobis illata patienter & hilariter toleremus.

De documentis generalibus ad Mortificationem.

CAPVT XVII.



**M**ANIA quæ ad singulas virium nostrarum mortificationes spectant, iam explicata sunt, restat vt documenta generalia tractemus, quæ huic studio vitæ spiritualis præcipuo subseruiant. Licet enim in quaque mortificatione media specialia ad eam exercendam docuerimus, nunc si documenta, quæ generaliter omni mortificationi profunt, assignemus, nos operæpretium facturos putamus.

Si ergo, & iuste, cupis temetipsum vtiliter cohibere, mortificationem tuam ad finem debitum semper referre memento. Finis autem eius est perfectio vitæ, puritas mentis, mandatorum obseruatio, & vniuersarum acquisitio virtutum. Huius primi documentum notissima est tum veritas, tum necessitas: cuiusque Beatissimus Arsenius, Eremitarum decus & manifestus asseror, qui in quadam grauissima oratione ad monachos habita, sic ait: Fratres & Patres, omnem rem, quam quis aggreditur, præcedit causa aliqua &

**A** scopus, propter quem agitur. Causam verò, cur nos ex mundo fugerimus, nullam aliam dixerimus, nisi vt purgemus animam, & quæ eam consequitur, salutem adipiscamur. Statuendum est ergo nobis, vt nos purgemus pro vitiis, & maxime interiorem hominem, vbi & maius est bellum & victoria difficilior. Multi enim sunt, qui, quod attinet ad carnis pollutionem & peccati operationem, magnam ostenderunt continentiam, & vti sunt ieiunius & aliis afflictionibus. De pollutione autem cogitationis & perfecta purgatione nihil omnino cogitauerunt, etiam si sit præceptum, non de purgatione solum carnis pollutionis, sed etiam spiritus. Quin etiam multis quidem curæ fuit, vt fugerent fornicationem aliisque voluptates: vt autem vitia occultiora, nempe inuidiam, gloriæ cupiditatem, nimiam de se persuasionem, pecuniarum amorem, & quæ est omnium pessima, superbiarum, vt has, inquam, effugeret perturbationes, pauci admodum curarunt. Ea ratione hi dimidiam habent purgationem, vel potius maiori & præstantiori parte manent impurgati, sicut veluti statua, quæ sæpe quidem extrinsecus auro, vel ære resurgit, interna autem plena sunt immunditia & quauis alia vilissima materia. Ab his ergo non manifestis vitiis nos vel maxime studeamus expurgare. Hactenus ille.

**B** Ita manus & vires tuas ad mortificationem exerce, vt nunquam de tuis laboribus & asperitatibus corporis, sed de Domino te ad illas excitante, & obmiserationem suam te ad virtutem prouehente confidas. Vt enim inquit Ricardus optime: Quantum fideles de se diffidunt, tantum in diuinæ spei adiutorio confidunt, & quantum de se infirmantur, tantum fortes sunt & potentes in Deo. Sicut enim quod seminatur, non vivit, nisi prius moriatur: ita perficere volens non roboratur, nisi prius in se infirmetur, & ex hoc humilietur: nec in Deo proficit, si non prius in se deficit, & defectum suum cognoscit. Impossibile est igitur, quempiam de seipso triumphare posse, donec experimento didicerit, propria se virtute obtinere non posse triumphum. Itaque infirmitatem cognoscentibus, & per hoc se humiliantibus, & in se non confidentibus, robur præbet Christus, vt carnaliter esse fortes desinant, & spiritualiter conualescant. Ita dum de se desperant, & in Christo sperant, mutant fortitudinem, & assumunt pennas vt aquila, atque volant. Hæc ille. De te igitur ipso desperandum est, qui fragilis & infirmus, quacumque oborta contradictione deieceris, & in Domino confidendum, qui sperantes in se nunquam sine abundanti auxilio derelinquit.

**C** Quamcumque mortificationem exerceas, eam aeterno Patri in vnione offeras passionum ac laborum Iesu Christi, Domini nostri ac vniuersi Filij sui, vt ex hac actuali intentione & vnione, maius meritum & maiores vires ad mentem ordinandam accipias. Nam & pater ipsam dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, vt sicut membra vnita capiti motum ab eo & vitam habent, ita & nos membra Christi in vnione meritum ipsius vitam gratiæ & gloriæ meritum accipiamus. Anna mater Samuelis volens suum votum implere, & filium suum iam ab lactatum offerre Domino, adduxit eum secum postquam ab lactauerat, in vitulis tribus, & tribus modis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Talis sit nostræ mortificationis oblatio: Offeramus Domino filium ab lactatum, id est, opus abnegationis ab omni mundi huius delectatione separatum: & offeramus illud cum modis farinæ & amphora vini, hoc est in vnione sacrificij Christi, quod de seipso patri in cruce obtulit, &

Ioan. 20. 15.

Isa. 38. 12. Bern. ser. de cantico Ezechia.

Psal. 129. 6.

1. Cor. 11. 32.

Ricard. in Cat. c. 21.

Ephes. 1. 22.

1. Reg. 2. 24.

In eius vi in asserit Surin in Iulio.



panis & vini speciebus, sub quibus ipse Christus verè later, expressit. Offeramus, inquam, illud in vitulis tribus, quibus Saluatoris nostri diuinitas, anima & caro signantur, vt ex vnione ad hunc Saluatorem gratiùs admittatur, & ampliorem nobis deferat salutem. Si enim homines cum optima parte vituli aut arietis, quam ad comedendum accipiunt, non dedignantur vilissimum quoddam additamentum admittere, cur Dominus cum infinitis, & pretiosissimis meritis filij sui exile opus nostrum, illis adiunctum non admittat?

Non simul omnia mortificationis studia suscipias, sed à minoribus & facilioribus incipe, & ex illis ad maiora ac difficiliora progredere. Quod non solum de omnium mortificationum genere accipiendum est, sed etiam in quavis speciali mortificatione seruandum; vt scilicet cum te abnegare & cohibere discis, minora in opere ipso priùs ad opus veniant, & ea quæ maioris sunt momenti, precedant. Ricardus Victorinus sapienter hoc docet, sic scribens: Qui molliter & dissolutè viuendo, inimico contra se vires præbuit; verè vice, vt contra hunc roboretur, & illi resistat, à minimis incipiat, & frequenter in talibus præualere conetur, quatenus vsu vincendo roboretur, & de minorum victoria ad maiora vincèda paulatim conualescat.] Hæc ergo minora nequaquam cõtemnenda sunt, non tantum quia Deo grata, non tantum quia præmio digna, (vt supra dictum est) sed etiam quia paulatim cor nostrum emolliunt, & parant ad maiores abnegationes sustinendas, & dum his minoribus occupamur, ad ferendum abnegationis onus assuescimus.

Hæc etiam sunt media, quæ maximè ad mortificationem adiuuant. Primò, si ea bona mortificationis parte descripta. Quis enim propter tam præstantissima bona, non labores atque pressuras libenter sustineat? Secundò, si Christi Saluatoris vitam intentè consideres, & te discipulum, seruum, & militem eius aduertas; nam valde stultum est, discipulum minimè doctrinam præceptoris amplecti, seruum sui domini vestigia non sequi, & militem pugnantis & occumbentis in cruce ducis, segnem & inertem oritari. Tertio, si omnium sanctorum historias, tum martyrum, tum confessorum, non ad curiositatem, sed ad imitationem euoluas, quorum vita (quæ non fuit, nisi perpetua quædam & continens abnegatio) nihil aliud te docebit, ad nihil aliud accendet, nisi ad omnia carnis oblectamenta respuenda & plenam de te victoriam comparandam. Quarto, si mundanorum vitam oculis mentis obicias: hi namque, ob perituras diuitias, ob honores inanes, ob impurissimas voluptates, mirum est quanta faciant, & quanta patiantur: quid ergo æquum est, te ob veram virtutem facere, quæ per se in immensum maius bonum est, & ad æterna bona aditum parat? Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ferotinum. Pateriens igitur esto & tu, & confirma cor tuum, quoniam aduentus Domini appropinquauit.] Quintò, si Christum in quocumque, quod aggredieris, te videntem, & considerantem, & tuis laboribus præmia decernentem contempleris. Quis enim, vt ait Cyprianus, non libenter & promptè calicem salutis accipiat? Quis non appetat gaudibundus & lætus, in quo & aliquid & ipse Domino suo retribuatur? Quis non pretiosam in conspectu Domini mortem fortiter & constanter exci-

Ricar. in Catech. 21.

Iacobi. 5. 7.8.

Cyprian. epist. 77. ad Nemesianum.

piat? Placiturus eius oculis, qui nos in congressione nominis sui desuper spectat, volentes comprobare, adiuuat dimicantes, vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternæ remunerans in nobis, quicquid ipse præstitit, & honorans, quod ipse petfecit?

Tandem ad mortificationem complectendam maximè conferet, scire eam non esse tristem, non amaram, non turbulentam, sed lætam, sed dulcem, sed tranquillam, licet primo aspectu alia esse videatur. Ita enim Dominus, qui mitis est erga suos, patrem hunc iustorum quotidianum condiuit, vt ore mansus & in opus assumptus, dulcius sapiat quam mundi delicia. Et sicut Eliseus misa farina in ollam colocythidarum, quæ amarissima erant, eam dulcem fecit, & omnem amaritudinem depulit: ita Christus nescio quid in studium mortificationis iniicit, quo illud dulcissimum & suauissimum facit. Ad quod optimum est illud Bernardi, qui loquens de verbis amatoris Beati Andrea, quibus crucem sibi dilectissimam declarabat, hæc ait: Dum enim noctis huius vigiliis celebrantes, in verbis tantæ exultationis cantando delectemur, putas, non fuit in nobis, qui secum cogitaret & diceret: Quid sibi vult hoc, aut vnde tam noua læticia? Certè & crux pretiosa est, & crux amari potest, & crux habet exultationem. Ita est, fratres mei. Si fuerit qui colligat semper lignum eracis, vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Non est syluestris arbor, lignum vite est apprehendentibus eam. Arbor fructifera, arbor salutifera est: alioquin quomodo Dominicam occuparet terram? Illam dico pretiosissimam glebam, cui clauorum est infixæ radicibus. Si non esset hæc pretiosior cunctis, fructuosior vniuersis, nunquam illo plantaretur in orto, nec illam permetteretur vineam occupare. Deinde quid mirum si cruci suauitatem dedit, qui dedit & igni? Aut quomodo crux iudicatur insipida, vbi dulce sapit & flamma? Quid enim sapiebat Laurentio ignis, cum irrideret carnifices, indicem subsannaret? Hæcenus ille. Vnde si doloris & tristitiæ timor à mortificatione nos retrahit, iam non est, cur illam fugiamus, quam alacrem & exultationis plenam inuenimus ipsa hora, qua illam fuerimus amplexi. Quo magis gustatur, magis dulcescit, quo auidius comeditur, meliorem saporem ingerit, & quo frequentius assumitur, maiorem voluptatem ex ea, amans Deum animus capit.

4. Reg. 4. 41.

Bern. ser. 1. de S. Andrea.

De discretione in mortificatione seruanda.

CAPVT XVIII.

**P**OSTREMVM quod de mortificatione dicimus, illud est, vt sit semper diuinæ sapientiæ luce gubernata & discretionis sale condita. Neque enim placebit sale caruerit, & indiscretio stulta dictauerit. Idèoque in Leuitico scriptum est: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo.] In omni oblatione tua offeres sal. Et Dominus in Marco eandem legem adducens, ait: Et omnis victima sale salietur.] Insulsa namque, & ideo ingrata est Domino nostrorum obsequiorum oblatio, nisi illi discretionis sal apponamus, quod omnè in suauitate defectus ex-

Leuit. 2. 13.

Marc. 9. 49.

cessusue



cessu dimoueat. Sunt quidem nonnulli in omnibus natura remissi, qui neque in vita seculari insigniter mali fuerunt, neque in vita spirituali eminere contendunt. Quibus discretio ad hoc necessaria est, ut segnitiam auferat, & mentem, quasi dormituriorem, ad vigiliam feruoris excuset. E contra sunt alij natura vehementes, qui flagitantes, alios coartaneos procacitate & peccandi auiditate superant: & ad bonam frugem conuersi, inter omnes supereminent. In quos quadrat illud Iob: Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium. Nam si frigiditas peccata, & calor iustitiam significat, quid est ab aquis niuium ad nimium calorem transire, nisi in malis & in bonis eos niuios esse, & nullam mensuram seruare? Alij vero non iam propensione naturae, sed conuersionis feruore concepto, proprias vires examinare non curant, & onera illis imparia sibi audent imponere: quae non fragilitati carnis, sed ardori cordis accommodant. Qui quodammodo infeliciores sunt illis, qui nunquam viam virtutis incoperunt, quoniam non iam in tenebris, sed in media luce cacutiunt. De illis quippe dicitur: Effusa est contemptio super principes; & errare fecit eos in inuio & non in via. At isti non iam in inuio, sed in ipsa via errant, in qua certe errandum non erat. Domitius enim adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias: quia nimirum incipientibus & robur ad incedendum tribuit, & ducatum ouibus suis, ne in quaerendis pascuis errarent, impertit. Satis autem miserum est, oues tantum ducem habentes a via virtutis per indiscretionem deuiare. Hos ergo spiritu feruidos, & illos natura nimios nunc alloquimur; & eos ad discretionis mensuram in mortificatione sui tenendam hortamur.

Hac autem discretio tribus partibus, ut mihi quidem haec attentè cogitanti videtur, aptè sufficienterque completur. Quarum vna ad corporis mortificationem, altera ad mentis abnegationem, tertia ad vtramque pertinere cognoscitur. Corporis mortificatio sensumque cohibito, non debet vires naturales carnis aut diuinitus datas excedere. Vires naturales sunt, quas ipsa natura peperit; vires diuinitus datae sunt, quas Dominus ipse naturae ipsius, naturae fragilitatem roborans, quibusdam eximiiis sanctis, ad magnas asperitates speciali instinctu vocatis, impertit. Has si tu non habes, quod ex multis, sed praecipue ex consilio maiorum agnosces, sanctos quidem illos admiraberis atque suspicies, non tamen imitaberis, & solum iuxta vires naturales corporalem mortificationem assumes. Caelestis namque gratia, ut optimè ait Laurentius Iustinianus, omnibus se communicat, non tamen aequaliter. Cunctos saluare vult Deus, non autem sanctificare. Nec te infelicem existimes, qui non vales, sicut alij carnem domare; quia per ardentia desideria & studium internarum virtutum supplere poteris, quod infirma caro sustinere non potest. Cogita ergo corpus esse sicut equum, quo veheris; mentem vero esse instar fessoris, quae corpori, id est equo, insidens, illud habens & frango discretionis gubernat. Et noli equum tuum ita abstinentia & aliis laboribus macerare, ut medià viâ deficiat, & onus sustinere non valeat. Similitudo haec magni Basilij est, qui corpus rationis experts, à ratione, quae ut nomen ipsum refert, relictio est & intelligentia, gubernandum omnino ac regendum esse aumat. Qualis autem erit relictio, si ipsi intelligentiae lux discretionis desit, sine qua nomine intelligentiae est prorsus indigna? Et alibi ad idem ait: Sicut per ciborum abundantiam la-

**A** sciens equus noster, aurigam quacumque vult pessimè praecipitem fert: ita & per nimiam propositum impedit virtutis iter. Quemadmodum denique aurigae non expedit, equum ita affluentem saginare praesepio, ut illius lasciuus motibus inordinatisque laedatur; & quò ille voluerit, circumferatur; dum feruidus eius ac nimis viribus nequit obfistere: ita neque virtutis viam cum eo pergere instituenti, conuenit ex nimia necessarj victus indigentia vires eius omnino deicere, ne perpetuis infirmitatis incommodis pressus, alligatus inextricabiles ipsius causa labores subire cogatur. Haec ille.

**B** Multis alijs similibus Patres hanc in castigando corpore moderationem ac discretionem docent. Nam corpus est instrumentum, quo multa officia nostrae artis, id est, spiritualis vitae, praestamus. Quod si contractum sit & nimis asperitatibus attenuatum, potius impedimento nobis erit, nec poterit in virtutis operibus adiuuare. Est etiam corpus cithara vel organum, quod artificiosè pulsamus, ut ad sonum eius laudes Domino decantemus. Vnde Gregorius: Quid est officium corporis, nisi organum cordis? Quare ad modum musici instrumenti magnam temperiem exigit: ita scilicet ut chordae, id est, vires eius, nec praelaxitate non sonent, nec praenimio rigore rumpantur, nec debitam sibi dispositionem excedant. Est quoque corpus, mentis tabernaculum: ideòque Paulus ait: Nam qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri. Tabernaculum verò in quo habitamus, mundandum quidem est, non diruendum: claudendum est, ne in id introeant mala, non verò per indiscretionem dissipandum. Actandem caro nostra, quatenus bono consentit, sociata est animi non inimica; vxor est non concubina: ita ergo tractanda est, ut virtuti seruiat, non ita ut immoderato onere pressa succumbat. Errant illi, qui carnem ita diligunt, ut eius comoda propriae perfectioni praeferrant, & quasi seipsum in carnem transformant. Quibus Bernardus ait: Caterum sic amet anima carnem, ut non ipsa in carnem transisse puretur, dicatque ei à Domino: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Diligat anima carnem suam, sed multo magis suam ipsius animam seruet. Amat Adam Euam suam, sed non sic amet, ut voci eius plus obediatur quàm diuinae. Denique neque ipsi quidem expedit sic amari, ut videlicet, cui interrim caues à flagello fraternae correptionis, thesaurizes iram aeternae damnationis. Hi errant, sed admodum etiam errant, qui carnem ita atterunt atque conficiunt, ut animae seruire non possit. Qui dum proficere student, se, dum minus putant, in perpetuam inuoluntatem, id est, in occasionem teporis & innumerabilium imperfectionum immergunt: & dum seipsum fugiunt, ad seipsum reuertuntur. His Cassianus sapienter antiquorum sententiam in memoriam reuocat, asserentem: Nimietates, aequalitates sunt. Ad vnum enim finem, inquit, nimietas ieiunij & voracitatis peruenit, eodemque dispendio vigiliarum immoderata continuatio monachum, quo somni grauissimi torpor, inuoluit. Nam per excessum continentiae debilitatum quemque, ad illum statum reuocari necesse est, in quo negligens quisque per incuriam detinetur: ita ut frequenter, quos per galtrimargiam decipi non potuisse conspeximus, per immoderationem ieiuniorum viderimus fuisse deiectos, atque ad eandem quam vicerant passionem, infirmitatis occasione collapsos. Vigiliae quoque & pernoctationes irrationabiles

Gregor.

2. Cor. 5.

Bern. ser. 20. in Psal. Qui habitant. Gen. 6.

Cassian. col. 1. e. 16.

Iob 24. 19.

Psal. 106. 40.

Eccl. 4. 1.

Iustin. li. de disciplina monach. c. 27.

Basil. de cons. monach. c. 3.

Basil. de virgin. col. 7.





deiecerunt, quos somnus superare non potuit.] Ha-  
 ctenus ille. Corpus ergo nostrum, vt agrotum in  
 lecto iacentem, aspiciamus, cui noxia denegantur, sa-  
 lubria verò conceduntur: ita corpori necessaria tri-  
 buamus, superflua verò & illicita denegemus. Non  
 occidamus illud, siquidem ipsius resurrectionem &  
 speramus & appetimus, sed magis cohibeamus, &  
 ab omni immunditia separemus, vt iam in seipso  
 aliquam formam exprimat illius vitæ gloriose, quam  
 sperat. Portet onus ieiuniorum, vigiliarum, & aliarum  
 asperitatum, quòd potest, in ceteris illi parcamus, ne  
 nos in media via deserat, & prorsus impotentes ad la-  
 borandum derelinquat.

Mentis quoque mortificatio discretione regenda  
 est: vt nimirum neque in minimis hareat, nec ad  
 impossibilia venire præsumat. Illi in minimis ha-  
 rent, qui quadam mediocritate, vel (vt verius di-  
 cam) pusillitate contenti, ad perfectam cordis  
 mundiciam non aspirant. Qui eoque suam  
 mentis abnegationem protrahunt, vt peccata gra-  
 uia non faciant, vt leuia nimis crassa, & in suo ge-  
 nere admodum verecunda, non admittant, vt ali-  
 quantulum suos affectus doment, & nihil aliud à  
 suo corde requirunt. Illi ad impossibilia aspirant,  
 qui nec minimum sensum carnis, nec minimum im-  
 mundam cognitionem sustinere volunt, & si quid  
 huiusmodi sentiant, vehementer tristantur, ac si car-  
 nem mortalem & ad omnem impuritatem pronam  
 non gestarent. Illi ergo animandi sunt, hi cohibendi:  
 illi ad maiora & perfectiora mittendi; isti ad suam  
 conditionem agnoscendam inuitandi, vt vti que me-  
 dium teneant, & in nimietate teporis aut indiscre-  
 ti feruoris non incidant. Illi ergo, qui in minimis ha-  
 rent, sciant se aut ignorantia aut tepiditate laborare.  
 Ignorantia quidem; quoniam nesciunt, quanta sit  
 virtus gratiæ, quam copiosa redemptio Saluatoris,  
 quam magna ex illa provenientes sanctorum diui-  
 tiarum, & ideo eam puritatem assequi non curant, quam  
 nec esse in aliis existimant. Tepiditate verò; quia  
 dum remissè perfectionem diligunt, ad eam maio-  
 ribus laboribus, quos in perfecta mortificatione  
 esse putant, ascendere nolunt. Et iam inuenimus  
 plurimos, qui nec in Sodomis manere constitunt,  
 nec in montem ascendere audent, sed in Segor,  
 paruula ciuitate, quasi in medio sita, manere con-  
 stitunt. Qui tamen quandiu in montem non  
 properant, & ad perfectam mortificationem non  
 festinant, nec montis tranquillitate gaudent, nec  
 seintillas, & fumum, & terrores Sodomorum effu-  
 giunt. Huiusmodi, inquit Bernardus, (& sanè istos  
 paucis contentos quasi digito ostendit) si diu ita per-  
 manserint sub onere, aut opprimuntur & succum-  
 bunt, aut quodammodo in inferno sunt, vt nun-  
 quam ad plenum respirent, in luce miserationum  
 Domini, nec in libertatem spiritus, quæ sola facit iu-  
 gum suauæ & onus leue. Inde autem tam perniciosâ  
 tepiditas emanat, quia affectus, id est, voluntas eo-  
 rum, nondum purgata est, nec bonum sic volunt, sic  
 vt nouerunt, à propria concupiscentia abstracti gra-  
 uiter & illecti. Amant enim in carne sua terrenas  
 consolatiunculas, siue in verbo, siue in signo, siue in  
 facto, siue in aliquo alio: & si hæc interrumpunt ali-  
 quando, non tamen penitus rumpunt. Inde est, quòd  
 raro affectiones suas dirigunt in Deum, & eorum  
 compunctio non continua sed horaria est. Impleri  
 autem visitationibus Domini anima non potest, quæ  
 his distractionibus subiacet: & quanto magis illis  
 euacuabitur, tanto amplius istis implebitur: si mul-  
 tum, multum: si parum, parum: Vel certè si magis pro-  
 bas, nunquam ista illis misceri poterunt in æternum,

Gen. 19.

Bern. ser. 3. de Af-  
 cens. Do-  
 mini.

quia vbi vasa vacua non inuenit, oleum stare necesse  
 est: nec mittunt vinum nouum, nisi in vres novos,  
 vt ambo conferentur. Neque enim spiritus, &  
 caro, ignis, & tepiditas in vno domicilio commo-  
 rantur: præsertim cum tepiditas ipsi Domino soleat  
 vomitum prouocare.] Huc vsque ille. Necesse est  
 ergo in mortificationis studio, sicut & in reliquis vir-  
 tutis actionibus, maiora petere, quia qui ad medio-  
 critatem solùm tendunt, in imo iacent, & qui solam  
 mendicitatem fugere statuant, nunquam diuitias  
 acquirunt.

At qui impossibilia præsumunt, superbiam com-  
 primant, & se non Angelos, sed homines, sed fragi-  
 les, sed peccatores esse cognoscant. Licet enim (vt  
 dixit Ambrosius) tantum valeat institutio, vt vincat  
 naturam, non tamen eam in aliam naturam ac sub-  
 stantiam commutat. Mutaret autem illam in aliam  
 longè superiorem, si homo non solùm impuros mo-  
 tus vinceret, sed eoque euheretur, vt nullam motum  
 repugnantem spiritui sentiret. Id profectò ef-  
 fet, vt præclare inquit Hieronymus, hominem ex  
 homine tollere, & in corpore constitutum esse sine  
 corpore, dicente Apostolo: Miser ego homo, quis  
 me liberabit de corpore mortis huius? Enitatur ita-  
 que passiones vincere, prauas inclinationes abscin-  
 dere, & fomitem cohibere, non tamen quod natu-  
 rale est, euellere, & sicut consensum, ita & sensum  
 ablegare. Quod etiam omnino vincere non potue-  
 rimus, lacrymis & humilitate suppleamus. Hoc nam-  
 que est saluberrimum Bernardi consilium, ita scri-  
 bentis: Itaque Iuda & Hierusalem, nolite timere,  
 si perfectionem, quam desideratis, nondum potestis  
 adipisci: sed quod minus habet imperfectio conuer-  
 sationis, suppleat humilitas confessionis, & imperfe-  
 ctum vestrum viderunt oculi Dei. Propterea enim  
 mandata sua mandauit custodiri nimis, vt videntes  
 imperfectionem nostram deficere, & non posse im-  
 plere quod debet, fugiamus ad misericordiam, & di-  
 camus: Quoniam melior est misericordia tua super  
 vitas: & qui non possumus in vestitu innocentie seu  
 iustitie, appareamus vestiti confessione.] Sic ille,  
 Humilitati autem huic, qua nos peccatores fate-  
 mur, orationem iungamus, qua ex immortifica-  
 tis mortificatos, ex imperfectis perfectos, & ex pec-  
 catoribus iustos fieri postulemus. Hoc est enim,  
 quod dicit Leo Papa: Qui correctionis reparatio-  
 nem experitur esse difficilem, confugiat ad auxi-  
 liantis Dei clementiam, vt vincula malæ consuetu-  
 dinis ab illo poscat abrumpi, qui alleuat omnes,  
 qui corruunt, & erigit omnes elisos.] Sic hæc duo  
 extrema teporis & nimie distractionis fugientes, &  
 per mediam viam discretionis ambulantes, ad illum  
 mortificationis gradum, aspirante diuina gratia,  
 veniemus, vt vitia & imperfectiones abnege-  
 mus, licet naturam humanam & nonnullos eius  
 motus, quibus virtutem pulset & impugnet, non  
 exuamus.

In omni tandem mortificatione, tum externa,  
 tum interna, id obseruandum est, vt nihil indecens,  
 nihil absurdum, gratiæ propriæ abnegationis, fiat,  
 quod oculis aut aures fratrum astantium offen-  
 dat. Est enim virtus pulcherrima, quæ non ad  
 ea quæ noceant & scandalizent, sed ad ea quæ iu-  
 uent & ædificent, iustum inclinat. Et aliqua hor-  
 ret natura nostra, non quatenus à nobis vitis fœda-  
 ta, sed quatenus à Deo bene condita est. Hunc cau-  
 tem horrorem, qui semper est mali, & eius quod mi-  
 nus decens, minus pudicum, minus circumspectum  
 est, non debet homo abnegare, sed tanquam bonum  
 & saluti spiritali proficuum custodire. Quid enim si

Ambros.  
 lib. 2. de  
 Cain. c. 1.

Hieron.  
 epist. ad  
 Rom. 8.

Bern. ser.  
 2. in vigi-  
 lia Na-  
 talis Do-  
 mini.

Psal. 62.  
 4

Leo. ser. 6.  
 Epiph.





nudus coram omnibus apparere horres? an te ipsum mortificationis pretextu in conspectu fratrum nudabis? Si stultus & amens apparere times, nunquid ut te ipsum vincas, stultitiam aut blasphemiam in conuentu aliorum dices? Si de antea acta vita in saeculo male consumpta erubescis, an illam & fœda peccata, ut te ipsum mortifices, propalabis? Hæc facere, absurdum omnino est, astus est diaboli, quo nobis illudit, & apud alios virtutem infamat, qui eam, quasi ista absurda præcipientem, stultam & insipientem existimant. Sed ablit, ut hæc & alia similia, virtus vera præcipiat, quam prudentia regit, quam bonus odor comitatur, quam omnis pulchritudo circumdat. Christus nos perfectam mortificationem docuit, sed facere inepta & stulta non docuit. Sancti in exemplum abnegationis nobis dati sunt, quorum vita plena fuit honestatis atque decoris, nihil in eorum gestis legimus, quod circumspectionem non sapiat, quod discretionem non oleat, quod stultitiam, & imprudentiam non condemnet: quod si aliquis eorum quicquam fecit, quod minus decens, minus hone-

A stum videatur, illud ut sanctus & perfectus non fecit: vel Deo mouente ob finem bonum, qui opus illud honestavit, fecit. Quod autem peculiari instinctu factum est, nobis admirandum quidem erit, sed imitandum non est. Ecce ergo Mortificationis ac crucis doctrinam utcumque descriptam, quam si non tantum legeris, sed secundum eam, vitam institueris, ad magnum culmen perfectionis ascendes. Hæc namque est perfecta imitatio vitæ Christi Iesu, quæ peccata destruit, imperfectiones abiicit, vitia repellit. Hæc est, quæ tentationes vincit, virtutes inserit, in donum orationis inuehit, donâ nondum adepta comparat, & iam lucrata custodit. Hæc est crux, quam quotidie ferre debemus, ut Christum sine offensione & cum magno præmio sequamur. Cuius lignum rectum, abnegatio interna est, quæ mentem ad cœlestia erigit; lignum verò transfuersum mortificatio externa, quæ corpus nostrum ab imperfectionum cœno sustollit. In hac cruce te ipsum crucifige, ut sicut Christus princeps tuus ex cruce ad thronum euoles, & post dolorem gloriam consequaris.



## O R A T I O

## AD POSTVLANDVM SPIRITVM MORTIFICATIONIS.

**D**OMINE Iesu Christe, inſtorum Magiſter, & omnis ſanctitatis exemplar, qui nobis crucem tollere præcepiſti, & in crucem actus, figurâ & nuditate ſanctiſſimi corporis tui perfectionis imaginem demonſtraſti, da quaſumus, ut te perſeueranter ſequamur, & per patientiam crucis tuam conuerſationem imitemur. Crux noſtra, ô Domine Deus & Saluator meus, mortificatio noſtra eſt: da igitur, ut mortificatio amore nos teneat, exercitatione nos occupet, & ſuis nos ſemper brachiis excipiat. Crucifigamus corpora noſtra, ab illis omnia impura & ſuperflua ſeparantes: crucifigamus & mentes noſtras, vniuerſa ab eis vitioſa & imperfecta tollentes: ſemper in cruce tibi, ô vita noſtra, viuamus, & in cruce omnibus rebus terrenis moriamur: ut dum mundo morimur, & tibi per vitam puram & illibatam viuimus, ad perfectionem veniamus, & illam vitam perpetuam, beatam, ſecuram adipiſcamur, quam ab æterno paraſti timentibus, amantibus, & imitantibus te. Amen.

FINIS LIBRI II.



